GAII INSTITUTIONES

GAJAUS INSTITUCIJOS

VALSTYBĖS ĮMONĖ
REGISTRŲ CENTRAS
Vilnius, 2012

UDK 34(37)(093.2)
Ga-185

Knygos sudarytojai ir vertėjai iš lotynų kalbos:

Stasys Vėlyvis

Marius Jonaitis

ISBN 978-9955-30-116-5

TURINYS

GAJUS IR JO „INSTITUCIJOS“

Šiuolaikiniam romėnų teisės mokslui žinoma apie šimtą *iurisprudentes* – romėnų teisininkų ir teisės doktrinos kūrėjų, kurių veikla apima keletą šimtmečių trukusias ikiklasikinę ir klasikinę romėnų teisės raidos epochas. „Institucijų“ – romėnų privatinės teisės pagrindų autoriaus Gajaus asmenybė šioje gausioje plejadoje – bemaž paslaptingiausia. Nepaisant išskirtinio pasaulinės romanistikos dėmesio, skiriamo Gajaus asmenybei, jo veiklai, rašytiniam palikimui*, žinios apie šį teisininką išlieka gana šykščios ir miglotos; neretai nuomonės apie jo kilmę neperžengia hipotezių ir prielaidų slenksčio.

Apytiksliai Gajaus gyvenimo laikotarpiu laikytini 112–180 metai. Bene tiksliausiai įvardyti galima jo profesinės ir kūrybinės veiklos laikotarpį, kuris apima trijų Romos imperatorių: Adriano, Antonino Pijaus ir Marko Aurelijaus valdymo metus. Taigi, tai yra maždaug 135–180 metai.

Gajaus asmenybę gaubiančią paslaptį vaizdžiai pabrėžia ir tai, jog nežinome net pilno šio teisininko vardo. Romėniškuosius asmenvardžius sudarydavo: *praenomen* (vardas), *nomen gentilicium* (giminės vardas) ir *cognomen* (pavardė). Nesama bendros nuomonės tuo klausimu, ar *Gaius* – tai vardas, giminės vardas ar pavardė.

Ne mažiau skirtingų hipotezių esama ir dėl Gajaus kilmės. Viena labiausiai paplitusių tvirtina Gajų buvus provincijoje dirbusį teisininką, o jo gyvenamąją vietą (*domicilium*) sieja su Traos – romėnų kolonija Mažojoje Azijoje. Kiti tvirtina Gajų gyvenus Mažojoje Azijoje, tačiau ne Traos, o Prusias (Prussa) mieste, įsikūrusiame Bitinijoje, arba dėsčius teisę garsiojoje Berito (Beiruto) teisės mokykloje. Keliamos net ir tokios mažai tikėtinos hipotezės, jog Gajui priskiriamų teisės mokslo darbų

---

* Gajui ir jo veiklai yra skirta keliasdešimt monografijų, ne viena pasaulinio masto mokslinė konferencija. Pavyzdžiui, 1965 m. Italijoje, Neapolyje vyko išimtinai Gajaus asmenybei ir jo veikalams skirtas tarptautinis simpoziumas.

autorė buvusi moteris, kuri, siekdama sužadinti didesnį susidomėjimą savo veikalais, pasirašė juos vyrišku slapyvardžiu bei, kad Gajus galėjęs būti iš vienos imperatoriškųjų provincijų kilęs vergas, kuris atvykęs į Romą baigė teisės studijas ir toliau likdamas vergas, buvęs paskirtas pagelbėti vienam iš imperatoriaus Adriano sekretorių. Tačiau labiausiai tikėtinas atrodo esąs požiūris, jog Gajus buvo *ingenuus et civis* – laisvas gimęs Romos pilietis, o jo profesinės veiklos vieta sietina su Romos miestu. „Institucijų" tekstas leidžia spręsti Gajų priklausius Sabiniečių teisės mokyklai. Būtent autoritetingiausius šio teisininkų susivienijimo atstovus Gajus „Institucijose" įvardija kaip savo mokytojus ir ugdytojus – *nostri praeceptores et tutores,* tuo tarpu apie Prokuliečius kalba kaip apie priešingą teisės mokyklą.

Lyginant Gajų su jo amžininkais, jis tėra antraeilės reikšmės figūra. Niekuomet nėjęs jokių viešų pareigų valstybės tarnyboje, jis nedisponavo ir *ius publice respondendi*, t. y. neturėjo oficialaus teisės aiškinimo teisės. *Ius publice respondendi* arba *ius respondendi ex auctoritate principis* – tai teisė aiškinti teisę imperatoriaus vardu, kurią romėnų *iurisprudentes* teikti pradėjo greičiausiai jau Augustas Oktavianas. Tokios teisės suteikimas reiškė tarytum bendrą imperatoriaus įgaliojimą interpretuoti teisę; šį įgalinimą turinčių teisininkų *responsa* – išaiškinimams buvo teikiama didesnė reikšmė, nes laikyta tarytum tam tikro teisės klausimo ar problemos sprendimą pateikė pats imperatorius. Nedaugelis Romos teisininkų įgijo minėtą teisę (daugiausiai tai buvo teisininkai, priklausę senatorių luomui). Manoma, jog iš viso Principato laikotarpiu *ius publice respondendi* buvo suteikta apie 30 *iurisprudentes*. Kaip minėta, Gajus greičiausiai nebuvo vienas iš jų.

Profesinė Gajaus veikla veikiausiai buvo išimtinai susijusi su teisės didaktika. Teisinę jo raštiją sudarė įstatymų (pavyzdžiui, pilna apimtimi neišlikęs XII lentelių įstatymų teksto komentaras, kurio fragmentų, įtrauktų į imperatoriaus Justinianio *Digesta,* dėka tapo įmanoma atkurti teisės normų išdėstymą šiame

seniausiame rašytiniame romėnų teisės paminkle), ediktų komentarai (Romos miesto pretoriaus edikto komentaras bei klasikinės romėnų jurisprudencijos kontekste unikalus provincijų vietininkų edikto komentaras), monografijos bei teisės pagrindų rinkiniai (vadovėliai). Būtent pastarojo teisinės raštijos žanro veikalas – *„Institucijos"** išgarsino Gajų ir pelnė savo autoriui neblėstančią, tiesa, pomirtinę šlovę.

Bendriausiu požiūriu *institutiones* – romėnų teisinės raštijos žanras, gimininingas graikiškajam *enchiridion*. Tai glaustai ir prieinamai išdėstyti esminiai teisės principai bei nuostatos. Etimologiškai žodis *institutiones* kildinamas iš lotyniško veiksmažodžio *instituere*, reiškiančio „ugdyti", „mokyti", „suteikti įvadinių teisės srities žinių". Respublikos laikotarpiu kaip teisės mokslo vadovėliu buvo naudojamasi Kvinto Mucijaus Scevolos veikalu *De iure civili libri XVIII*, Sabiniečių, o greičiausiai ir Prokuliečių mokykloje – Masurijaus Sabino *Iuris civilis libri III*. Vadovėlio *sensu stricto* poreikis sietinas su teisės mokslo pagrindų dėstymu mokyklose, kuris, kaip nurodo Pomponijus, įvestas I amžiuje. Būtent toks izagoginis (įvadinis) yra ir Gajaus „Institucijų", parašytų apie 160 metus, pobūdis.

„Institucijas" sudaro keturios knygos arba komentarai, kuriuose elementarios privatinės romėnų teisės srities žinios yra dėstomos privatinės teisės nuostatas suskirstant į tris struktūrines dalis (institutus): teisę, susijusią su asmenimis (*ius quod ad personas pertinet*), teisę, susijusią su daiktais (*ius quod ad res pertinet*), bei teisę, susijusią su ieškiniais (*ius quod ad actiones pertinet*). Veikalo struktūra, teisės nuostatų išdėstymas, glaustumas, o kartu aiškumas ir prieinamumas liudija apie išskirtinį didaktinį Gajaus talentą. Žymus olandų romanistas J. C. van Ovenas yra pareiškęs, jog Gajaus „Institucijos" – tai geriausias kada nors

---

* Naujesne ir papildyta „Institucijų" versija yra laikomas *Res cottidianae sive aurea dicta*, tačiau pasaulinėje romanistikoje laikomasi nuomonės, jog tai esantis jau poklasikinėje romėnų teisės raidos epochoje sudarytas rinkinys, kurio autorystė priskiriama Gajui.

parašytas romėnų teisės vadovėlis. „Institucijos“ apima romėnų privatinės teisės – tiek materialiosios, tiek formaliosios (procesinės) visumą. Jų autorius pagrindinius privatinės teisės principus ir nuostatas formuluoja abstrakčiai, o kazuistika Gajaus veikalui nėra būdinga. Pirmoji knyga (komentaras) yra skirta teisės subjektams. Antroji ir trečioji – materialinėms turtinėms teisėms ir apima daiktinę, paveldėjimo bei prievolių teisę. Tai nulemia, jog *res* – daiktu „Institucijose“ laikomi ir nematerialūs objektai, t. y. turtinės teisės (*res incorporales...quali sunt ea, quae in iure consistunt* – II, 14). Ketvirtoji knyga skirta privatinių ginčų nagrinėjimo procesinei tvarkai – romėnų civiliniam procesui. Trumpai nelengva nusakyti įtaką, kurią Gajaus „Institucijose“ pritaikyta privatinės teisės sistema *personae-res-actiones* padarė vėlesnių epochų teisėkūrai ir privatinės teisės sistemos raidai. Nors šiuolaikinėje teisėje, priešingai nei romėnų, privatinė materialinė ir formalioji (proceso) teisė yra išskirta į dvi savarankiškas teisės šakas (kaip minėta, Gajaus „Institucijose“ civilinio proceso teisė traktuojama kaip vienas iš privatinės teisės institutų), „Institucijų“ pagrindu susiformavusi vadinamoji institucinė privatinės teisės sistema, kurioje visos privatinės teisės normos diferencijuojamos į asmenų ir daiktų teisę, būdinga ir kai kurių šiuolaikinių valstybių privatinei teisei. Kita vertus, dera pripažinti ir tai, jog kai kurie svarbūs romėnų klasikinės teisės institutai „Institucijose“ neaptarti. Pavyzdžiui, įkeitimo teisės formos – *pignus* ir *hypotheca* daiktinės teisės srityje, testamento, sudaryto pažeidžiant šeimos narių teises ir interesus, nuginčijimas (*querela inofficiosi testamenti*) paveldėjimo teisėje, pasaugos bei panaudos kontraktai, bevardės sutartys prievolių teisės srityje ir kt.

Kaip ir buvo minėta, pripažinimo Gajaus veikalai susilaukė praėjus šimtmečiams po jų autoriaus mirties. Gajaus amžininkai bei vėlyvojo klasikinio romėnų teisės raidos laikotarpio teisininkai didelės reikšmės Gajui ir jo teisinei raštijai neteikė. Šis požiūris iš esmės pakito poklasikiniu romėnų teisės raidos

laikotarpiu. Antai 426 m. paskelbtoje Ravenos konstitucijoje, kuri geriau žinoma kaip „Įstatymas apie citavimą", Gajus atsiduria vienoje gretoje su didžiaisiais romėnų jurisprudencijos klasikais – Papinianu, Pauliumi, Ulpianu ir Modestinu, kurių darbuose pateiktus teisės aiškinimus leista cituoti teismams. Tai reiškia, jog Gajaus veikalams suteiktas tiesioginio teisės šaltinio statusas. Plačiai Gajaus veikalus naudojo ir poklasikinių teisės rinkinių rengėjai, mėginę klasikinę romėnų teisę paversti labiau prieinama bei padaryti ją lengviau taikomą poklasikinės epochos sąlygomis. Imperatoriaus Justiniano iniciatyva sudaryta kodifikacinė komisija, rengdama vieną iš Justiniano teisės rinkinio dalių – Justiniano „Institucijas", nuosekliai rėmėsi Gajaus „Institucijų" struktūra bei turiniu. Be to, ir į Justiniano *Digesta* įtraukta per 500 ištraukų iš įvairių Gajaus veikalų.

Nepaisant populiarumo, kurį Gajaus rašytinis palikimas įgijo poklasikinėje romėnų teisės raidos epochoje, į poklasikinius romėnų teisės rinkinius pateko tik atskiri Gajaus veikalų fragmentai, kurie dažniausiai buvo perdirbami ir adaptuojami. Tuo tarpu originalūs tekstai, taip pat ir „Institucijų" tekstas ilgiems šimtmečiams nugrimzdo užmarštin. Iš savotiškos nebūties šį klasikinės romėnų teisės paminklą prikėlė vadinamasis Veronos palimpsestas. Dar 1713 metais italų polimatas Scipijonė Mafėjus (*Scipione Maffei*) Veronos (Italija) katedros kapitulos bibliotekoje aptiko pergamentą su teisinio turinio tekstu, kurį palaikė esant Justiniano „Institucijomis". Iš tiesų tai būta palimpsesto, t. y. pergamento, kuriame nutrynus pirminį – greičiausiai V a. rytinėje Romos imperijos dalyje perrašytų Gajaus „Institucijų" tekstą, VIII a. užrašyti šv. Jeronimo laiškai. Palimpsestą sudarė 132 lapai. 1816 m. Veronos palimpsestu susidomėjo vokiečių istorikas Bartoldas Georgas Nieburas (*Barthold Georg Niebuhr*), kuris praėjus metams padarė išvadą, jog pirminis rankraštis – tai Gajaus „Institucijos" ir ėmėsi jų rekonstrukcijos. Deja, atliekant rekonstrukciją naudotos cheminės priemonės negrįžtamai sunaikino kai kurias „Institucijų" teksto dalis. B. Nieburo re-

konstrukcija, kuri prieinama ir šiandien, sudaro apie 88 procentus viso Gajaus „Institucijų“ teksto. Atkurti trūkstamas Veronos palimpsesto vietas iš dalies padėjo 1927 ir 1933 metais Egipte surasti papirusai*. 1927 m. surastame papiruse surašytas Gajaus „Institucijų“ tekstas datuotinas III a. viduriu, todėl tai yra seniausias šiandien žinomas rankraštis su Gajaus „Institucijų“ tekstu. Be to, Egipte rastų papirusų dėka atsirado galimybė patikrinti Veronos palimpsesto autentiškumą. Kita vertus, net ir apibendrinus Veronos palimpsesto bei egiptietiškųjų papirusų medžiagą, kai kurių Gajaus veikalo fragmentų rekonstruoti bent jau kol kas nepavyko. Nors tokie atvejai nėra gausūs, šiame leidinyje (tiek tekste originalo kalba, tiek ir vertime į lietuvių kalbą) skaitytojas apie trūkstamas teksto dalis yra informuojamas nurodant stingančių veikalo eilučių (versetų) skaičių (pavyzdžiui, „...1 eilutė...“).

Iš naujo atrastos Gajaus „Institucijos“ tapo tikra moksline sensacija. „Institucijų“ reikšmė, išties, didelė. Visų pirma tai yra vienintelis klasikinės romėnų jurisprudencijos veikalas, kuris bemaž visa apimtimi pasiekė mūsų dienas. Taigi, tai yra vienintelis šaltinis, kurio dėka galime pažvelgti į originalią klasikinę romėnų teisę ir pažinti tuos romėnų privatinės teisės institutus, kuriuos Justiniano kodifikacija paskelbė esant nebetaikomus ir panaikintus. Tai, pavyzdžiui, legisakcinis procesas, mancipuojamų ir nemancipuojamų daiktų (*res mancipi et nec mancipi*) atskyrimas, mancipacija (*mancipatio*), procesinė cesija (*in iure cessio*). Be to, Gajaus vadovėlis atveria galimybes pažinti romėnų privatinės teisės institutų raidą, suprasti, kaip klasikinės teisės institutai bei nuostatos kito, buvo modifikuojami poklasikiniu laikotarpiu.

---

* Susidomėjęs radiniu, A. Tamošaitis 1936 metais „Teisėje“ paskelbė straipsnį „Naujas atradimas romėnų teisėje“, nušviečiantį Gajaus „Institucijų“ fragmentų suradimo aplinkybes, pateikė jų teksto vertimą į lietuvių kalbą ir komentarą. Plačiau žr. Maksimaitis M., Vėlyvis S. *Lietuviškos teisinės romanistikos pradžia ir jos pionierius Antanas Tamošaitis* // Jurisprudencija, 2011, 18(3): 805–820.

Apibendrinant Gajaus ir jo „Institucijų“ reikšmę romėnų teisės pažinimui bei romanistikos studijoms, mūsų nuomone, labiausiai tinka taiklus lenkų romanisto Kazimiežo Kolančyko (*Kazimierz Kolańczyk*) apibūdinimas. Pasak jo, lyginant Gajų su didžiaisiais romėnų jurisprudencijos klasikais, jis atrodo gana blankiai: neprilygsta jiems minties aštrumu, įsitikinimu savo nuomonės pagrįstumu, analizės gilumu. Tarp romėniškosios juridinės literatūros korifėjų – tai mažesnio ryškio žvaigždė. Kita vertus, istorija lėmė, jog jo veikalas išliko ir ši žvaigždė šviečia arčiausiai mūsų, todėl taip pat ir šviesiausiai*. Matyt, nesuklystume, jei kalbėdami apie Gajaus reikšmę šiuolaikiniam romėnų teisės mokslui pasinaudotume Justiniano kodifikacijos rengėjų atliktose klasikinių tekstų interpoliacijose Gajui teiktu titulu – *Gaius noster* („Mūsų Gajus“).

Į skaitytojų rankas atiduodamas „Institucijų“ vertimas į lietuvių kalbą parengtas visų pirma siekiant didaktinių tikslų. Tikimės, kad tai bus paranki papildoma priemonė studijuojantiems romėnų privatinę teisę ir besidomintiems privatinės teisės istorija.

Vertėjai iš lotynų kalbos
prof. dr. (HP) Stasys Vėlyvis
prof. dr. Marius Jonaitis

* Kolańczyk K. *Prawo rzymskie.* Warszawa: LexisNexis, 2001, p. 57.

Commentarius Primus

Pirmoji knyga

[I. DE IURE CIVILI ET NATURALI.] **1.** *Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur: nam quod quisque* populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium est vocaturque ius civile, quasi ius proprium civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. Populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. Quae singula qualia sint, suis locis proponemus.

2. Constant autem iura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum, qui ius edicendi habent, responsis prudentium.

3. Lex est quod populus iubet atque constituit. Plebiscitum est quod plebs iubet atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significantur connumeratis et patriciis, plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur: unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent; sed postea lex Hortensia lata est, qua cautum est, ut plebiscita universum populum tenerent: itaque eo modo legibus exaequata sunt.

4. Senatus consultum est quod senatus iubet atque constituit; idque legis vicem optinet, quamvis fuerit quaesitum.

5. Constitutio principis est quod imperator decreto vel edicto vel epistula constituit; nec umquam dubitatum est, quin id legis vicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat.

[I. APIE *IUS CIVILE* IR APIE PRIGIMTINĘ TEISĘ.] **1.** Visos tautos, besivadovaujančios įstatymais ir papročiais, iš dalies naudojasi nuosava, o iš dalies – visoms tautoms bendra teise; kadangi toji teisė, kurią kiekviena tauta sau nustatė, yra jos nuosava teisė ir vadinama *ius civile* kaip nuosava piliečių teisė; o tosios, kurią įgimtas protas nustatė visose tautose, vienodai laikosi visos tautos ir ji vadinama tautų teise kaip teisė, kuria vadovaujasi visos tautos. Dėl to ir romėnų tauta iš dalies vadovaujasi nuosava, o iš dalies visoms tautoms bendra teise. Kokia yra kiekviena jų, aptarsime atitinkamose vietose.

2. Romėnų tautos teises sudaro įstatymai, plebiscitai, senato nutarimai, imperatorių konstitucijos, ediktai tų, kuriems priklauso teisė juos skelbti, bei teisės žinovų išaiškinimai.

3. Įstatymas yra tai, ką tauta įsako arba nustato. Plebėjų susirinkimo plebiscitas yra tai, ką plebsas įsako arba nustato. Plebsas nuo tautos skiriasi tuo, kad sąvoka „tauta" apima visus piliečius, įskaitant ir patricijus, o sąvoka „plebsas" įvardijami visi likę piliečiai, išskyrus patricijus. Dėl to kadaise patricijai tvirtino esą plebėjų susirinkimo plebiscitai, priimti be patricijų pritarimo, jų nesaistantys. Vis dėlto vėliau buvo paskelbtas *lex Hortensia*, kuriuo nustatyta, jog plebėjų susirinkimo skelbiami plebiscitai privalomi visai tautai; taip jie buvo prilyginti įstatymams.

4. Senato nutarimas yra tai, ką senatas įsako arba nustato; jis užima įstatymo vietą, nors šiuo klausimu būta dvejonių.

5. Imperatoriaus konstitucija yra tai, ką imperatorius nustato dekretu, ediktu arba laišku. Ir niekuomet nebuvo abejonių dėl to, jog tai turi įstatymo galią, nes ir pačiam imperatoriui valdžia suteikiama įstatymu.

6. <*Edicta sunt praecepta eorum, qui ius edicendi habent*>. Ius autem edicendi habent magistratus populi Romani; sed amplissimum ius est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in provincias iurisdictionem praesides earum habent; item in edictis aedilium curulium, quorum iurisdictionem in provinciis populi Romani quaestores habent: nam in provincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur.

7. Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum est iura condere. Quorum omnium si in unum sententiae concurrunt, id, quod ita sentiunt, legis vicem optinet; si vero dissentiunt, iudici licet quam velit sententiam sequi: idque rescripto divi Hadriani significatur.

[II. DE IURIS DIVISIONE.] **8.** Omne autem ius, quo utimur, vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones. *Sed* prius videamus de personis.

[III. DE CONDICIONE HOMINUM.] **9.** Et quidem summa divisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

10. Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini.

11. Ingenui sunt qui liberi nati sunt; libertini qui ex iusta servitute manumissi sunt.

12. Rursus libertinorum <*tria sunt genera; nam aut cives Romani aut Latini aut dediticiorum*> numero sunt. De quibus singulis dispiciamus; ac prius de dediticiis.

6. Ediktai – tai nuostatos tų, kuriems suteikta teisė skelbti ediktus. Teisė skelbti ediktus priklauso romėnų tautos magistratams. Kita vertus, išsamiausioji teisė yra išdėstyta dviejų pretorių ediktuose – miesto ir svetimšalių, kurių jurisdikciją provincijose įgyvendina šių provincijų vietininkai; taip pat ir kurulinių edilų ediktuose, kurių jurisdikcija romėnų tautos provincijose priklauso kvestoriams, nes į imperatoriškas provincijas kvestoriai apskritai nėra siunčiami, todėl ir ediktas šiose provincijose nėra skelbiamas.

7. Teisės žinovų išaiškinimai – tai nuomonės ir pažiūros tų, kuriems leista kurti teisę. Jeigu jų visų nuomonės sutampa, tai, dėl ko sutariama, turi įstatymo galią, o jei nuomonės yra prieštaringos, teisėjui leidžiama vadovautis ta nuomone, kuri jam priimtina. Apie tai pažymima imperatoriaus Adriano* reskripte.

[II. APIE TEISĖS SKIRSTYMĄ.] **8.** Visa teisė, kuria naudojamės, yra susijusi arba su asmenimis, arba su daiktais, arba su ieškiniais. Tačiau pirmiausia imsimės asmenų.

[III. APIE ASMENŲ PADĖTĮ.] **9.** Svarbiausiasis suskirstymas teisės, susijusios su asmenimis, srityje yra tai, kad visi žmonės yra arba laisvieji, arba vergai.

10. O iš laisvųjų vieni yra gimę laisvi, kiti – išlaisvintieji.

11. Gimę laisvi yra tie, kurie gimė būdami laisvi, o išlaisvintieji – tie, kurie buvo paleisti iš teisėtos vergovės.

12. Savo ruožtu laisvų gimusiųjų yra trys grupės, nes tai yra arba Romos piliečiai, arba lotynai, arba priskiriami nukariautiesiems. Išnagrinėsime juos atskirai, tačiau pradėsime nuo nukariautųjų.

* Valdė 117–138 metais.

[IV. De dediticiis vel lege Aelia Sentia.] **13.** Lege itaque Aelia Sentia cavetur, ut qui servi a dominis poenae nomine vincti sint, quibusve stigmata inscripta sint, deve quibus ob noxam quaestio tormentis habita sit et in ea noxa fuisse convicti sint, quive ut ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inve ludum custodiamve coniecti fuerint, et postea vel ab eodem domino vel ab alio manumissi, eiusdem condicionis liberi fiant, cuius condicionis sunt peregrini dediticii.

[V. De peregrinis dediticiis.] **14.** Vocantur autem peregrini dediticii hi, qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt deinde victi se dediderunt.

15. Huius ergo turpitudinis servos quocumque modo et cuiuscumque aetatis manumissos, etsi pleno iure dominorum fuerint, numquam aut cives Romanos aut Latinos fieri dicemus, sed omni modo dediticiorum numero constitui intellegemus.

16. Si vero in nulla tali turpitudine sit servus, manumissum modo civem Romanum modo Latinum fieri dicemus.

17. Nam in cuius persona tria haec concurrunt, ut maior sit annorum triginta, et ex iure Quiritium domini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, id est vindicta aut censu aut testamento, is civis Romanus fit; sin vero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

[IV. Apie nukariautuosius arba apie *lex Aelia Sentia*.] **13.** *Lex Aelia Sentia* nustatyta, kad vergai, šeimininko už bausmę sukaustyti grandinėmis arba tie, kuriems išdeginta žymė, arba kurie dėl padaryto nusižengimo buvo kankinami ir įrodyta, kad jie padarė nusižengimą, arba tie, kurie buvo atiduoti ginkluotoms kovoms arba kovoms su laukiniais žvėrimis, arba buvo atiduoti į gladiatorių mokyklą arba įmesti į kalėjimą, tačiau vėliau to paties šeimininko arba kieno nors kito išlaisvinti, gauna laisvę tokiomis pačiomis sąlygomis kaip ir nukariautieji svetimšaliai.

[V. Apie nukariautuosius svetimšalius.] **14.** Nukariautaisiais svetimšaliais vadinami tie, kurie kadaise griebęsi ginklo kovojo su romėnų tauta, tačiau nugalėti pasidavė.

15. Apie taip pažemintus vergus, išlaisvintus bet kuriuo būdu ir bet kokio amžiaus, nors teisiškai ir būtų buvę visiškoje šeimininko valdžioje, niekuomet nepasakysime, jog tampa arba Romos piliečiais, arba lotynais, tačiau laikysime, jog jie bus priskirti nukariautųjų kategorijai.

16. Jei vergas nėra ištiktas nei vieno iš tokių pažeminimų, sakysime, kad išlaisvintas jis tampa arba Romos piliečiu, arba lotynu.

17. Nes tas, kuris kartu atitinka šiuos tris reikalavimus: yra sukakęs daugiau nei trisdešimt metų ir priklauso šeimininkui pagal kviritų teisę bei bus išlaisvintas teisėtu ir įstatymo nustatytu būdu, t. y. *manumissio vindicta* arba įrašant į piliečių sąrašą, arba testamentu, tampa Romos piliečiu; jeigu kuris nors iš šių reikalavimų nebus įvykdytas, taps lotynu.

[VI. DE MANUMISSIONE VEL CAUSAE PROBATIONE.] **18.** Quod autem de aetate servi requiritur, lege Aelia Sentia introductum est. Nam ea lex minores XXX annorum servos non aliter voluit manumissos cives Romanos fieri, quam si vindicta, apud consilium iusta causa manumissionis adprobata, liberati fuerint.

19. Iusta autem causa manumissionis est veluti si quis filium filiamve aut fratrem sororemve naturalem, aut alumnum, aut paedagogum, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa apud consilium manumittat.

[VII. DE CONSILIO ADHIBENDO.] **20.** Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque equitum Romanorum puberum; in provinciis autem viginti recuperatorum civium Romanorum, idque fit ultimo die conventus; sed Romae certis diebus apud consilium manumittuntur. Maiores vero triginta annorum servi semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum praetor aut pro consule in balneum vel in theatrum eat.

21. Praeterea minor triginta annorum servus manumissus potest civis Romanus fieri, si ab eo domino, qui solvendo non erat, testamento eum liberum et heredem relictum. .... (24 *versus legi nequeunt*)

22. ... homines Latini Iuniani appellantur: Latini ideo, quia adsimulati sunt Latinis coloniariis; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam libertatem acceperunt, cum olim servi viderentur esse.

[VI. APIE IŠLAISVINIMĄ ARBA PALEIDIMO Į LAISVĘ PRIEŽASTIES ĮRODINĖJIMĄ.] **18.** Amžiaus reikalavimas išlaisvinamam vergui buvo nustatytas *lex Aelia Sentia*. Šis įstatymas nustatė, kad išlaisvinti jaunesni nei trisdešimties metų vergai Romos piliečiais tampa tik tuomet, kai paleidžiami į laisvę *manumissio vindicta* būdu ir įrodžius tarybai tinkamą išlaisvinimo pagrindą.

19. Tinkamu išlaisvinimo pagrindu laikoma, jei, pavyzdžiui, kas nors tarybos akivaizdoje paleidžia į laisvę savo biologinį sūnų ar dukterį, brolį arba seserį, arba mokinį, arba mokytoją, arba vergą tam, kad paskirtų jį prokuratoriumi, arba vergę, su kuria ketina tuoktis.

[VII. APIE TARYBOS SUDARYMĄ.] **20.** Romos mieste sudaroma taryba, susidedanti iš penkių senatorių ir penkių romėnų raitelių, sulaukusių pilnametystės, o provincijose – iš dvidešimties rekuperatorių, Romos piliečių, o tai vyksta paskutiniąją jų kadencijos dieną, nes Romoje į laisvę tarybos akivaizdoje paleidžiama nustatytomis dienomis. Tuo tarpu vergus, sukakusius daugiau nei trisdešimt metų, įprasta paleisti laisvėn bet kuriuo laiku. Taigi, jiems laisvė galėjo būti suteikiama net ir kelyje, pavyzdžiui, pretoriui arba prokonsului vykstant į pirtį ar teatrą.

21. Be to, jaunesnis nei trisdešimties metų vergas gali tapti Romos piliečiu, jei šeimininko, kuris nebuvo mokus, testamentu išlaisvintas ir paskirtas įpėdiniu (...24 eilutės...)

22. (...) žmonės vadinami Junijaus lotynais: lotynais, nes jų padėtis panaši į kolonijų lotynų, o Junijaus, nes laisvę įgijo *lex Iunia* pagrindu, nors iki tol jie buvo laikomi vergais.

23. Nec tamen illis permittit lex Iunia vel ipsis testamentum facere, vel ex testamento alieno capere, vel tutores testamento dari.

24. Quod autem diximus ex testamento eos capere non posse, ita intellegemus, ne quid directo hereditatis legatorumve nomine eos posse capere dicamus: alioquin per fideicommissum capere possunt.

25. Hi vero, qui dediticiorum numero sunt, nullo modo ex testamento capere possunt, non magis quam quilibet peregrinus; quin nec ipsi testamentum facere possunt secundum id quod magis placuit.

26. Pessima itaque libertas eorum est, qui dediticiorum numero sunt; nec ulla lege aut senatusconsulto aut constitutione principali aditus illis ad civitatem Romanam datur.

27. Quin etiam in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romae miliarium morari prohibentur; et si qui contra ea fecerint, ipsi bonaque eorum publice venire iubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romae miliarium serviant neve umquam manumittantur; et si manumissi fuerint, servi populi Romani esse iubentur. Et haec ita lege Aelia Sentia comprehensa sunt.

[QUIBUS MODIS LATINI AD CIVITATEM ROMANAM PERVENIANT.] |**28.** Latini vero multis modis ad civitatem Romanam perveniunt.

23. Tačiau *lex Iunia* neleidžia jiems patiems sudaryti testamento nei paveldėti pagal kieno nors kito sudarytą testamentą, nei paskirti juos testamentu globėjais.

24. Tuo tarpu tai, ką sakėme, jog negali paveldėti pagal testamentą, suprantame, jog jie negali nieko tiesiogiai gauti kaip palikimo arba legato. Tačiau gali gauti turtą fideikomiso pagrindu.

25. Tuo tarpu tie, kurie priskiriami nukariautųjų svetimšalių skaičiui, kaip ir bet kuris svetimšalis niekaip negali nei paveldėti pagal testamentą, nei, daugumos teisininkų nuomone, sudaryti testamento.

26. Todėl nukariautųjų svetimšalių laisvė yra pati nepalankiausia: joks įstatymas nei senato nutarimas, nei imperatoriaus konstitucija nepripažįsta jiems teisės į Romos pilietybę.

27. Dargi, jiems net draudžiama gyventi Romoje arba šimto mylių spinduliu aplink Romą, o tuos, kurie šį draudimą pažeidžia, liepiama viešai parduoti drauge su jų turtu bei su sąlyga, jog jie nevergaus Romos mieste arba šimto mylių spinduliu aplink Romą ir niekuomet nebus išlaisvinti, o jei būtų paleisti laisvėn, nustatoma, kad jie yra romėnų tautos vergai. Ir tai yra nustatyta *lex Aelia Sentia*.

[KOKIU BŪDU LOTYNAI GALI TAPTI ROMOS PILIEČIAIS]. **28.** Iš tiesų lotynai gali tapti Romos piliečiais daugeliu būdų.

29. Statim enim ex lege Aelia Sentia cautum est ut minores triginta annorum manumissi et Latini facti si uxores duxerint vel cives Romanas vel Latinas coloniarias vel eiusdem condicionis, cuius et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus civibus Romanis puberibus, et filium procreaverint, cum is filius anniculus esse coeperit, datur eis potestas per eam legem adire praetorem vel in provinciis praesidem provinciae, et adprobare se ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habere; et si is, apud quem causa probata est, id ita esse pronuntiaverit, tunc et ipse Latinus et uxor eius, si et ipsa <*eiusdem condicionis sit, et filius, si et ipse*> eiusdem condicionis sit, cives Romani esse iubentur.

30. Ideo autem *in persona filii* adiecimus 'si et ipse eiusdem condicionis sit', quia si uxor Latini civis Romana est, qui ex ea nascitur ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, civis Romanus nascitur.

31. Hoc tamen ius adipiscendae civitatis Romanae etiamsi soli minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatusconsulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, etiam maioribus triginta annorum manumissis Latinis factis concessum est.

32. Ceterum etiamsi ante decesserit Latinus, quam anniculi filii causam probarit, potest mater eius causam probare, et sic et ipsa fiet civis Romana, si Latina fuerit.
....(2 *versus desiderantur*)
ipse filius civis Romanus sit, quia ex cive Romana matre natus est, tamen debet causam probare, ut suus heres patri fiat.

29. Pagal *lex Aelia Sentia*, turintys mažiau nei trisdešimt metų, kurie išlaisvinti ir tampa lotynais, jeigu paims į žmonas romėnę arba lotynę iš kolonijos, arba tos pačios padėties kaip ir jie patys ir tai patvirtins kviesdami paliudyti ne mažiau nei septynis liudytojus, pilnamečius Romos piliečius ir susilauks sūnaus, kai šiam sūnui sukaks vieneri metai, tas įstatymas numato jiems galimybę nedelsiant kreiptis į pretorių, o provincijoje – į jos vietininką ir įrodyti, jog paėmė žmoną kaip nustato *lex Aelia Sentia* ir turi su ja vienerių metų sūnų. Ir jei tas, kuriam tai buvo įrodinėjama, nuspręs, jog tai yra įrodyta, pripažįstama, kad ir pats lotynas, ir jo žmona, jei ir ji būtų tos pačios padėties, bei sūnus, jeigu jis yra tos pačios padėties, tapo Romos piliečiais.

30. Apie sūnaus asmenį pridūrėme „jeigu jis yra tos pačios padėties", nes jei lotyno žmona yra Romos pilietė, jos pagimdytasis įgyja Romos pilietybę pagal naują senato nutarimą, priimtą imperatoriaus Adriano iniciatyva.

31. Tačiau anoji teisė įgyti Romos pilietybę, nors pagal *lex Aelia Sentia* priklausė tik jaunesniems nei trisdešimt metų ir išlaisvinus tapusiems lotynais, vėliau vis dėlto pagal senato nutarimą, priimtą Pegasui ir Pusionui einant konsulų pareigas*, suteikta ir sukakusiems daugiau nei trisdešimt metų, kurie paleidus į laisvę tapdavo lotynais.

32. Be to, net jei lotynas mirtų nespėjęs pateikti įrodymų apie vienerius metus sukakusį sūnų, tai įrodyti gali jo motina ir tokiu būdu tiek ji pati įgyja Romos pilietybę, jei buvo lotynė (...2 eilutės...), tiek pats sūnus yra Romos pilietis, nes gimęs iš motinos romėnės, tačiau ji privalo pateikti įrodymus, kad sūnus taptų privalomuoju tėvo įpėdiniu.

---

* 69–70 metai.

32a. <*Quae*> vero diximus de filio anniculo, <*eadem et de filia annicula*> dicta intellegemus.

32b. <*Praeterea ex lege Visellia tam maiores quam minores triginta annorum manumissi et Latini facti ius Quiritium adipiscuntur*>, id est fiunt cives Romani, si Romae inter vigiles sex annis militaverint. Postea dicitur factum esse senatusconsultum, quo data est illis civitas Romana, si triennium militiae expleverint.

32c. Item edicto Claudii Latini ius Quiritium consecuntur, si navem marinam aedificaverint, quae non minus quam decem milia modiorum frumenti capiat, eaque navis vel quae in eius locum substituta *sit, sex* annis frumentum Romam portaverit.

33. Praeterea a Nerone *constitutum est,* ut si Latinus, qui patrimonium sestertium CC milium plurisve habebit, in urbe Roma domum aedificaverit, in quam non minus quam partem dimidiam patrimonii sui impenderit, ius Quiritium consequatur.

34. Denique Traianus constituit, ut si *Latinus* in urbe triennio pistrinum exercuerit, in quo in dies singulos non minus quam centenos modios frumenti pinseret, ad ius Quiritium perveniat ....(3 *versus desiderantur*)

32a. Tai, ką pasakėme apie vienerius metus sukakusį sūnų, laikome taip pat esant pasakyta ir apie vienerių metų sulaukusią dukterį.

32b. Be to, pagal *lex Visellia* išlaisvintieji ir tapę lotynais – tiek vyresni, tiek ir jaunesni nei trisdešimt metų, įgyja kviritų teisę, tai reiškia – tampa Romos piliečiais, jei šešerius metus ištarnavo Romos miesto sargyboje. Teigiama, jog vėliau buvo priimtas senato nutarimas, suteikiantis jiems Romos pilietybę atlikus trejų metų tarnybą.

32c. Taip pat pagal Klaudijaus ediktą lotynai įgyja Romos pilietybę, jei pastato ne mažesnį nei dešimties tūkstančių modijų* grūdų talpos jūrinį laivą ir šis laivas arba kitas, kuriuo jis pakeičiamas, šešerius metus gabena į Romą javus.

33. Be to, Neronas nustatė, jog lotynas, valdantis 200 000 sestercijų** vertės arba didesnį turtą, įgis Romos pilietybę, jei Romos mieste pastatys namą tam išleisdamas ne mažiau kaip pusę savo turto.

34. Galiausiai Trajanas nustatė, jog Romos pilietybę įgis lotynas, jei trejus metus laikys Romoje malūną, kuriame kasdien bus sumalama ne mažiau nei šimtas modijų grūdų (...3 eilutės...).

---

* Modijus – skysčių ir biralų tūrio vienetas, lygus 8,75 litro.

** Visoje Romos imperijoje cirkuliavusios monetos (vertės mažėjimo tvarka) buvo tokios: aurėjus (auksinis), denarijus (sidabrinis), sestercijus (bronzinis), asas, semiasas ir kvadrantas (variniai). Pagal Augusto 23 m. po Kristaus gimimo nustatytą monetarinę sistemą: 1 sestercijus = 2 dupondijai = 4 asai = 8 semiasai = 16 kvadrantų. Tuo tarpu 1 denarijus = 4 sestercijai, 1 aurėjus 100 sestercijų. Palyginimui: II a. po Kristaus gimimo pradžioje (Gajaus „Institucijos“ parašytos apie šio amžiaus vidurį) 1 sestercijaus vertė buvo apie 2 eurus. Plačiau žr. Alberto Angela. Viena diena senovės Romoje. – Vilnius: Tyto Alba, 2012, p. 271–273.

35. *Praeterea possunt* maiores triginta annorum manumissi et Latini facti *iteratione* ius Quiritium consequi. Quo... triginta annorum manumittant. ....

(1 1/2 *versus desiderantur*)

manumissus vindicta aut censu aut testamento *et* civis Romanus *et eius* libertus fit, qui eum iteraverit. Ergo si servus in bonis tuis, ex iure Quiritium meus erit, Latinus quidem a te solo fieri potest, iterari autem a me, non etiam a te potest, et eo modo meus libertus fit. Sed et ceteris modis ius Quiritium consecutus meus libertus fit. Bonorum autem quae, cum is morietur, reliquerit, tibi possessio datur, quocumque modo ius Quiritium fuerit consecutus. Quod si cuius et in bonis et ex iure Quiritium sit manumissus, ab eodem scilicet et Latinus fieri potest et ius Quiritium consequi.

36. <*Non tamen cuicumque volenti manumittere licet.*

37. *Nam is, qui*> in fraudem creditorum vel in fraudem patroni manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem.

38. Item eadem lege minori XX annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam *vindicta si* apud consilium iusta causa manumissionis adprobata fuerit.

39. Iustae autem causae manumissionis sunt veluti si quis patrem aut matrem aut paedagogum aut conlactaneum manumittat. Sed et illae causae, quas superius in servo minore XXX annorum exposuimus, ad hunc quoque casum, de quo loquimur, adferri possunt. Item ex diverso hae causae, quas in minore XX annorum domino rettulimus, porrigi possunt et ad servum minorem XXX annorum.

35. Be to, jaunesni nei trisdešimties metų, kurie buvo išlaisvinti ir tapo lotynais, dar kartą juos išlaisvinus gali įgyti Romos pilietybę. Tam, kad (...1½ eilutės...) trisdešimties metų išlaisvintų, išlaisvintasis *manumissio vindicta* būdu arba įrašant į piliečių sąrašą, arba testamentu tampa Romos piliečiu ir libertinu to, kuris jį iš naujo paleido į laisvę. Todėl jei vergas priklausytų tau bonitarinės nuosavybės teise, pagal kviritų teisę jis būtų mano libertinas; iš tiesų, tavo išlaisvintas jis gali tapti tik lotynu, o tuo tarpu iš naujo paleistas į laisvę gali būti tik mano, o ne dar kartą tavo ir taip tampa mano libertinu. Tačiau taip pat ir įgijęs Romos pilietybę kitais būdais tampa mano libertinu. Kita vertus, turtas, kurį paliko po savo mirties, atitenka valdyti tau neatsižvelgiant į tai, kokiu būdu buvo įgijęs Romos pilietybę. Taigi, jei bus išlaisvintas to, kuris yra ir bonitarinis, ir kviritinis jo savininkas, akivaizdu, jog gali tapti lotynu ir įgyti Romos pilietybę.

36. Tačiau ne kiekvienam, kuris norėtų, leidžiama paleisti į laisvę.

37. Kadangi tas, kuris išlaisvina padarydamas žalos kreditoriams arba patronui, nepadaro nieko, nes *lex Aelia Sentia* užkerta kelią tokiam paleidimui į laisvę.

38. Taip pat remiantis šiuo įstatymu, jaunesniems nei dvidešimties metų šeimininkams leidžiama paleisti į laisvę ne kitaip kaip tik *manumissio vindicta* būdu, jeigu tarybai nurodoma pagrįsta išlaisvinimo priežastis.

39. Pagrįstos paleidimo į laisvę priežastys yra, pavyzdžiui, jei kas išlaisvina tėvą arba motiną, arba mokytoją, arba netikrą brolį. Tačiau šios priežastys, kurias anksčiau išaiškinome kalbėdami apie jaunesnį nei trisdešimties metų vergą, gali būti taikomos ir atvejui, apie kurį dabar kalbame. Taip pat ir atvirkščiai, priežastys, kurias išvardinome kalbėdami apie dvidešimties metų nesukakusį šeimininką, galioja ir išlaisvinant jaunesnį nei trisdešimties metų vergą.

40. Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX annorum dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit, evenit, ut qui XIV annos aetatis expleverit, licet testamentum facere possit et in eo heredem sibi instituere legataque relinquere possit, tamen, si adhuc minor sit annorum XX, libertatem servo dare non possit.

41. Et quamvis Latinum facere velit minor XX annorum dominus, tamen nihilo minus debet apud consilium causam probare et ita postea inter amicos manumittere.

42. Praeterea lege Fufia Caninia certus modus constitutus est in servis testamento manumittendis.

43. Nam ei, qui plures quam duos neque plures quam decem servos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumit tere permittitur: ei vero, qui plures quam X neque plures quam XXX servos habebit, usque ad tertiam partem eius numeri manumittere permittitur. At ei, qui plures quam XXX neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam potestas manumittendi datur. Novissime ei, qui plures quam C habebit nec plures quam D, non plures manumittere permittitur quam quintam partem; neque plures <*quam D habentis ratio habetur, ut ex eo numero pars definiatur*> sed praescribit lex, ne cui plures manumittere liceat quam C. Quod si quis unum servum omnino aut duos habet, ad hanc legem non pertinet, et ideo liberam habet potestatem manumittendi.

44. Ac ne ad eos quidem omnino haec lex pertinet, qui sine testamento manumittunt. Itaque licet iis, qui vindicta aut censu aut inter amicos manumittunt, totam familiam suam liberare, scilicet si alia causa non impediat libertatem.

40. Kadangi pagal *lex Aelia Sentia*, jaunesniems nei dvidešimties metų amžiaus šeimininkams numatytas tam tikras išlaisvinimo būdas, vadinasi, tas, kuris yra sukakęs keturiolika metų, nors gali sudaryti testamentą, paskirti sau įpėdinį bei palikti legatą, nepaisant to, būdamas nesukakęs dvidešimties metų, negali suteikti laisvės vergui.

41. Ir nors dvidešimties metų amžiaus nesukakęs šeimininkas ketintų ką nors padaryti lotynu, nepaisant to, privalo įrodyti tarybai priežastį, o tai atlikęs paleisti vergą į laisvę dalyvaujant liudytojams.

42. Be to, *lex Fufia Caninia* nustatė tam tikrus vergų paleidimo į laisvę testamentu apribojimus.

43. Iš tikrųjų tam, kuris turės daugiau nei du vergus, bet ne daugiau kaip dvidešimt, leidžiama išlaisvinti iki pusės šio skaičiaus; tam gi, kuris turės daugiau nei dešimt vergų, bet ne daugiau kaip trisdešimt, leidžiama išlaisvinti iki trečdalio šio skaičiaus; o tam, kuris turės daugiau nei trisdešimt vergų, bet ne daugiau kaip šimtą, suteikiama teisė išlaisvinti iki ketvirtadalio šio skaičiaus. Atitinkamai tam, kuris turėtų daugiau nei šimtą, bet ne daugiau nei penkis šimtus, leidžiama paleisti į laisvę ne daugiau kaip penktadalį; turinčiajam daugiau nei penkis šimtus vergų, neskaičiuojama dalis nuo šio skaičiaus, tačiau įstatymas nustato, jog niekas negali išlaisvinti daugiau nei šimtą vergų. Jei kas nors iš viso turi tik vieną ar du vergus, šis įstatymas jam netaikomas, todėl jis turi neribotą galimybę išlaisvinti vergus.

44. Tačiau šis įstatymas anaiptol netaikomas tiems, kurie paleidžia į laisvę ne testamentu. Nes tiems, kurie paleidžia į laisvę pasinaudodami *manumissio vindicta*, įrašydami į piliečių sąrašą arba dalyvaujant liudytojams, leista išlaisvinti visus savo vergus, jeigu, žinoma, nėra kitų kliūčių laisvei suteikti.

45. Sed quod de numero servorum testamento manumittendorum diximus, ita intellegemus, ne umquam ex eo numero, ex quo dimidia aut tertia aut quarta aut quinta pars liberari potest, pauciores manumittere liceat, quam ex antecedenti numero licuit. Et hoc ipsa *ratione provisum* est; erat enim sane absurdum, ut X servorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem eius numeri manumittere ei conceditur, XII servos habenti non plures liceret manumittere quam IIII; item eis qui plures quam X neque. ....

(24 *versus legi nequeunt*)

46. ... nam et si testamento scriptis in orbem servis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli liberi erunt, quia lex Fufia Caninia quae in fraudem eius facta sint rescindit. Sunt etiam specialia senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt.

47. In summa sciendum est, <*quod*> lege Aelia Sentia cautum sit, ut creditorum fraudandorum causa manumissi liberi non fiant, *hoc etiam* ad peregrinos pertinere [senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani], cetera vero iura eius legis ad peregrinos non pertinere.

48. Sequitur de iure personarum alia divisio. Nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri [sunt] subiectae sunt.

49. Rursus earum personarum, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt.

50. Videamus nunc de his quae alieno iuri subiectae sint; *nam* si cognoverimus, quae istae personae sint, simul intellegemus, quae sui iuris sint.

45. Tačiau tai, ką pasakėme apie vergų, kuriuos galima paleisti į laisvę testamentu, skaičių, suprasime taip, kad iš to skaičiaus, iš kurio galima išlaisvinti pusę arba trečdalį, arba ketvirtadalį, arba penktadalį, niekuomet nebuvo galima išlaisvinti mažiau nei iš prieš tai einančio skaičiaus. Tai numatyta atsižvelgiant į teisingumą: būtų iš tiesų neprotinga, jei dešimties vergų šeimininkas galėtų paleisti laisvėn penkis, nes jam leidžiama išlaisvinti net iki pusės šio skaičiaus, kai tuo tarpu valdančiam dvylika vergų buvo galima išlaisvinti ne daugiau kaip keturis; o tiems, kurie daugiau nei dešimt, o ne (...24 eilutės...).

46. (...) nes taip pat, jeigu laisvė buvo suteikta vergams, kurių vardai testamente surašyti nesilaikant tvarkos, tai kadangi neįmanoma nustatyti kokio nors išlaisvinimo eiliškumo, nei vienas netaps laisvas, nes *lex Fufia Caninia* skelbia negaliojant tai, kas atlikta siekiant įstatymą apeiti. Esama ir specialių senato nutarimų, kuriais pripažįstama negaliojant tai, kas sumanyta siekiant apeiti šį įstatymą.

47. Galiausiai žinotina, kad tai, ką nustatė *lex Aelia Sentia*, jog išlaisvintieji siekiant padaryti žalos kreditoriams, netampa laisvi, taikytina taip pat ir svetimšaliams – taip imperatoriaus Adriano iniciatyva nusprendė senatas, – o likusios šio įstatymo nuostatos svetimšaliams netaikomos.

48. Pereiname prie kito teisėje, susijusioje su asmenimis, nustatyto asmenų skirstymo. Kadangi vieni asmenys yra nuosavos teisės, o kiti – paklūstantys svetimai teisei.

49. Vėlgi iš tų asmenų, kurie paklūsta svetimai teisei, vieni yra pavaldūs savo tėvo, kiti – vyro, kiti – svetimos šeimos galvos valdžiai.

50. Dabar apžvelgsime tuos asmenis, kurie paklūsta svetimai teisei, nes jei išsiaiškinsime, kas yra šie asmenys, tuo pačiu suprasime ir kas yra savosios teisės asmenys.

51. Ac prius dispiciamus de iis, qui in aliena potestate sunt.

52. In potestate itaque sunt servi dominorum. Quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus dominis in servos vitae necisque potestatem esse, et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur.

53. Sed hoc tempore neque civibus Romanis nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et sine causa in servos suos saevire; nam ex constitutione sacratissimi imperatoris Antonini qui sine causa servum suum occiderit non minus teneri iubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed et maior quoque asperitas dominorum per eiusdem principis constitutionem coercetur; nam consultus a quibusdam praesidibus provinciarum de his servis, qui ad fana deorum vel ad statuas principum confugiunt, praecepit, ut si intolerabilis videatur dominorum saevitia, cogantur servos suos vendere. Et utrumque recte fit [regula] male enim nostro iure uti non debemus; qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio.

54. Ceterum cum apud cives Romanos duplex sit dominium (nam vel in bonis vel ex iure Quiritium vel ex utroque iure cuiusque servus esse intellegatur), ita demum servum in potestate domini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure Quiritium eiusdem non sit: nam qui nudum ius Quiritium in servo habet, is potestatem habere non intellegitur.

51. Pirmiausiai pažinsime tuos, kurie paklūsta svetimai valdžiai.

52. Taigi vergai yra savo šeimininkų valdžioje. Tačiau ši valdžia kyla iš tautų teisės: visose tautose vienodai galime pastebėti šeimininkus turint gyvenimo ir mirties teisę vergų atžvilgiu, o visa tai, kas įgyjama tarpininkaujant vergui, atitenka šeimininkui.

53. Tačiau šiuo metu nei Romos piliečiams, nei kuriems nors kitiems asmenims, esantiems romėnų tautos valdžioje, nevalia be saiko ir priežasties smurtauti savo vergų atžvilgiu. Kadangi, kaip nustato imperatoriaus Antonino* konstitucija, tam, kuris neturėdamas dingsties užmušė savo vergą, privalo būti taikoma ne švelnesnė atsakomybė nei užmušusiam svetimą vergą. Tačiau taip pat ir pernelyg didelis šeimininkų žiaurumas buvo sutramdytas to paties imperatoriaus konstitucija, nes kai kurių provincijų vietininkų klausiamas apie vergus, ieškančius apsaugos dievams pašvęstose vietose arba po imperatorių skulptūromis, nurodė, kad šeimininkams, kurių žiaurumas pasirodytų esantis nepakeliamas, būtų įsakyta savo vergus parduoti. Ir abiem atvejais tai buvo teisingos nuostatos, nes nevalia piktnaudžiauti mums priklausančiomis teisėmis. Dėl tos pačios priežasties eikvotojai yra nušalinami nuo jiems priklausančio turto tvarkymo.

54. Pagaliau, kadangi Romos piliečių nuosavybė yra dvejopa, nes laikoma, jog arba vergas yra kieno nors turto dalis (bonitarinė nuosavybė), arba jo kviritinė nuosavybė, arba priklauso pagal abi teises, todėl laikysime, jog vergas paklūsta šeimininko valdžiai, jei įeina į jo turto sudėtį, nors tuo pačiu metu ir nepriklausytų jam pagal kviritų teisę. Kadangi nelaikoma, kad valdžią vergui turi tas, kuriam priklauso nominali (neginama) kviritinės nuosavybės teisė į jį.

* Valdė 138–161 metais.

55. Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos iustis nuptiis procreavimus. Quod ius proprium civium Romanorum est: fere enim nulli alii sunt homines, qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus. Idque divus Hadrianus edicto, quod proposuit de his, qui sibi liberisque suis ab eo civitatem Romanam petebant, significavit. Nec me praeterit Galatarum gentem credere in potestate parentum liberos esse.

56. <*Iustas autem nuptias contraxisse liberosque iis procreatos in potestate habere cives Romani ita intellegitur*>, si cives Romanas uxores duxerint vel etiam Latinas peregrinasve, cum quibus conubium habeant; cum enim conubium id efficiat, ut liberi patris condicionem sequantur, evenit, ut non <*solum*> cives Romani fiant, sed et in potestate patris sint.

57. Unde et veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisve, quas primas post missionem uxores duxerint; et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani et in potestate parentum fiunt.

58. <*Non tamen omnes nobis uxores ducere licet*>. nam a quarundam nuptiis abstinere debemus.

59. Inter eas enim personas, quae parentum liberorumve locum inter se optinent, nuptiae contrahi non possunt, nec inter eas conubium est, veluti inter patrem et filiam, vel inter matrem et filium, vel inter avum et neptem <*vel inter aviam et nepotem*> et si tales personae inter se coierint, nefarias et incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et haec adeo ita sunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint, non possint inter se matrimonio coniungi, in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat; itaque eam, quae mihi per adoptionem filiae *aut* neptis loco esse coeperit, non potero uxorem ducere, quamvis eam emancipaverim.

55. Taip pat mūsų valdžiai paklūsta ir mūsų vaikai, sugyventi teisėtoje santuokoje. Tai savita Romos piliečių teisė (nes beveik nesama žmonių, kurie savo vaikams turėtų tokią valdžią, kokią turime mes) ir tai leidžiama suprasti imperatoriaus Adriano edikte, paskelbtame tiems, kurie kreipėsi į jį dėl Romos pilietybės suteikimo jiems ir jų vaikams. Taip pat gerai žinau ir Galatų tautą laikant, jog vaikai paklūsta tėvų valdžiai.

56. Laikoma, jog Romos piliečiai sudarė teisėtas santuokas ir jų valdžiai paklūsta šiose santuokose sugyventi vaikai, jei jie paėmė į žmonas Romos pilietes arba lotynes, arba ir svetimšales, su kuriomis turi teisę sudaryti santuoką; nes teisė sudaryti teisėtą santuoką lemia tai, kad vaikai paveldi tėvo teisinę padėtį, o tai reiškia, jog jie ne tik tampa Romos piliečiais, bet taip pat yra ir pavaldūs tėvui.

57. Dėl šios priežasties įprasta ir kai kuriems veteranams imperatoriaus konstitucija suteikti teisę sudaryti teisėtą santuoką su tomis lotynėmis ir svetimšalėmis, kurias, jie išleisti į atsargą, pirmąsias paėmė į žmonas; o tie, kurie gimsta tokioje santuokoje, tampa Romos piliečiais ir paklūsta gimdytojų valdžiai.

58. Tačiau ne kiekvieną moterį galima imti į žmonas, nes nuo kai kurių santuokų privalome susilaikyti.

59. Nes tarp tų asmenų, kurie vienas kito atžvilgiu yra tėvai ir vaikai, santuokos sudaryti negalima, jie neturi teisės tuoktis tarpusavyje, pavyzdžiui, tėvas su dukterimi arba motina su sūnumi, arba senelis su vaikaite, arba senelė su vaikaičiu, o jeigu tokie asmenys gyveno kartu, sakoma, jog sudarė begėdišką ir kraujomaišišką santuoką. Net ir tuomet, kai dėl įvaikinimo asmenys vienas kitam tapo ascendentais ir descendentais, jie negali tarpusavyje tuoktis; ši nuostata lieka galioti net ir tuomet, kai įvaikinimas pasibaigia. Todėl tos, kuri dėl įvaikinimo užėmė mano atžvilgiu dukters arba vaikaitės padėtį, negalėsiu imti į žmonas, nors ir būčiau ją išlaisvinęs iš savo valdžios.

60. Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu cognatione iunguntur, est quaedam similis observatio, sed non tanta.

61. Sane inter fratrem et sororem prohibitae sunt nuptiae, sive eodem patre eademque matre nati fuerint, sive alterutro eorum: sed si qua per adoptionem soror mihi esse coeperit, quamdiu quidem constat adoptio, sane inter me et eam nuptiae non possunt consistere; cum vero per emancipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem ducere; sed et si ego emancipatus fuero, nihil impedimento erit nuptiis.

62. Fratris filiam uxorem ducere licet, idque primum in usum venit, cum divus Claudius Agrippinam fratris sui filiam uxorem duxisset; sororis vero filiam uxorem ducere non licet. Et haec ita principalibus constitutionibus significantur.

63. Item amitam et materteram uxorem ducere non licet. Item eam quae mihi quondam socrus aut nurus aut privigna aut noverca fuit. Ideo autem diximus 'quondam', quia si adhuc constant eae nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est, alia ratione mihi nupta esse non potest, quia neque eadem duobus nupta esse potest, neque idem duas uxores habere.

64. Ergo si quis nefarias atque incestas nuptias contraxerit, neque uxorem habere videtur neque liberos: itaque hi qui ex eo coitu nascuntur matrem quidem habere videntur, patrem vero non utique: nec ob id in potestate eius <*sunt, sed tales*> sunt, quales sunt hi, quos mater vulgo concepit; nam et hi patrem habere non intelleguntur, cum is etiam incertus sit; unde solent spurii filii appellari, vel a Graeca voce quasi σποράδην concepti, vel quasi sine patre filii.

60. Taip pat ir tarp tų asmenų, kuriuos sieja šoninės linijos giminystė, laikomasi kažko panašaus, tačiau ne taip griežtai.

61. Žinoma, draudžiama santuoka tarp brolio ir sesers, tiek gimusių iš to paties tėvo ir tos pačios motinos, tiek ir iš vieno jų. Tačiau jei kuri dėl įvaikinimo taptų man seserimi, santuokos tarp manęs ir jos, žinoma, negalima sudaryti tol, kol trunka įvaikinimas; kita vertus, kai įvaikinimas pasibaigs dėl emancipacijos, galėsiu imti ją į žmonas. Tačiau net ir tuomet, jei aš būčiau emancipuotas, nebus jokių kliūčių santuokai.

62. Leidžiama imti į žmonas brolėčią. Pirmą kartą taip atsitiko, kai imperatorius Klaudijus paėmė į žmonas Agripiną*, savo brolio dukterį. Tuo tarpu seserėčios vesti negalima. Taip tad yra skelbiama imperatorių konstitucijose.

63. Taip pat negalima imti į žmonas tėvo sesers ir motinos sesers; taip pat ir tos, kuri yra kažkada buvusi man uošvė arba marti, arba podukra, arba pamotė. O „kažkada“ pasakėme dėl to, kad kol trunka santuoka, kurios pagrindu susiklostė svainystės santykiai, negali būti mano žmona dėl kitos priežasties, nes juk nei ta pati moteris negali turėti dviejų vyrų, nei tas pats vyras negali turėti dviejų žmonų.

64. Taigi, jei kas sudarė begėdišką ir kraujomaišišką santuoką, laikomas neturinčiu nei žmonos, nei vaikų. Dėl to atrodo pagrįsta, kad tie, kurie gimsta iš tokio ryšio, motiną, tiesą sakant, turi, o tėvo – jokiu būdu ne ir dėl šios priežasties nėra jam pavaldūs; jie užima tokią pačią padėtį kaip ir tie, kuriuos motina pradėjo atsiduodama bet kuriam; kadangi laikoma, jog ir jie neturi tėvo, nes jis taip pat nėra aiškus. Dėl to tapo įprasta, sekant graikišku žodžiu, vadinti juos neteisėtais vaikais kaip pradėtus gyvenant ne santuokoje arba vaikais be tėvo.

---

* Gyveno I amžiuje.

65. *<Aliquando autem evenit, ut liberi, qui statim ut nati>* sunt parentum in potestate non fiant, ii postea tamen redigantur in potestatem.

66. *Veluti si Latinus* ex lege Aelia Sentia uxore ducta filium procreaverit aut Latinum ex Latina aut civem Romanum ex cive Romana, non habebit eum in potestate; *sed si postea causa probata civitatem Romanam consecutus fuerit,* simul eum in potestate sua habere incipit.

67. Item si civis Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per ignorantiam, cum eam civem Romanam esse crederet, et filium procreaverit, hic non est in potestate eius, quia ne quidem civis Romanus est, sed aut Latinus aut peregrinus, id est eius condicionis cuius et mater fuerit, quia non aliter quisque ad patris condicio nem accedit, quam si inter patrem et matrem eius conubium sit; sed ex senatusconsulto permittitur causam erroris probare, et ita uxor quoque et filius ad civitatem Romanam perveniunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. Idem iuris est, si eam per ignorantiam uxorem duxerit, quae dediticiorum numero est, nisi quod uxor non fit civis Romana.

65. Kartais atsitinka, jog descendentai, kurie gimę netampa pavaldūs ascendentams, vėliau vis dėlto patenka jų valdžion.

66. Pavyzdžiui, jei lotynas, paėmė žmoną laikydamasis *lex Aelia Sentia* reikalavimų ir susilaukė sūnaus – tiek lotynės pagimdyto lotyno, tiek Romos pilietės pagimdyto piliečio, neturės jam valdžios. O jeigu paskui, įrodžius reikiamas aplinkybes, įgis Romos pilietybę, tuo pačiu pradės įgyvendinti ir valdžią jo atžvilgiu.

67. Lygiai taip pat, jei Romos pilietis dėl nežinojimo paims į žmonas lotynę arba svetimšalę, tai nepaisant to, jog laikė ją esant Romos piliete, susilaukus sūnaus, šis netaps jam pavaldus, nes nebus Romos pilietis, bet arba lotynas, arba svetimšalis, arba tokios padėties, kokios buvo jo motina, nes kiekvienas paveldi tėvo teisinę padėtį tik tada, kai tarp tėvo ir motinos egzistuoja teisė sudaryti teisėtą santuoką. Kita vertus, remiantis senato nutarimu, leidžiama įrodinėti buvus suklydimą ir tokiu būdu tiek žmona, tiek ir sūnus įgyja Romos pilietybę ir nuo to laiko sūnus tampa pavaldus tėvui. Tokia pati nuostata galioja, jeigu dėl nežinojimo į žmonas paimama tokia, kuri priskiriama nukariautųjų svetimšalių kategorijai; tačiau šiuo atveju žmona netampa Romos piliete.

68. Item si civis Romana per errorem nupta sit peregrino tamquam civi Romano, permittitur ei causam erroris probare, et ita filius quoque eius et maritus ad civitatem Romanam perveniunt, et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. Idem iuris est, si peregrino tamquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit: nam et de hoc specialiter senatusconsulto cavetur. Idem iuris est aliquatenus, si ei, qui dediticiorum numero est, tamquam civi Romano aut Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit; nisi quod scilicet qui dediticiorum numero est in sua condicione permanet, et ideo filius, quamvis fiat civis Romanus, in potestatem patris non redigitur.

69. Item si Latina peregrino, cum eum Latinum esse crederet <*ex lege Aelia Sentia*>, nupserit, potest ex senatusconsulto filio nato causam erroris probare: *et ita* omnes fiunt cives Romani et filius in potestate patris esse incipit.

70. Idem constitutum est *et si* Latinus per errorem peregrinam quasi Latinam aut civem Romanam e lege Aelia Sentia uxorem duxerit.

71. Praeterea si civis Romanus, qui se credidisset Latinum esse, ob id Latinam <*uxorem duxerit*> permittitur ei filio nato erroris causam probare, tamquam *si* e lege Aelia Sentia uxorem duxisset. Item his, qui cum cives Romani essent, peregrinos se esse credidissent et peregrinas uxores duxissent, permittitur ex senatusconsulto filio nato causam erroris probare; quo facto fiet uxor civis Romana et filius *quoque natus* non solum ad civitatem Romanam pervenit, sed etiam in potestatem patris redigitur.

72. Quaecumque de filio [esse] diximus, eadem et de filia dicta intellegemus.

68. Lygiai taip pat, jeigu Romos pilietė, būdama klaidingai įsitikinusi, bus išleista už vyro svetimšalio kaip už Romos piliečio, jai leidžiama įrodinėti buvus suklydimą ir tokiu būdu tiek sūnus, tiek ir vyras įgyja Romos pilietybę ir, kaip ir aukščiau aptartu atveju, sūnus tampa pavaldus tėvui. Ta pati nuostata taikoma, jeigu Romos pilietė *lex Aelia Sentia* nustatyta tvarka ištekinama už svetimšalio manant, jog jis esantis lotynas: nes taip yra nustatyta atitinkamu senato nutarimu. Be to, tokia pati taisyklė galioja, jeigu *lex Aelia Sentia* nustatytomis sąlygomis būtų ištekinta už nukariautojo svetimšalio manant jį esant Romos piliečiu arba lotynu, išskyrus, žinoma, tai, kad tas, kuris laikomas nukariautuoju, juo ir toliau lieka, todėl sūnus, nors ir tampa Romos piliečiu, nepatenka tėvo valdžion.

69. Lygiai taip pat, jeigu lotynė *lex Aelia Sentia* nustatytomis sąlygomis ištekėtų už svetimšalio manydama, jog jis lotynas, pagal senato nutarimą gali, gimus sūnui, įrodyti klydusi ir tokiu būdu visi tampa Romos piliečiais, o sūnus – pavaldus tėvui.

70. Tokia pati nuostata taikoma tuomet, jeigu lotynas *lex Aelia Sentia* nustatytomis sąlygomis paima į žmonas svetimšalę, būdamas klaidingai įsitikinęs, jog ji yra lotynė arba romėnė.

71. Dar daugiau, jei Romos pilietis, kuris įsitikinęs esantis lotynas, ir dėl tos priežasties paimtų į žmonas lotynę, gimus sūnui, jam leidžiama pateikti įrodymus apie klaidą, nelyginant būtų susituokęs pagal *lex Aelia Sentia* nuostatas. Panašiai yra su tais, kurie, būdami Romos piliečiai, buvo įsitikinę, jog yra svetimšaliai ir vedė svetimšales. Remiantis senato nutarimu, po sūnaus gimimo jiems leidžiama įrodyti klydus. Po to žmona įgyja Romos pilietybę, o pagimdytas sūnus ne tik irgi tampa piliečiu, bet ir pasidaro pavaldus tėvui.

72. Visa tai, ką pasakėme apie sūnų, laikome galiojant ir dukters atžvilgiu.

73. Et quantum ad erroris causam probandam attinet, nihil interest, cuius aetatis filius sit <*filiave, cum senatusconsultum sic intellegere debeamus. Sed si Latinus e lege Aelia Sentia ius Quiritium vult consequi*>, si minor anniculo sit filius filiave, causa probari non potest. Nec me praeterit in aliquo rescripto divi Hadriani ita esse constitutum, tamquam quod ad erroris quoque *causam* probandam (...2 vv....) imperator (...1 v...) dedit.

74. Si peregrinus civem Romanam uxorem duxerit, an ex senatusconsulto *causam* probare possit, quaesitum est (...1½ vv...) hoc ei specialiter concessum est. Sed cum peregrinus civem Romanam uxorem duxisset et filio nato alias civitatem Romanam consecutus esset, deinde cum quaereretur, an causam probare posset, rescripsit imperator Antoninus proinde posse eum causam probare, atque si peregrinus mansisset. Ex quo colligimus etiam peregrinum causam probare posse.

75. Ex his quae diximus apparet, sive civis Romanus peregrinam sive peregrinus civem Romanam uxorem duxerit, eum qui nascitur peregrinum *esse: sed* siquidem per errorem tale matrimonium contractum fuerit, emendari vitium eius ex <*senatusconsulto, secundum*> ea quae superius diximus. Si vero nullus error intervenerit, <*sed*> scientes suam condicionem ita coierint, nullo casu emendatur vitium eius matrimonii.

76. Loquimur autem de his scilicet, <*inter*> quos conubium non sit; nam alioquin si civis Romanus peregrinam, cum qua ei conubium est, uxorem duxerit, sicut supra quoque diximus, iustum matrimonium contrahitur; et tunc ex his qui nascitur civis Romanus est et in potestate patris erit.

73. Kas dėl suklydimo įrodinėjimo teisme, neturi reikšmės tai, kokio amžiaus yra sūnus ir duktė. Nes taip reikia suprasti senato nutarimą. Tačiau jei lotynas siekia įgyti Romos pilietybę *lex Aelia Sentia* pagrindu, o sūnus arba duktė yra jaunesni nei vieneri metai, negalima įrodinėti buvus suklydimą. Gerai žinau, kad kažkuriame iš imperatoriaus Adriano reskriptų nustatyta, jog kas dėl pareigos įrodinėti buvus suklydimą (...2 eilutės...) imperatorius (...1 eilutė...) suteikė.

74. Jeigu peregrinas paims į žmonas Romos pilietę, kyla klausimas, ar turi teisę, remdamasis senato nutarimu, įrodinėti (...1½ eilutės...) tokia teisė jam aiškiai suteikta. Tačiau jei svetimšalis vedė Romos pilietę ir, gimus sūnui, kitu būdu įgijo Romos pilietybę, paklaustas, ar gali pateikti įrodymus, imperatorius Antoninas atsakė, jog gali pateikti teismui įrodymus taip nelyginant būtų likęs svetimšalis. Iš to sprendžiame, kad net svetimšaliui priklauso teisė įrodinėti.

75. Iš to, ką pasakėme, seka, kad jeigu į žmonas paims arba Romos pilietis svetimšalę, arba svetimšalis Romos pilietę, tas, kuris gims, yra svetimšalis, tačiau jei tokia santuoka buvo sudaryta suklydimo įtakoje, tai, remiantis senato nutarimu, galima šį trūkumą pašalinti sutinkamai su tuo, ką sakėme anksčiau. Tuo tarpu jei jokio suklydimo nebuvo, tačiau suvokdami savo padėtį gyveno drauge, tokios santuokos trūkumas jokiu atveju negali būti pašalintas.

76. Kalbame, žinoma, apie tuos, kurie neturėjo teisės tuoktis tarpusavyje; priešingu atveju, jei Romos pilietis vedė svetimšalę, su kuria turėjo teisę tuoktis, tai, kaip prieš tai sakėme[*], sudarė teisėtą santuoką ir tuomet tas, kuris gimsta, yra Romos pilietis ir pavaldus tėvui.

[*] Apie tai kalbama I, 56.

77. *Item* si civis Romana peregrino, cum quo ei conubium est, nupserit, peregrinum sane procreat et is iustus patris filius est, tamquam si ex peregrina eum procreasset. Hoc tamen tempore *ex* senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, etiamsi non fuerit conubium inter civem Romanam et peregrinum, qui nascitur iustus patris filius est.

78. Quod autem diximus inter civem Romanam peregrinumque *nisi conubium sit, qui* nascitur peregrinum esse, *lege Minicia cavetur, qua lege cautum* est, ut is quidem *deterioris* parentis condicionem sequatur. Eadem lege <autem> ex diverso cavetur, ut si peregrinam, *cum* qua ei conubium non sit, uxorem duxerit civis Romanus, peregrinus ex eo coitu nascatur. Sed hoc maxime casu necessaria lex Minicia *<fuit>;* nam remota ea lege diversam condicionem sequi debebat, quia ex eis, inter quos non est conubium, qui nascitur iure gentium matris condicioni accedit. Qua parte autem iubet lex ex cive Romano et peregrina peregrinum nasci, supervacua videtur; nam et remota ea lege hoc utique iure gentium futurum erat.

79. Adeo autem hoc ita est, ut *<ex cive Romano et Latina qui nascitur matris condicioni accedat; nam in lege Minicia quidem peregrinorum nomine comprehenduntur non>* solum exterae nationes et gentes, sed etiam qui Latini nominantur; sed ad alios Latinos pertinet, qui proprios populos propriasque civitates habebant et erant peregrinorum numero.

77. Lygiai taip pat, jeigu Romos pilietė susituokė su svetimšaliu, su kuriuo turėjo teisę sudaryti santuoką, susilaukia, savaime suprantama, svetimšalio ir jis yra teisėtas tėvo sūnus taip tarytum tėvas būtų jį sugyvenęs su svetimšale. Šiuo metu, remiantis senato nutarimu, priimtu imperatoriaus Adriano iniciatyva, net ir nesant teisės sudaryti santuoką tarp Romos pilietės ir svetimšalio, tas, kuris gimsta, yra teisėtas tėvo sūnus.

78. Tai, ką pasakėme apie tą, kuris gimsta teisės tarpusavyje tuoktis neturėjusiems Romos pilietei ir svetimšaliui, tai reiškia, kad jis yra svetimšalis; pagal tai reglamentuojantį *lex Minicia* išeina, jog paveldi nepalankesnėje padėtyje esančio gimdytojo teisinį statusą. Tuo pačiu įstatymu nustatyta priešingai, kad jei svetimšalę, neturinčią teisės sudaryti romėniškos santuokos, paims į žmonas Romos pilietis, iš tokios sąjungos gimsta svetimšalis. Tačiau šiuo atveju *lex Minicia* buvo labai reikalingas, nes jo nesant, turėtų paveldėti priešingą padėtį, kadangi gimusysis teisės tuoktis neturintiems asmenims pagal tautų teisę paveldi motinos teisinę padėtį. Gi toje dalyje, kurioje įstatymas nustato, jog Romos piliečiui ir svetimšalei gimsta svetimšalis, įstatymas atrodo esąs nereikalingas, nes net ir jo netaikant, lygiai taip pat būtų pagal tautų teisę.

79. O taip yra dėl to, kad tas, kuris gimsta Romos piliečiui ir svetimšalei, paveldi motinos teisinę padėtį, kadangi *lex Minicia* svetimšaliais laikė ne tik kitas tautas ir bendruomenes, bet ir tuos, kurie vadinti lotynais. Tačiau šis įstatymas skirtas kitiems lotynams, kurie laikyti atskira tauta ir turėjo savas valstybes bei buvo priskiriami svetimšaliams.

80. Eadem ratione ex contrario ex Latino et cive Romana, sive ex lege Aelia Sentia sive aliter *contractum* fuerit matrimonium, civis Romanus nascitur. Fuerunt tamen qui putaverunt ex lege Aelia Sentia contracto matrimonio Latinum nasci, quia videtur eo casu per legem Aeliam Sentiam et Iuniam conubium inter eos dari, et semper conubium efficit, ut qui nascitur patris condicioni accedat; aliter vero contracto matrimonio eum qui nascitur iure gentium matris condicionem sequi et ob id esse civem Romanum. Sed hoc iure utimur ex senatusconsulto, quo auctore divo Hadriano significatur, ut quoquo modo ex Latino et cive Romana natus civis Romanus nascatur.

81. His convenienter et illud senatusconsultum divo Hadriano auctore significavit, ut ex Latino et peregrina, item contra ex peregrino et Latina <*qui*> nascitur, is matris condicionem sequatur.

82. Illud quoque his consequens est, quod ex ancilla et libero iure gentium servus nascitur, et contra ex libera et servo liber nascitur.

83. Animadvertere tamen debemus, ne iuris gentium regulam vel lex aliqua vel quod legis vicem optinet, aliquo casu commutaverit.

84. Ecce enim ex senatusconsulto Claudiano poterat civis Romana, quae alieno servo volente domino eius coiit, ipsa ex pactione libera permanere, sed servum procreare; nam quod inter eam et dominum istius servi convenerit, *eo* senatusconsulto ratum esse iubetur. Sed postea divus Hadrianus iniquitate rei et inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut cum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat.

80. Dėl tos pačios priežasties Romos piliečiui ir lotynei, tiek gyvenantiems santuokoje, sudarytoje laikantis *lex Aelia Sentia*, tiek kitaip, gimsta Romos pilietis. Tačiau būta tokių, kurie laikėsi nuomonės, jog santuokoje, sudarytoje pagal *lex Aelia Sentia* reikalavimus, gimsta lotynas, nes atrodytų, jog šiuo atveju pagal *lex Aelia Sentia* ir *Iunia* esama teisės tuoktis, o teisė sudaryti teisėtą santuoką visuomet nulemia tai, kad tas, kuris gimsta, paveldi tėvo teisinę padėtį. Tuo tarpu, jeigu santuoka buvo sudaryta kitaip, tas, kuris gimsta, pagal tautų teisę paveldi motinos teisinę padėtį ir todėl yra Romos pilietis. Tačiau taikome senato nutarimu, priimtu imperatoriaus Adriano iniciatyva, nustatytą teisę, pagal kurią bet kokiu atveju lotyno ir Romos pilietės kūdikis gimsta kaip Romos pilietis.

81. Atsižvelgiant į tai, ir anas, imperatoriaus Adriano iniciatyva išleistas senato nutarimas, nustatė, jog tas, kuris gimsta lotynui ir svetimšalei, o taip pat ir atvirkščiai – svetimšaliui ir lotynei, paveldi motinos teisinę padėtį.

82. O iš to seka ir tai, jog vergei ir laisvajam, remiantis tautų teise, gimsta vergas ir atvirkščiai – laisvai moteriai ir vergui gimsta laisvasis.

83. Tačiau turime atkreipti dėmesį, ar koks nors įstatymas ar kas nors kita, kas turi įstatymo galią, kuriuo nors atveju nekeičia tautų teisės nuostatų.

84. Kadangi pagal *senatusconsultum Claudianum** Romos pilietė, kuri šeimininkui neprieštaraujant gyveno su vergu, pati galėjo išlikti laisva, tačiau pagimdyti vergą, nes tai, dėl ko tarpusavyje buvo susitarę ji ir vergo šeimininkas, senato nutarimu įgijo privalomąją galią. Tačiau vėliau imperatorius Adrianas, sujaudintas padėties neteisingumo ir teisės nuostatų netinkamumo, sugrąžino tautų teisės principą, jog jeigu pati moteris išlieka laisva, tai pagimdo laisvąjį.

* Priimtas 52 metais.

85. <*Item e lege (...)*> ex ancilla et libero poterant liberi nasci; nam ea lege cavetur, ut si quis cum aliena ancilla quam credebat liberam esse coierit, siquidem masculi nascantur, liberi sint, si vero feminae, ad eum pertineant, cuius mater ancilla fuerit. Sed et in hac specie divus Vespasianus inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut omni modo, etiamsi masculi nascantur, servi sint eius, cuius et mater fuerit.

86. Sed illa pars eiusdem legis salva est, ut ex libera et servo alieno, quem sciebat servum esse, servi nascantur. Itaque apud quos talis lex non est, qui nascitur iure gentium matris condicionem sequitur et ob id liber est.

87. Quibus autem casibus matris et non patris condicionem sequitur qui nascitur, iisdem casibus in potestate eum patris, etiamsi is civis Romanus sit, non esse plus quam manifestum est. Et ideo superius rettulimus quibusdam casibus per errorem non iusto contracto matrimonio senatum intervenire et emendare vitium matrimonii, eoque modo plerumque efficere, ut in potestatem patris filius redigatur.

88. Sed si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde manumissa civis Romana facta sit et tunc pariat, licet civis Romanus sit qui nascitur, sicut pater eius, non tamen in potestate patris est, quia neque ex iusto coitu conceptus est neque ex ullo senatusconsulto talis coitus quasi iustus constituitur.

85. Taip pat pagal įstatymą [...] vergei ir laisvajam galėjo gimti laisvieji, nes anas įstatymas nustato, kad jei kas gyventų su svetima verge būdamas įsitikinęs, jog ji esanti laisva ir jiems gimtų berniukai, tai jie būtų laisvi, o tuo tarpu, jeigu gimtų mergaitės, jos priklausytų tam, kuris yra vergės savininkas. Bet ir šiuo atveju imperatorius Vespasijanas*, paveiktas teisės nuostatų netinkamumo, sugrąžino tautų teisės principą, jog visuomet, net jei ir gimtų berniukai, jie tampa vergais to, kuriam priklausė jų motina.

86. Kita vertus, palikta galioti ta įstatymo dalis, kuri nustatė, jog laisvajai ir svetimam vergui, kurį ji žinojo esant vergą, gimsta vergai. Tačiau tose bendruomenėse, kur tokio įstatymo nėra, sutinkamai su tautų teise, tas, kuris gimsta, paveldi motinos teisinę padėtį ir todėl yra laisvasis.

87. Daugiau nei akivaizdu, jog tuomet, kai tas, kuris gimsta, paveldi motinos, o ne tėvo teisinę padėtį, jis niekuomet netampa pavaldus savo tėvui, nors ir būtų Romos pilietis. Dėl to anksčiau paminėjome, jog kai kuriais dėl suklydimo sudarytos neteisėtos santuokos atvejais įsikiša senatas, panaikindamas santuokos trūkumus, o svarbiausioji to pasekmė yra tai, kad sūnus tampa pavaldus tėvui.

88. Tačiau jei vergė pastotų nuo Romos piliečio, o vėliau paleista į laisvę taptų Romos piliete ir tuomet pagimdytų, naujagimis yra Romos pilietis taip, kaip ir jo tėvas, tačiau tėvui nepavaldus, nes buvo pradėtas ne teisėtoje santuokoje ir joks senato nutarimas tokios santuokos neįteisina.

---

* Valdė 69–79 metais.

89. Quod autem placuit, si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde manumissa pepererit, qui nascitur liberum nasci, naturali ratione fit; nam hi, qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex eo tempore quo nascuntur; itaque si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec interest, ex quo mater eos conceperit, cum ancilla fuerit; at hi, qui legitime concipiuntur, ex conceptionis tempore statum sumunt.

90. Itaque si cui mulieri civi Romanae praegnati aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo peregrina facta tunc pariat, complures distinguunt et putant, si quidem ex iustis nuptiis conceperit, civem Romanum ex ea nasci, si vero volgo conceperit, peregrinum ex ea nasci.

91. Item si qua mulier civis Romana praegnas ex senatusconsulto Claudiano ancilla facta sit ob id, quod alieno servo invito et denuntiante domino eius <*coierit*>, complures distinguunt et existimant, siquidem ex iustis nuptiis conceptus sit, civem Romanum ex ea nasci, si vero vulgo conceptus sit, *servum* nasci eius, cuius mater facta esset ancilla.

89. Tuo tarpu laikoma, kad jeigu vergė taptų nėščia nuo Romos piliečio, o vėliau išlaisvinta pagimdytų, tas, kuris gimsta, gimsta laisvas ir taip esti pagal prigimtinę teisę, nes tie, kurie yra pradėti neteisėtoje santuokoje, paveldi jiems gimstant esančią padėtį. Todėl, jei yra pagimdomi laisvosios, tampa laisvi nepriklausomai nuo to, su kuo motina, būdama vergė, juos pradėjo; kita vertus, tų, kurie buvo pradėti teisėtai, padėtį apsprendžia pradėjimo momentas.

90. Todėl jei kuri nors besilaukianti Romos pilietė būtų nuteista atskyrimu nuo vandens bei ugnies* ir dėl to tapusi svetimšale vėliau pagimdytų, daugelis teisininkų skiria du atvejus ir laiko, jog jei kūdikis buvo pradėtas teisėtoje santuokoje, pagimdys Romos pilietį, o jei pradėtas ne santuokoje – pagimdys svetimšalį.

91. Lygiai taip pat, jei kuri nors nėščia moteris, turinti Romos pilietybę, taptų verge pagal *senatusconsultum Claudianum* dėl to, kad gyveno su svetimu vergu nepaisydama jo šeimininko valios ir perspėjimų, daugelis teisininkų skiria du atvejus ir laiko, kad jeigu vaikas, kurio motina tapo verge, buvo pradėtas teisėtoje santuokoje, gimsta Romos piliečiu, o jeigu buvo pradėtas ne santuokoje, gimsta vergu to, kurio verge tapo jo motina.

* *Interdictio aquae et ignis* (uždraudimas naudotis vandeniu ir ugnimi) – bausmė, pradėta taikyti teismų praktikoje vėlyvuoju Respublikos laikotarpiu. Romos pilietis, kaltinamas nusikaltimo, už kurį gresia pasmerkimas myriop, padarymu, galėjo dar iki teismui paskelbiant nuosprendį nuspręsti savanoriškai pasitraukti į tremtį. Tuomet teismas, užuot skyręs mirties bausmę, taikydavo *interdictio aquae et ignis*, t. y. draudimą Romoje naudotis religinėse (aukojimo dievybėms) apeigose naudota ugnimi ir šventintu vandeniu (*aqua lustralis*). Kitaip tariant, nuteistajam buvo uždraudžiama grįžti į Romą, kurioje jam grėsdavusi mirtis, kadangi bet kas turėjo teisę tokį asmenį nebaudžiamas užmušti. *Interdictio* kartu reiškė ir Romos pilietybės netekimą bei turto konfiskavimą. Ši jurisdikcinė praktika buvo akceptuota atskiruose I a. pr. Kristų išleistuose įstatymuose ir tai turėjo įtakos mirties bausmės pakeitimui ištrėmimu.

92. Peregrina quoque si vulgo conceperit, deinde civis Romana *facta* tunc pariat, civem Romanum parit; si vero ex peregrino secundum leges moresque peregrinorum conceperit, ita videtur ex senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, civem Romanum parere, si et patri eius civitas Romana donetur.

93. Si peregrinus sibi liberisque suis civitatem Romanam petierit, non aliter filii in potestate eius fiunt, quam si imperator eos in potestatem redegerit; quod ita demum is facit, si causa cognita aestimaverit hoc filiis expedire. Diligentius autem exactiusque causam cognoscit de impuberibus absentibusque; et haec ita edicto divi Hadriani significantur.

94. Item si quis cum uxore praegnate civitate Romana donatus sit, quamvis is qui nascitur, ut supra diximus, civis Romanus sit, tamen in potestate patris non fit; idque subscriptione divi Hadriani significatur; qua de causa qui intellegit uxorem suam esse praegnatem, dum civitatem sibi et uxori ab imperatore petit, simul ab eodem petere debet, ut eum qui natus erit in potestate sua habeat.

95. Alia causa est eorum, qui Latii iure cum liberis suis ad civitatem Romanam perveniunt; nam horum in potestate fiunt liberi. Quod ius quibusdam peregrinis civitatibus datum est vel a populo Romano vel a senatu vel a Caesare.

96. <*Huius autem iuris duae species sunt; nam*> aut maius est Latium aut minus: maius est Latium, cum et hi, qui decuriones leguntur, et ei, qui honorem aliquem aut magistratum gerunt, civitatem Romanam consecuntur; minus Latium est, cum hi tantum, qui vel magistratum vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt: idque compluribus epistulis principum significatur.

92. Taip pat jeigu svetimšalė, pradėjusi vaiką ne santuokoje, o vėliau įgijusi Romos pilietybę, pagimdė, ji pagimdo Romos pilietį. Tuosyk jei tapo nėščia nuo svetimšalio pagal svetimšalių įstatymus ir papročius, tai, remiantis senato nutarimu, priimtu imperatoriaus Adriano iniciatyva, laikoma, jog pagimdė Romos pilietį, jeigu ir tėvui bus suteikta Romos pilietybė.

93. Jeigu svetimšalis kreipsis prašydamas suteikti Romos pilietybę jam ir jo vaikams, vaikai tik tuomet taps jam pavaldūs, kai imperatorius pajungs juos tėvo valdžiai. Jis taip nusprendžia tik tuomet, jei, ištyrus bylos aplinkybes, pripažįstama tai atitinkant vaikų interesus. Atidžiau ir nuodugniau jis nagrinėja atvejus, susijusius su nepilnamečiais ir nedalyvaujančiais, o tai buvo apibrėžta imperatoriaus Adriano ediktu.

94. Lygiai taip pat, jeigu kam drauge su besilaukiančia žmona būtų suteikta Romos pilietybė, nors tas, kuris gimsta – kaip anksčiau sakėme – yra Romos pilietis, tačiau tėvui nepavaldus, o tai buvo apibrėžta imperatoriaus Adriano pasirašytame atsakyme. Taigi, dėl šios priežasties, žinantysis, jog jo žmona laukiasi, prašydamas imperatoriaus suteikti jam ir jo žmonai pilietybę, taip pat privalo prašyti, kad tas, kuris gims, taptų pavaldus tėvui.

95. Kitaip esti su tais, kurie drauge su savo vaikais Romos pilietybę įgyja pagal lotynų teisę; jų vaikai yra tėvams pavaldūs. Ši teisė kai kurioms svetimšalių bendruomenėms buvo suteikta Romėnų tautos arba senato, arba imperatoriaus.

96. Tačiau esama dviejų šios teisės atmainų, nes lotynų teisė yra arba platesnioji, arba siauresnioji. Platesnioji lotynų teisė yra tuo atveju, jei Romos pilietybę įgyja tiek tie, kurie išrenkami miesto tarybos nariais, tiek tie, kurie užima kokias nors pareigas arba yra magistratai. Siauresniosios lotynų teisės esama tais atvejais, kai Romos pilietybę įgyja tie, kurie yra magistratai arba užima kokias nors pareigas; ir apie tai yra nurodyta daugelyje rašytinių imperatoriaus atsakymų į teisinius klausimus.

97. <*Non solum tamen naturales liberi secundum ea quae*> diximus in potestate nostra sunt, verum et hi, quos adoptamus.

98. Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut imperio magistratus, veluti praetoris.

99. Populi auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt; quae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is qui adoptat rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit iustum sibi filium esse; et is qui adoptatur rogatur, an id fieri patiatur, et populus rogatur, an id fieri iubeat. Imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentium sunt, sive primum gradum liberorum optineant, qualis est filius et filia, sive inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis.

100. Et quidem illa adoptio, quae per populum fit, nusquam nisi Romae fit; at haec etiam in provinciis apud praesides earum fieri solet.

101. Item per populum feminae non adoptantur, nam id magis placuit; apud praetorem vero vel in provinciis apud proconsulem legatumve etiam feminae solent adoptari.

102. Item impuberem apud populum adoptari aliquando prohibitum est, aliquando permissum est; *nam* ex epistula optimi imperatoris Antonini, quam scripsit pontificibus, si iusta causa adoptionis esse videbitur, cum quibusdam condicionibus permissum est. Apud praetorem vero et in provinciis apud proconsulem legatumve cuiuscumque aetatis <*personas*> adoptare possumus.

97. Kita vertus, remiantis tuo, ką pasakėme, ne tik biologiniai vaikai paklūsta mūsų valdžiai, bet taip pat ir tie, kuriuos įvaikiname.

98. Įvaikinama yra dviem būdais: arba gaunant tautos sutikimą, arba magistratui, pavyzdžiui, pretoriui, suteiktų įgalinimų pagrindu.

99. Tautos sutikimu įvaikiname tuos, kurie yra savosios teisės. Ši įvaikinimo atmaina yra vadinama adrogacija, kadangi lygiai tas, kuris įvaikina, yra klausiamas, tai reiškia užklausiamas, ar pageidauja, kad tas, kurį ketina įvaikinti, būtų jam teisėtas sūnus, lygiai ir tas, kuris įvaikinamas, yra klausiamas, ar neprieštarauja, kad tai įvyktų. Naudojantis magistratui suteiktais įgalinimais, įvaikiname tuos, kurie yra savo ascendentų valdžioje arba būdami su jais susiję kaip pirmo laipsnio descendentai, kokie yra sūnus ir duktė, arba tolimesnio laipsnio descendentai, kokie yra vaikaitis ir vaikaitė, provaikaitis arba provaikaitė.

100. Anas įvaikinimas, kuris atliekamas tautos susirinkime, vyksta išimtinai Romoje; tuo tarpu antrasis atliekamas taip pat ir provincijose, dalyvaujant jų vietininkams.

101. Tautos susirinkime nėra įvaikinamos moterys, nes taip visuotinai priimta; dalyvaujant pretoriui, o provincijose – prokonsului arba legatui įprasta įvaikinti taip pat ir moteris.

102. Nepilnamečio įvaikinimas tautos susirinkime kai kuriais atvejais yra draudžiamas, o kai kuriais – leidžiamas. Kadangi, remiantis rašytiniu geriausiojo imperatoriaus Antonino atsakymu, kurį jis pateikė pontifikams, jeigu įvaikinimo priežastis esanti pagrįsta, esant tam tikroms sąlygoms, įvaikinimas leidžiamas. Taigi, dalyvaujant pretoriui, o provincijose prokonsului arba legatui, galime įvaikinti bet kokio amžiaus asmenis.

103. Illud vero utriusque adoptionis commune est, quod et hi qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt.

104. Feminae vero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent.

105. Item si quis per populum sive apud praetorem vel apud praesidem provinciae adoptaverit, potest eundem alii, in adoptionem dare.

106. Sed <*et illud, de quo*> quaestio est, an minor natu maiorem natu adoptare possit, utriusque adoptionis communis est.

107. Illud proprium est eius adoptionis, quae per populum fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate tamquam nepotes.

108. <*Nunc de his personis videamus, quae in manu nostra sunt. Quod*> et ipsum ius proprium civium Romanorum est.

109. Sed in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in manum autem feminae tantum conveniunt.

110. Olim itaque tribus modis in manum conveniebant, usu farreo coemptione.

111. Usu in manum conveniebat quae anno continuo nupta perseverabat; nam veluti annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat filiaeque locum optinebat. Itaque lege XII tabularum cautum est, ut si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ea quotannis trinoctio abesset atque eo modo <*usum*> cuiusque anni interrumperet. Sed hoc totum ius partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine obliteratum est.

103. Abiems įvaikinimo būdams bendra tai, kad tie, kurie patys negali susilaukti vaikų, kaip antai kastratai, gali įvaikinti.

104. Tuo tarpu moterys negali įvaikinti nei vienu iš būdų, nes net ir jų pačių vaikai nėra joms pavaldūs.

105. Jei kas kitą asmenį įvaikins tautos susirinkime arba dalyvaujant pretoriui, arba provincijos vietininkui, gali jį perduoti įvaikinti kitam asmeniui.

106. Abiems įvaikinimo būdams taip pat bendras ir klausimas, ar amžiumi jaunesnis gali įvaikinti vyresnį.

107. Įvaikinimui, kuris atliekamas tautos susirinkime, būdinga tai, jog tas, kuris savo valdžioje turi vaikų, jei pasidavė įvaikinamas, ne tik pats patenka įvaikintojo valdžion, tačiau taip pat ir jo vaikai patenka to paties [įvaikintojo] valdžion kaip vaikaičiai.

108. Dabar apžvelkime tuos asmenis, kurie paklūsta mūsų kaip vyrų valdžiai. Kadangi ir ši yra Romos piliečiams būdinga teisė.

109. Tėvo valdžiai įprasta paklusti tiek vyrams, tiek ir moterims, o vyro valdžiai paklūsta tik moterys.

110. Kadaise vyro valdžiai buvo pasiduodama trim būdais: dėl senaties, atliekant kvietinės duonos aukojimo apeigą bei įvykdžius mancipaciją.

111. Senaties būdu vyro valdžion patekdavo ta, kuri vienerius metus nepertraukiamai gyveno santuokoje, nes tarytum dėl vienerius metus trunkančio valdymo būdavo įgyjama įgyjamosios senaties būdu, įeidavo į vyro šeimą ir užimdavo dukters teisinę padėtį. Kita vertus, XII lentelių įstatymuose nustatyta, jog jei kuri nors nenorėtų šiuo būdu pasiduoti vyro valdžiai, privalo kasmet tris naktis būti išvykusi ir tuo būdu kasmet nutraukti senaties eigą. Tačiau visa šioji teisė buvo iš dalies panaikinta įstatymų, o iš dalies nuėjo užmarštin, nes ilgą laiką nebuvo įgyvendinama.

112. Farreo in manum conveniunt per quoddam genus sacrificii, quod Iovi Farreo fit; in quo farreus panis adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur: complura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum certis et sollemnibus verbis praesentibus decem testibus aguntur et fiunt. Quod ius etiam nostris temporibus in usu est; nam flamines maiores, id est Diales Martiales Quirinales, item reges sacrorum nisi ex farreatis nati non leguntur; ac ne ipsi quidem sine confarreatione sacerdotium habere possunt.

113. Coemptione vero in manum conveniunt per mancipationem, *id est* per quandam imaginariam venditionem: nam adhibitis non minus quam V testibus civibus Romanis puberibus, item libripende, emit *vir* mulierem, cuius in manum convenit.

114. Potest autem coemptionem facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo; scilicet aut matrimonii causa facta coemptio dicitur aut fiduciae: quae enim cum marito suo facit coemptionem, <*ut*> apud eum filiae loco sit, dicitur matrimonii causa fecisse coemptionem; quae vero alterius rei causa facit coemptionem aut cum viro suo aut cum extraneo, veluti tutelae evitandae causa, dicitur fiduciae causa fecisse coemptionem.

115. Quod est tale: si qua velit quos habet tutores deponere et alium nancisci, illis *auctoribus* coemptionem facit; deinde a coemptionatore remancipata ei, cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa incipit eum habere tutorem, <*a*> quo manumissa est; qui tutor fiduciarius dicitur, sicut inferius apparebit.

112. *Confarreatio* būdu vyro valdžion patenkama dėl tam tikros Jupiteriui aukojamos apeiginės aukos, kuriai naudojama kvietinė duona, todėl tai ir vadinama *confarreatio*. Laikantis šių teisės nuostatų, atliekamos gausios apeigos, vartojant nustatytus žodžius, duodami iškilmingi pažadai ir tai daroma dalyvaujant dešimčiai liudytojų. Šiuo būdu tebesinaudojama ir mūsų laikais, nes vyriausieji, tai yra Jupiterio, Marso, Kvirino žyniai bei šventikai renkami iš gimusiųjų tiems, kurie buvo pašventinti kvietine duona, o taip pat ir jie patys negali eiti žynių tarnystės be *confarreatio*.

113. *Coemptio* būdu vyro valdžion buvo patenkama atlikus mancipaciją, tai reiškia – tariamą pardavimą, nes pakvietus mažiausiai penkis liudytojus, pilnamečius Romos piliečius, o taip pat laikantįjį svarstykles, moterį perka vyras, kurio valdžiai ji pasiduoda.

114. Moteris gali atlikti *coemptio* ne tik su savo vyru, bet taip pat ir su trečiuoju asmeniu. Sakoma, jog *coemptio* yra atliekama arba santuokos, arba fiduciariniais tikslais. Apie tą, kuri atlieka *coemptio* su savo vyru tam, kad užimtų jo šeimoje dukters padėtį, sakoma, jog atliko *coemptio* santuokos tikslais, o tuo tarpu apie tą, kuri atliko *coemptio* kitais tikslais arba su savo vyru, arba su trečiuoju asmeniu, pavyzdžiui, turint tikslą išvengti globėjo skyrimo, sakoma, jog atliko *coemptio* fiduciariniais tikslais.

115. Tai atrodo šitaip: jei kuri norėtų tapti laisva nuo turimų globėjų ir gauti kitą, tai gavusi jų leidimą, atlieka *coemptio*; po to įgijėjo yra remancipuojama tam, kurį pati pasirinko, o šio išlaisvinama *manumissio vindicta* būdu ir globėju tampa tas, kuris ją išlaisvino. Jis vadinamas fiduciariniu globėju, kaip kad bus paaiškinta žemiau[*].

[*] Apie tai Gajus aiškina I, 116a; 195a.

115a. Olim etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat coemptio; tunc enim non aliter feminae testamenti faciendi ius habebant, exceptis quibusdam personis, quam si coemptionem fecissent remancipataeque et manumissae fuissent. Sed hanc necessitatem coemptionis faciendae ex auctoritate divi Hadriani senatus remisit.

115b. <*Eam feminam, quae fiduciae causa cum extraneo coemptionem fecerit, filiae loco apud eum non esse; sed qua*> fiduciae causa cum *viro suo fecerit* nihilo minus filiae loco incipit esse; nam si omnino qualibet ex causa uxor in manu viri sit, placuit eam filiae iura nancisci.

116. Superest ut exponamus, quae personae in mancipio sint.

117. Omnes igitur liberorum personae sive masculini sive feminini sexus, quae in potestate parentis sunt, mancipari ab *hoc eodem* modo possunt, quo etiam servi mancipari possunt.

118. Idem iuris est in earum personis quae in manu sunt; *nam feminae a* coemptionatoribus eodem modo possunt <*mancipari, quo liberi a parente possunt, adeo quidem, ut quamvis ea sola*> apud coemptionatorem filiae loco sit, *quae ei* nupta sit, *tamen* nihilo minus etiam quae ei nupta non sit, nec ob id filiae loco sit, ab eo mancipari possit.

118a. Plerumque <vero *tum*> solum et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum velint parentes coemptionatoresque *ex* suo iure eas personas dimittere, sicut inferius evidentius apparebit.

115a. Kadangi kadaise *coemptio* buvo atliekamas sudarant testamentą, nes anuomet moterys neturėjo teisės sudaryti testamento kitaip, išskyrus kai kuriuos asmenis, kaip tik atlikdamos *coemptio*, kad vėliau būtų emancipuotos ir išlaisvintos. Tačiau būtinumą šiuo atveju atlikti *coemptio* imperatoriaus Adriano iniciatyva panaikino senatas.

115b. Ta moteris, kuri fiduciariniais tikslais atliko *coemptio* su pašaliniu asmeniu, jo atžvilgiu neužims dukters padėties, tačiau ta, kuri fiduciariniais tikslais atliko *coemptio* su savo vyru, visgi užima dukters teisinę padėtį, nes apskritai yra laikoma, kad jei žmona dėl kokios nors priežasties yra pavaldi vyrui, įgyja dukters teises.

116. Belieka išsiaiškinti, kokie asmenys yra *in mancipio*.

117. Visi descendentai, lygiai vyriškos, lygiai ir moteriškos lyties, kurie yra pavaldūs ascendentui, jo gali būti mancipacijos būdu perleisti ir tai daroma taip pat, kaip ir parduodant vergus.

118. Tos pačios nuostatos laikomasi ir asmenų, paklūstančių vyro valdžiai, atžvilgiu, nes lygiai taip pat moterys gali būti tariamo pirkėjo mancipacijos būdu parduotos, kaip descendentai gali būti parduoti ascendento, ir net iki tiek, kad nors tik ta, kurią jis paėmė į žmonas, nupirkusiojo atžvilgiu užima dukters padėtį, lygiai ir ta, kurios jis nevedė ir dėl to dukters padėties ji neužėmė, gali būti jo parduota mancipacijos būdu.

118a. Paprastai ascendentų ir nupirkusiųjų mancipacijos būdu yra parduodami tik tuomet, kai ascendentai ir nupirkusieji siekia juos išlaisvinti nuo pavaldumo savo teisei, kaip tai žemiau paaiškės*.

* I, 132–134.

119. Est autem mancipatio, ut supra quoque *diximus,* imaginaria quaedam venditio: *quod et* ipsum ius proprium civium Romanorum est. Eaque res ita agitur: adhibitis non minus *quam* quinque testibus civibus Romanis puberibus et praeterea alio eiusdem condicionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is qui *mancipio* accipit, *rem* tenens ita dicit: HUNC EGO HOMINEM EX *IURE* QUIRITIUM MEUM ESSE AIO *ISQUE* MIHI EMPTUS *ESTO* HOC *AERE* AENEAQUE LIBRA; deinde *aere* percutit libram idque aes dat ei a quo *mancipio* accipit quasi pretii loco.

120. Eo modo et serviles et liberae personae mancipantur; animalia quoque quae mancipi sunt, quo in numero habentur boves, equi, muli, asini: item praedia tam urbana quam rustica, quae et ipsa mancipi sunt, qualia sunt Italica, eodem modo solent mancipari.

121. In eo solo praediorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt, quod personae serviles et liberae, item animalia quae mancipi sunt, nisi in praesentia sint, mancipari non possunt; adeo quidem, ut eum, *qui* mancipio accipit, adprehendere id ipsum quod ei mancipio datur necesse sit; unde etiam mancipatio dicitur, quia manu res capitur: praedia vero absentia solent mancipari.

119. Mancipacija, kaip buvo pasakyta aukščiau*, yra tariamo pardavimo atvejis; savita Romos piliečių teisė. Tai vyksta šitaip: sukvietus mažiausiai penkis liudytojus, pilnamečius Romos piliečius, ir dar vieną tos pačios teisinės padėties [asmenį] vario svarstyklėms laikyti, vadinamą svėrėją, mancipacijos būdu įgyjantysis, laikydamas daiktą, sako šitaip: TVIRTINU, KAD ŠIS VERGAS PAGAL KVIRITŲ TEISĘ YRA MANO IR TEBŪNIE JIS MANO NUPIRKTAS ŠIUO VARIU IR VARINĖMIS SVARSTYKLĖMIS. Tuomet būdavo moneta suduodama per svarstykles ir ta moneta duodama kaip užmokestis už prekę tam, iš kurio daiktas įgyjamas nuosavybėn.

120. Šiuo būdu mancipuojant perleidžiami vergai ir laisvieji asmenys; taip pat gyvuliai, priskiriami mancipuojamiesiems daiktams, kokiais laikomi jaučiai, arkliai, asilėnai, asilai; taip pat ir žemės sklypus – tiek miesto, tiek ir kaimo, priskiriamus mancipuojamiesiems daiktams, o tokiais laikomi Italijoje esantys žemės sklypai, įprasta perleisti tuo pačiu būdu – mancipuojant.

121. Žemės sklypų mancipacija tuo skiriasi nuo kitų daiktų mancipacijos, kad laisvi ir nelaisvi asmenys bei mancipuojamiesiems daiktams priklausantys gyvuliai negali būti perleidžiami jiems nedalyvaujant, ir ypač dėl to, kad reikalinga, jog tas, kuris gauna daiktą mancipacijos būdu, jį paliestų. Todėl tai ir vadinama mancipacija, kad daiktas yra sugriebiamas ranka. Kita vertus, žemės sklypus įprasta mancipacijos būdu įgyti ne sklypo buvimo vietoje.

* I, 113.

122. Ideo autem aes et libra adhibetur, quia olim aereis tantum nummis utebantur, et erant asses, dupondii, semisses, quadrantes, nec ullus aureus vel argenteus nummus in usu erat, sicut ex lege XII tabularum intellegere possumus; eorumque nummorum vis et potestas non in numero erat, sed in pondere *posita; nam et* asses librales erant, et dupondii *bilibres;* unde etiam dupondius dictus est quasi duo pondo, quod nomen adhuc in usu retinetur. Semisses quoque et quadrantes pro rata scilicet portione ad pondus examinati erant. *Quam ob rem* qui dabat *olim* pecuniam, non numerabat eam, sed appendebat; unde servi, quibus permittitur administratio pecuniae, dispensatores appellati sunt.

123. *Si tamen quaerat aliquis <qua re, si qua coemptionem fecit, differat a mancipatis>, illa* quidem quae coemptionem facit *non deducitur in* servilem condicionem; a *<parentibus vero et a coemptionatoribus>* mancipati mancipataeve servorum loco constituuntur, adeo quidem, ut ab eo, cuius in mancipio sunt, neque hereditatem neque legata aliter capere possint, quam si simul eodem testamento liberi esse iubeantur, sicut iuris est in persona servorum. Sed differentiae ratio manifesta est, cum a parentibus et a coemptionatoribus isdem verbis mancipio accipiantur, quibus servi; quod non similiter *fit* in coemptione.

124. Videamus nunc, quo modo ii, qui alieno iuri subiecti sunt, eo iure liberentur.

125. Ac prius de his dispiciamus, qui in potestate sunt.

122. Variu ir svarstyklėmis naudojamasi todėl, kad kadaise naudotasi tik variniais pinigais. Taigi, būta asų*, dvigubų asų, pusės aso, ketvirčio, o jokių auksinių nei sidabrinių pinigų, kaip galima spręsti iš XII lentelių įstatymų, apyvartoje nebuvo. Šių pinigų perkamoji galia ir vertė priklausė ne nuo jų skaičiaus, o nuo svorio, nes asas buvo lygus svarui, o dvigubas asas – dviem svarams; todėl ir buvo pavadintas dviasiu – tarytum du svarai. Šis pavadinimas vartojamas iki šiol. Pusė aso ir ketvirčiai taip pat vertinti pagal atitinkamos dalies svorį. Dėl šios priežasties kai kada tas, kuris duodavo kam nors pinigus, jų neskaičiuodavo, o sverdavo. Todėl ir vergai, kuriems leidžiama savarankiškai tvarkyti pinigus, yra vadinami sveriančiaisiais.

123. Taigi, jei kas paklaustų, koks skirtumas tarp to, kai atliekama *coemptio*, ir kai atliekama mancipacija: tai ta, dėl kurios buvo atlikta *coemptio*, neatsiduria vergės padėtyje, o ascendentų arba nupirkusiojo parduodamas ir perduodamas mancipacijos būdu atsiduria tarytum vergo padėtyje ir iki tokio laipsnio, jog iš to, kurio *mancipium* jie esti, tiek palikimą, tiek legatus gali gauti tik tuomet, jei tame pačiame testamente nurodoma juos išlaisvinti, kaip tai įprasta daryti vergų atveju. Tačiau ano skirtumo pagrindas yra akivaizdus, nes į ascendentų ir nupirkusiųjų *mancipium* patenkama tariant tokius pačius žodžius, kokie sakomi įgyjant vergus. Kitaip esti *coemptio* atveju.

124. Dabar pažvelkime, kaip tie, kurie yra pavaldūs svetimai teisei, yra iš jos išlaisvinami.

125. Pirmiausia panagrinėkime tuos, kurie paklūsta šeimininkų arba tėvų valdžiai.

---

* Asas – romėniškas varinis pinigas (pavadinimas kilęs iš *aes* – lot. varis, žalvaris ar bronza). Asas buvo imtas naudoti apie 280 metus prieš Kristaus gimimą. Pradžioje tai buvo didelės lietos bronzinės monetos, pagrindinis piniginis vienetas Romos respublikoje. Pradžioje aso masė atitiko romėniško svaro (*libra*) svorio standartą, t. y. 327,45 gramo.

126. Et quidem servi quemadmodum potestate liberentur, ex his intellegere possumus, quae de servis manumittendis superius exposuimus.

127. Hi vero qui *in potestate* parentis sunt, *mortuo eo sui iuris fiunt. Sed hoc* distinctionem recipit: nam *mortuo* patre sane omni modo filii filiaeve sui iuris efficiuntur, mortuo vero avo *non omni* modo nepotes *neptesve sui* iuris *fiunt, sed ita, si post mortem avi* in patris sui potestatem recasuri non *sunt. Itaque* si moriente avo *pater eorum et vivat et in potestate* patris fuerit, tunc post obitum *avi in patris* sui potestate fiunt; si vero is, quo tempore avus moritur, aut iam mortuus *est aut* exiit de potestate <*patris, tunc hi, quia in potestatem*> eius cadere non possunt, sui iuris fiunt.

128. Cum autem is, cui ob aliquod maleficium ex lege Cornelia aqua et igni interdicitur, civitatem Romanam amittat, sequitur ut, quia eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, proinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate eius esse: nec enim ratio patitur, ut peregrinae condicionis homo civem Romanum in potestate habeat. Pari ratione et si ei, qui in potestate parentis sit, aqua et igni interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia aeque ratio non patitur, ut peregrinae condicionis homo in potestate sit civis Romani parentis.

126. Kokiu būdu vergai yra išlaisvinami iš šeimininko valdžios, galime suprasti iš to, ką ankščiau paaiškinome[*] apie vergų paleidimą į laisvę.

127. Tuo tarpu tie, kurie paklūsta ascendento valdžiai, po jo mirties tampa savosios teisės asmenimis. Tačiau čia reikia skirti: kadangi po tėvo mirties sūnūs ir dukterys, žinoma, tampa savosios teisės asmenimis, po senelio mirties vaikaičiai ir vaikaitės ne visuomet tampa savosios teisės asmenimis, o tik tuomet, jei po senelio mirties negali pereiti savo tėvo valdžion. Taigi, jeigu seneliui mirus jų tėvas būtų gyvas, tuomet po senelio mirties jie pateks savo tėvo valdžion. Tuo tarpu jei tuo metu, kai mirė senelis, tėvas arba jau nebebūtų gyvas, arba išlaisvintas iš savo tėvo valdžios, tuomet, negalėdami patekti jo valdžion, jie tampa savosios teisės asmenimis.

128. Kadangi tas, kuris dėl kokio nors pažeidimo, kaip antai, nuteistasis pagal *lex Cornelia* atskyrimu nuo vandens ir ugnies, netenka Romos pilietybės, išeina, jog kaip pašalintam iš Romos piliečių tarpo, jo palikuonys nustoja būti jam pavaldūs tarytum jis būtų miręs; kadangi būtų nesuvokiama, kad svetimšalio padėtį užimantis žmogus turėtų valdžią Romos piliečiui. Dėl tos pačios priežasties, jei tas, kuris yra ascendento valdžioje, bus nubaustas atskyrimu nuo vandens ir ugnies, tai nustos būti pavaldus ascendentui, nes lygiai taip pat nesuvokiama, kad esantis svetimšalio padėtyje būtų pavaldus Romos piliečiui kaip descendentas.

[*] I, 17; 21; 41; 44.

129. Quod si ab hostibus captus fuerit parens, quamvis servus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postliminii quod hi, qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina iura recipiunt: itaque reversus habebit liberos in potestate. Si vero illic mortuus sit, erunt quidem liberi sui iuris; sed utrum ex hoc tempore, quo mortuus est apud hostes parens, an ex illo, quo ab hostibus captus est, dubitari potest. Ipse quoque filius neposve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicemus propter ius postliminii potestatem quoque parentis in suspenso esse.

130. Praeterea exeunt liberi virilis sexus de parentis potestate, si flamines Diales inaugurentur, et feminini sexus, si virgines Vestales capiantur.

131. Olim quoque, quo tempore populus Romanus in Latinas regiones colonias deducebat, qui iussu parentis in coloniam Latinam nomen dedissent desinebant in potestate parentis esse, quia efficerentur alterius civitatis cives.

129. Tačiau nors į priešo nelaisvę paimtas ascendentas tampa priešų vergu, descendentų teisinė padėtis suspenduojama atsižvelgiant į sugrįžimo „iš už slenksčio" teisę, pagal kurią, jeigu tie, kuriuos priešai paėmė į nelaisvę, sugrįžta, atgauna visas iki tol turėtas teises. Todėl tas, kuris sugrįžo, turės valdžią descendentams. Bet jei nelaisvėje numirtų, descendentai taptų savosios teisės asmenimis, tačiau, svarstytina, ar nuo tada, kai ascendentas mirė, ar kai pateko į nelaisvę. Taip pat jei sūnus arba vaikaitis priešų paimamas į nelaisvę, irgi laikysime, jog atsižvelgiant į sugrįžimo „iš už slenksčio" teisę, ascendento valdžia yra suspenduojama.

130. Be to, nustoja būti ascendentui pavaldūs vyriškos lyties descendentai, jeigu buvo įšventinti Jupiterio žyniais, o moteriškos lyties descendentės – tapusios vaidilutėmis.

131. Taip pat kadaise, kai romėnų tauta steigė kolonijas lotynų žemėse, tie, kurie, ascendentui paliepus, pareiškė išvykstantys į lotynų koloniją, nustodavo būti jam pavaldūs, nes įgydavo kitos valstybės pilietybę.

132. *Praeterea* emancipatione desinunt liberi in potestate parentum esse. Sed filius quidem tribus mancipationibus, ceteri vero liberi sive masculini sexus sive feminini una mancipatione exeunt de parentum potestate: lex enim XII tabularum tantum in persona filii de tribus mancipationibus loquitur his verbis: SI PATER <TER> FILIUM VENUM DUIT. A PATRE FILIUS LIBER ESTO. *Eaque* res ita agitur: mancipat pater filium alicui; is eum vindicta manumittit; eo facto revertitur in potestatem patris; is eum iterum mancipat vel eidem vel alii (sed in usu est eidem mancipari) isque eum postea similiter vindicta manumittit; eo facto rursus in potestatem patris revertitur; tertio pater eum mancipat vel eidem vel alii (sed hoc in usu est, ut eidem mancipetur), *eaque* mancipatione desinit in potestate patris esse, etiamsi nondum manumissus sit sed adhuc in causa mancipii.

....

(15 *fere versus in Cod. legi nequeunt*)

133. *Admonendi autem sumus liberum esse arbitrium ei, qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem de potestate dimittere, nepotem vero in potestate retinere; vel ex diverso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem et de pronepote dicta esse intellegemus.*

132. Be to, descendentai nustoja būti pavaldūs ascendentams, jeigu yra emancipuojami, tačiau sūnus – tik jį tris kartus pardavus mancipacijos būdu, o likusieji descendentai, lygiai vyriškos ar moteriškos lyties, nuo ascendento valdžios tampa laisvi juos vieną kartą pardavus mancipacijos būdu; kadangi XII lentelių įstatymai tik sūnaus atveju mini apie trigubą mancipaciją: JEIGU TĖVAS PARDUOS SŪNŲ TRIS KARTUS, SŪNUS TEBŪNIE LAISVAS NUO TĖVO VALDŽIOS. O tai vyksta šitaip: tėvas kam nors mancipacijos būdu perduoda sūnų, tas jį išlaisvina *manumissio vindicta* būdu. Tai atlikus sūnus sugrįžta tėvo valdžion. Tas pakartotinai perduoda sūnų mancipacijos būdu arba tam pačiam, arba kitam asmeniui (tačiau paprastai perduoda tam pačiam), o įgijėjas iš naujo išlaisvina jį *manumissio vindicta* būdu. Tai atlikus sūnus vėl grįžta tėvo valdžion. Trečią kartą tėvas mancipacijos būdu perduoda jį tam pačiam arba kitam asmeniui (tačiau įprasta perduoti tam pačiam) ir dėl šios mancipacijos sūnus nustoja būti pavaldus tėvui, nors dar ir nebūtų išlaisvintas, tačiau ir toliau kaip asmuo *in mancipio* (...15 eilučių...).

133. Taip pat dera pastebėti, kad yra laisvas nuspręsti tas, kurio valdžioje yra sūnus ir nuo šio sūnaus turimas vaikaitis, ar išlaisvinti iš savo valdžios sūnų, o pasilikti savo valdžioje vaikaitį, arba atvirkščiai, pasilikti valdžioje sūnų, o tuo tarpu vaikaitį išlaisvinti arba abu padaryti savosios teisės asmenimis. Tas pats pasakytina ir apie provaikaitį.

134. *Praeterea parentes in potestate liberos habere desinunt, quos aliis in adoptionem dederunt. Et in filio quidem, si in adoptionem datur, tres mancipationes* et duae intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri solent, cum ita eum pater de potestate dimittit, ut sui iuris efficiatur. Deinde aut patri remancipatur, et ab eo is qui adoptat vindicat apud praetorem filium suum esse, et illo contra non vindicante a praetore vindicanti filius addicitur; aut non remancipatur patri, *sed* ab eo vindicat is qui adoptat, *apud* quem *in tertia* mancipatione est: sed sane commodius est patri remancipari. In ceteris vero liberorum personis seu masculini seu feminini sexus una scilicet mancipatio sufficit, et aut remancipantur parenti aut non remancipantur. Eadem et in provinciis apud praesidem provinciae solent fieri.

135. Qui ex filio semel iterumve mancipato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris sui nascatur tamen in avi potestate est, et ideo ab eo et emancipari et in adoptionem dari potest. At is, qui ex eo filio conceptus est, qui in tertia mancipatione est, non nascitur in avi potestate: sed eum Labeo quidem existimat in eiusdem mancipio esse, cuius et pater sit: utimur autem hoc iure, ut quamdiu pater eius in mancipio sit, pendeat ius eius; et si quidem pater eius ex mancipatione manumissus erit, cadat in eius potestatem; si vero is dum in mancipio sit decesserit, sui iuris fiat.

135a. Eadem scilicet <*dicemus de eo qui ex nepote semel mancipato necdum manumisso conceptus fuerit. Nam*>, ut supra diximus, quod in filio faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote.

134. Be to, ascendentai netenka valdžios įvaikinimui atiduotų descendentų atžvilgiu. Įvaikinimui atiduoto sūnaus atveju atliekamos trys mancipacijos ir du tarp jų einantys išlaisvinimai, kaip buvo įprasta daryti tėvui išlaisvinant sūnų iš savo valdžios, kad šis taptų savosios teisės asmeniu. Vėliau arba yra remancipuojamas tėvui ir iš jo tas, kuris įvaikina, kreipdamasis į pretorių sūnų vindikuoja, t. y. tvirtina, jog sūnus priklausantis jam; tėvui neprieštaraujant, pretorius sūnų atiduoda tam, kuris reikalauja jo perdavimo; arba nėra remancipuojamas tėvui, o tas, kuris įvaikina, reikalauja perdavimo iš to, kuriam po trečiosios mancipacijos sūnus atiteko. Tačiau neabejotinai patogiau yra remancipuoti sūnų tėvui. Visų kitų descendentų, lygiai vyriškos, lygiai moteriškos lyties atveju pakanka, kaip žinia, vienos mancipacijos ir arba jie remancipuojami ascendentams, arba nėra remancipuojami. Provincijose tai tuo pačiu būdu atliekama dalyvaujant provincijos vietininkui.

135. Vieną arba du kartus mancipacijos būdu parduoto sūnaus pradėtas kūdikis, nors ir gimtų po trečiosios savo tėvo mancipacijos, vis dėlto yra pavaldus seneliui ir todėl gali būti jo emancipuotas, o taip pat atiduotas įvaikinimui. Gi tas, kuris buvo pradėtas po trečiosios tėvo mancipacijos, negimsta pavaldus seneliui, o Labeonas[*] laiko, jog yra asmuo *in mancipio* to, kurio *mancipium* pavaldus jo tėvas. Tuo tarpu laikomės tokios nuostatos, jog kol jo tėvas yra *in mancipio*, jo teisinė padėtis yra suspenduota, jeigu jo tėvas iš *mancipium* išlaisvinamas, jis patenka tėvo valdžion, tačiau jeigu esantis *in mancipio* mirtų, sūnus taptų savosios teisės asmeniu.

135a. Tą patį, be abejo, pasakytume ir apie tą, kuris buvo pradėtas kartą mancipacijos būdu parduoto ir neišlaisvinto vaikaičio. Kadangi, kaip anksčiau minėjome, tai, ką sūnaus atžvilgiu sukelia trys mancipacijos procedūros, vaikaičio atžvilgiu sukelia viena mancipacija.

[*] Gyveno erų sandūroje.

136. *Praeterea mulieres, quae in manum conveniunt, in patris potestate esse desinunt. Sed in confarreatis nuptiis de flaminica Diali senatusconsulto ex relatione* Maximi et Tuberonis cautum est, ut haec quod ad sacra tantum videatur in manu esse, quod vero ad ceteras causas proinde habeatur, atque si in manum non convenisset. *Eae vero mulieres, quae in manum conveniunt per coemptionem*, potestate parentis liberantur; nec interest, an in viri sui manu sint an extranei, quamvis hae solae loco filiarum habeantur, quae in viri manu sunt.

137. *In manu autem esse mulieres desinunt iisdem modis, quibus filiae familias potestate patris liberantur; sicut igitur filiae familias una mancipatione de potestate patris exeunt, ita eae, quae in manu sunt, una mancipatione* desinunt in manu esse, et si ex ea mancipatione manumissae fuerint, sui iuris efficiuntur.

137a. *Inter eam vero, quae cum extraneo, et eam, quae cum viro suo coemptionem fecerit, hoc interest, quod illa quidem* cogere coemptionatorem *potest, ut se remancipet* cui ipsa velit, *haec autem virum suum* nihilo magis potest cogere, quam et filia patrem. Sed filia quidem nullo modo patrem potest cogere, etiamsi adoptiva sit: haec autem <*virum*> repudio misso proinde compellere potest, atque si ei numquam nupta fuisset.

138. Ii, qui in causa mancipii sunt, quia servorum loco habentur, vindicta censu testamento manumissi sui iuris fiunt.

136. Be to, moterys, kurios pasiduoda vyro valdžiai, nustoja būti pavaldžios tėvui. Tačiau santuokoje, po kurios sekė *confarreatio*, Jupiterio žynio žmonos atžvilgiu, senato nutarimu, priimtu Maksimo ir Tuberono iniciatyva*, nurodyta laikyti ją pavaldžia vyrui tik tiek, kiek tai susiję su kultu, o visais kitais atžvilgiais ji laikyta tarytum nebūtų pasidavusi vyro valdžiai. Tos moterys, kurios vyro valdžiai pasiduoda *coemptio* būdu, tampa laisvos nuo ascendentų valdžios ir reikšmės neturi tai, ar yra pavaldžios savo vyrui, ar kitam asmeniui, nors dukters padėtyje atsiduria tik tos, kurios yra pavaldžios vyrui.

137. Žmonos iš vyro valdžios išlaisvinamos tais pačiais būdais, kuriais dukterys išlaisvinamos iš tėvo valdžios; kadangi dukterys tampa laisvos nuo tėvo valdžios vieną kartą atlikus mancipaciją, lygiai ir tos, kurios yra pavaldžios vyrui, atlikus vieną mancipaciją, nuo vyro valdžios nebepriklauso ir jeigu yra išlaisvinamos, tampa savosios teisės asmenimis.

137a. Tuo tarpu tarp tos, kuri atliko *coemptio* su pašaliniu asmeniu, ir tos, kuri tai padarė su nuosavu vyru, esama tokio skirtumo, jog pirmoji gali nupirkusiajam paliepti remancipuoti ją tam, kurį pati išsirinko; antroji gi gali paliepti ne daugiau nei duktė tėvui. Tačiau duktė, net jei būtų įvaikinta, jokiu būdu negali tėvui paliepti, o žmona, išsiuntusi ištuokos raštą, gali priversti – taip tarytum niekada nebūtų buvusi su juo sutuokta.

138. Kadangi tie, kurie yra asmenų *in mancipio* padėtyje, buvo laikomi tarytum vergai, išlaisvinti *manumissio vindicta* būdu, įrašant į piliečių sąrašą arba testamentu, tampa savosios teisės asmenimis.

* Priimtas 11 metais prieš Kristaus gimimą.

139. Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia locum habet: itaque nihil requirimus, cuius aetatis sit is qui manumittit et qui manumittitur; ac ne illud quidem, an patronum creditoremve manumissor habeat. Ac ne numerus quidem lege Fufia Caninia finitus in his personis locum habet.

140. Quin etiam invito quoque eo, cuius in mancipio sunt, censu libertatem consequi possunt, excepto eo, quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remancipetur; nam quodam modo tunc pater potestatem propriam reservare sibi videtur eo ipso, quod mancipio recipit. Ac ne is quidem dicitur invito eo cuius in mancipio est censu libertatem consequi, quem pater ex noxali causa mancipio dedit, veluti quod furti eius nomine damnatus est, et eum mancipio actori dedit; nam hunc actor pro pecunia habet.

141. In summa admonendi sumus adversus eos, quos in mancipio habemus, nihil nobis contumeliose facere licere; alioquin iniuriarum tenebimur. Ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, sed plerumque hoc fit dicis gratia uno momento, nisi scilicet ex noxali causa mancipentur.

142. Transeamus nunc ad aliam divisionem. Nam ex his personis, quae neque in potestate neque in manu neque in mancipio sunt, quaedam vel in tutela sunt vel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. Videamus igitur, quae in tutela, quae in curatione sint; ita enim intellegemus ceteras personas, quae neutro iure tenentur.

143. Ac prius dispiciamus de his, quae in tutela sunt.

139. Šiuo atveju *lex Aelia Sentia* netaikomas. Todėl nesiaiškiname, kokio amžiaus yra tas, kuris paleidžia į laisvę, nei tas, kuris išlaisvinamas, nei to, ar paleidžiantysis į laisvę turi patroną ar kreditorių, o taip pat šių asmenų atžvilgiu netaikoma ir *lex Fufia Caninia* nustatyta kvota.

140. Dar daugiau, net ir prieš valią to, kurio *mancipium* priklauso, gali gauti laisvę įrašant į piliečių sąrašą, išskyrus tą, kurį tėvas atidavė į *mancipium* su sąlyga, kad būtų jam remancipuotas. Kadangi laikoma, jog tėvas tam tikru būdu išsaugo savo valdžią, atgaudamas *in mancipio* esantį sūnų. Teigiama, jog taip pat ir įrašytas į piliečių sąrašą, prieš valią to, kurio *mancipium* yra, neįgyja laisvės, jei tėvas perdavė jį *in mancipio* dėl padarytos žalos, kaip, pavyzdžiui, dėl to, kad tėvas, iš kurio buvo priteistas sūnaus įvykdyta vagyste sukeltos žalos atlyginimas, perdavė jį ieškovui *in mancipio*, nes ieškovas turi sūnų užuot gavęs piniginę kompensaciją.

141. Galiausiai dera priminti, jog mums nevalia daryti nieko užgaulaus tiems asmenims, kuriuos turime *in mancipio*, nes kitu atveju kils atsakomybė už skriaudą. O tokioje padėtyje žmonės laikomi neilgai, dažniausiai visgi tai trunka akimirką ir atliekama formaliais sumetimais, nebent, žinoma, kas nors yra perduodamas *in mancipio* dėl padarytos žalos.

142. Dabar pereikime prie kito skirstymo. Kadangi tarp tų asmenų, kurie nėra pavaldūs nei šeimininko, nei tėvo, nei vyro valdžiai, nei nėra perduoti *in mancipio*, vieniems taikoma arba globa, arba rūpyba, o kitų atžvilgiu netaikomi jokie teisiniai ribojimai. Taigi, pažvelkime, kuriems asmenims taikoma globa, kuriems rūpyba ir taip suvoksime, kurie asmenys nepaklūsta jokiai valdžiai.

143. Pirmiausia apžvelkime tuos, kurie yra globojami.

144. Permissum est itaque parentibus liberis quos in potestate sua habent testamento tutores dare: masculini quidem sexus impuberibus, <*feminini autem sexus cuiuscumque aetatis sint, et tum quo*> que, cum nuptae sint. Veteres enim voluerunt feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, propter animi levitatem in tutela esse.

145. Itaque si quis filio filiaeque testamento tutorem dederit et ambo ad pubertatem pervenerint, filius quidem desinit habere tutorem, filia vero nihilo minus in tutela permanet; tantum enim ex lege Iulia et Papia Poppaea iure liberorum tutela liberantur feminae. Loquimur autem exceptis virginibus Vestalibus, quas etiam veteres in honorem sacerdotii liberas esse voluerunt, itaque etiam lege XII tabularum cautum est.

146. Nepotibus autem neptibusque ita demum possumus testamento tutores dare, si post mortem nostram in patris sui potestatem [iure] recasuri non sint. Itaque si filius meus mortis meae tempore in potestate mea sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamento meo habere tutorem, quamvis in potestate mea fuerint; scilicet quia mortuo me in patris sui potestate futuri sunt.

147. Cura tamen in compluribus aliis causis postumi pro iam natis habeantur, et in hac causa placuit non minus postumis quam iam natis testamento tutores dari posse, si modo in ea causa sint, ut, si vivis nobis nascantur, in potestate nostra fiant. Hos etiam heredes instituere possumus, cum extraneos postumos heredes instituere permissum non sit.

144. Ascendentams leidžiama testamentu skirti globėjus descendentams, esantiems jų valdžioje: vyriškosios lyties, jeigu yra nepilnamečiai, o moteriškos lyties – nepriklausomai nuo amžiaus ir net ištekėjusioms; kadangi mūsų protėviai panorėjo, kad moterims, nors ir sulaukusioms pilnametystės, atsižvelgiant į būdo nepastovumą, būtų skiriama globa.

145. Todėl jei kas nors testamentu paskirtų globėją sūnui arba dukteriai ir abu taptų pilnamečiai, sūnus nustoja būti globojamas, o duktė ir toliau lieka globojama, nes tik remiantis *lex Papia Poppaea*, moterys tampa nuo globos laisvos atsižvelgiant į privilegiją, kuri teikiama susilaukusioms vaikų. Tai, ką pasakėme, netaikoma vaidilutėms, dėl kurių jau protėviai panoro, kad būtų laisvos atsižvelgiant į jų tarnystės svarbumą. O šios nuostatos būta jau XII lentelių įstatymuose.

146. Vaikaičiams ir vaikaitėms globėją testamentu galime paskirti tik tuomet, jei po mūsų mirties jie teisiškai nepatenka savo tėvo valdžion. Todėl jei mano mirties momentu mano sūnus bus man pavaldus, vaikaičiai, kuriuos nuo jo turiu, negalės turėti globėjo, paskirto mano testamentu, nors ir būtų man pavaldūs; ir, akivaizdu, jog dėl to, kad po mano mirties taptų pavaldūs savo tėvui.

147. Kadangi daugeliu kitų atvejų po tėvo mirties gimę vaikai yra laikomi tarytum jau būtų gimę, tai ir šiuo atveju priimta laikyti, jog po tėvo mirties gimusiems vaikams galima testamentu paskirti globėją kaip ir jau gimusiems, svarbu tik, kad jie būtų tokioje padėtyje, jog jei gimtų mums esant gyviems, patektų mūsų valdžion. Tokius taip pat galime skirti savo įpėdiniais, kai tuo tarpu svetimų *postumi* (gimusiųjų po jų tėvo mirties) paskirti įpėdiniais neleidžiama.

148. <*Uxori*>, quae in manu est, proinde ac filiae, item nurui, quae in filii manu est, proinde ac nepti tutor dari potest.

149. Rectissime autem tutor sic dari potest: L. TITIUM LIBERIS MEIS TUTOREM DO <*vel* UXORI MEAE> TUTOREM DO. SED ET SI ITA SCRIPTUM SIT: LIBERIS MEIS (vel UXORI MEAE) TTTIUS TUTOR ESTO, recte datus intellegitur.

150. In persona tamen uxoris, quae in manu est, recepta est etiam tutoris optio, id est ut liceat ei permittere quem velit ipsa tutorem sibi optare, hoc modo: TITIAE UXORI MEAE TUTORIS OPTIONEM DO. Quo casu licet uxori <*tutorem optare*> vel in omnes res vel in unam forte aut duas.

151. Ceterum aut plena optio datur aut angusta.

152. Plena ita dari solet, ut proxime supra diximus. Angusta ita dari solet: TITIAE UXORI MEAE *TUTORIS OPTIONEM DUMTAXAT* SEMEL DO, aut DUMTAXAT BIS DO.

153. Quae optiones plurimum inter se differunt. Nam quae plenam optionem habet, potest semel et bis et ter et saepius tutorem optare; quae vero angustam habet optionem, si dumtaxat semel data est optio, amplius quam semel optare non potest; si tantum bis, amplius quam bis optandi facultatem non habet.

148. Globėją galima skirti žmonai, kuri yra pavaldi vyrui, taip kaip ir dukteriai, o taip pat ir marčiai, kuri pavaldi sūnui, taip pat kaip ir vaikaitei.

149. Tinkamiausia globėją skirti taip: LIUCIJŲ TITĄ SKIRIU SAVO VAIKŲ GLOBĖJU ARBA SKIRIU SAVO ŽMONOS GLOBĖJU. Tačiau jei būtų parašyta: MANO VAIKŲ ARBA MANO ŽMONOS GLOBĖJAS TEBŪNIE TITAS, laikoma, jog buvo paskirtas tinkamai.

150. Kita vertus, kas dėl vyrui pavaldžios žmonos, taip pat palikta laisvė pasirinkti globėją; tai reiškia, jog galima šitaip leisti, kad sau globėju pasirinktų tą, kurio pati panorės: TICIJAI, MANO ŽMONAI, LEIDŽIU PASIRINKTI GLOBĖJĄ. Šiuo atveju leidžiama žmonai pasirinkti globėją visų reikalų tvarkymui arba vienam ar dviem sutvarkyti.

151. Galiausiai, gali būti suteikiama visiška arba ribota pasirinkimo laisvė.

152. Visišką įprasta suteikti taip, kaip ką tik aukščiau sakėme. Ribotą įprasta suteikti taip: TICIJAI, MANO ŽMONAI, DUODU PASIRINKTI GLOBĖJĄ TIK VIENĄ KARTĄ ARBA NE DAUGIAU NEI DU KARTUS.

153. Šios pasirinkimo galimybės labai skiriasi, nes ta, kuri turi visišką pasirinkimo laisvę, gali pasirinkti globėją kartą, du kartus, tris kartus ir dažniau; o ta, kuriai suteikta ribota pasirinkimo laisvė, jeigu jai duota viena galimybė, negali pasirinkti globėjo daugiau nei sykį, jei yra gavusi galimybę pasirinkti du kartus, negali pasirinkti daugiau nei du kartus.

154. Vocantur autem hi, qui nominatim testamento tutores dantur, dativi, qui ex optione sumuntur, optivi.

155. Quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex lege XII *tabularum* agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi.

156. Sunt autem agnati per virilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo, item patruus et patrui filius et nepos ex eo. At hi, qui per feminini sexus personas cognatione *coniunguntur, non sunt* agnati, sed alias naturali iure cognati. Itaque inter avunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio. Item amitae, materterae filius non est mihi agnatus, sed cognatus, et invicem scilicet ego illi eodem iure coniungor, quia qui nascuntur patris, non matris familiam secuntur.

157. *Sed* olim quidem, quantum ad legem XII tabularum attinet, etiam feminae agnatos habebant tutores. Sed postea lex Claudia lata est, quae, quod ad feminas attinet, <*agnatorum*> tutelas sustulit; itaque masculus quidem impubes fratrem puberem aut patruum habet tutorem, femina vero talem habere tutorem non potest.

158. Sed agnationis quidem ius capitis deminutione perimitur, cognationis vero ius eo modo non commutatur, quia civilis ratio civilia quidem iura corrumpere potest, naturalia vero non potest.

154. Tie globėjai, kurie testamente paskirti įvardinant vardu, vadinami paskirtaisiais, o tie, kurie globėjais tampa juos pasirenkant – pasirinktaisiais.

155. Tų asmenų, kuriems globėjas nepaskirtas testamentu, globėjai pagal XII lentelių įstatymus yra agnatai, kurie vadinami įstatyminiais globėjais.

156. Agnatai yra tie, kurie susiję giminyste per vyriškos lyties asmenį, t. y. kaip kraujo giminės iš tėvo pusės, pavyzdžiui, iš to paties tėvo gimęs brolis, brolio sūnus, vaikaitis, turimas nuo sūnaus, taip pat dėdė (tėvo brolis) ir dėdės sūnus, ir jo vaikaitis. Tuo tarpu tie, kuriuos sieja giminystė per moteriškos lyties asmenį, nėra agnatai, tačiau yra kitaip susiję pagal prigimtinę teisę. Dėl to dėdės (motinos brolio) ir seserėno nesieja agnatinė, tačiau sieja kognatinė giminystė. Lygiai taip pat ir dėdienės, ir tetos sūnus nėra man agnatas, bet kognatas ir, žinoma, abipusiai – mane su juo sieja toks pats santykis, nes tie, kurie gimsta, paveldi tėvo, o ne motinos teisinę padėtį.

157. Tačiau kadaise, kiek tai susiję su XII lentelių įstatymais, moterys taip pat turėjo globėjus – agnatus. Tačiau vėliau buvo priimtas *lex Claudia*, kuris panaikino agnatų globą moterims; ir tokiu būdu nepilnamečio jaunikaičio globėjas yra brolis arba dėdė, tuo tarpu moteris negali turėti tokio globėjo.

158. Tačiau agnatinė giminystė baigiasi įvykus teisinio subjektiškumo sumažėjimui, o kraujo giminystė tokiu būdu nepasikeičia, nes pilietinis interesas gali panaikinti *ius civile* nuostatas, o prigimtinės teisės – negali.

159. Est autem capitis deminutio prioris *status* permutatio, eaque tribus modis accidit: nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant, aut minima.

160. Maxima est capitis deminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit; quae accidit incensis, qui ex forma censuali venire iubentur; quod ius *proprie in usu non est; item libertatem amittunt* ex lege *Aelia Sentia ii dediticii,* qui contra eam legem in urbe Roma domicilium habuerint; item feminae, quae ex senatusconsulto Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum, quibus invitis et denuntiantibus cum servis eorum coierint.

161. Minor sive media est capitis deminutio, cum civitas amittitur, libertas retinetur; quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum fuerit.

162. Minima est capitis deminutio, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur; quod accidit in his qui adoptantur, item in his quae coemptionem faciunt, et in his qui mancipio dantur quique ex mancipatione manumittuntur: adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur aut manumittatur, totiens capite deminuatur.

163. Nec solum maioribus <*capitis*> deminutionibus ius agnationis corrumpitur, sed etiam minima; et ideo si ex duobus liberis alterum pater emancipaverit, post obitum eius neuter alteri agnationis iure tutor esse poterit.

159. Teisinio subjektiškumo sumažėjimas reiškia iki tol buvusios teisinės padėties pasikeitimą. O pasireiškia jis trejopai: arba yra didžiausias, arba mažesnis, kurį kai kurie vadina viduriniuoju, arba mažiausias.

160. Teisinio subjektiškumo sumažėjimas yra didžiausias, kai kas nors tuo pačiu netenka ir pilietybės, ir laisvės. Taip nutinka neįrašytiems į piliečių sąrašą, kuriuos įsakoma parduoti laikantis galiojančių taisyklių, susijusių su piliečių surašymu. Ši teisė, tiesą sakant, nėra taikoma. Panašiai pagal *lex Aelia Sentia*, laisvės netenka tie nukariautieji svetimšaliai, kurie, pažeisdami šį įstatymą, turėtų gyvenamąją vietą Romoje. Tapati yra padėtis moterų, kurios pagal *senatusconsultum Claudianum* tampa vergėmis šeimininkų, su kurių vergais sanguliavo nepaisydamos šeimininkų perspėjimų.

161. Mažesnis arba vidurinysis teisinio subjektiškumo sumažėjimas įvyksta tuomet, kai netenkama pilietybės, o išsaugoma laisvė, kas nutinka tam, kuris nuteisiamas atskyrimu nuo vandens ir ugnies.

162. Mažiausiasis teisinio subjektiškumo sumažėjimas įvyksta tuomet, kai išsaugoma pilietybė ir laisvė, tačiau pasikeičia žmogaus padėtis, kas atsitinka tiems, kurie yra įvaikinami, o taip pat toms, kurios pasiduoda vyro valdžiai *coemptio* būdu, atiduodamiems į *mancipium* ir išlaisvinamiems mancipacijos būdu; ir iki tokio laipsnio, jog kiek kartų dėl kurio nors yra atliekama mancipacija arba jis išlaisvinamas, tiek kartų jį ištinka teisinio subjektiškumo sumažėjimas.

163. Agnatinė giminystė pasibaigia ne tik didesnio teisinio subjektiškumo sumažėjimo atvejais, tačiau ir įvykus mažiausiajam. Ir todėl jei iš dviejų vaikų vieną tėvas išlaisvins iš savo valdžios, po tėvo mirties nei vienas iš jų negalėtų būti kito globėjas atsižvelgiant į agnatinę giminystę.

164. Cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum qui proximo gradu sunt. ....

....

(17 *versus legi nequeunt*)

165. Ex eadem lege XII tabularum libertarum et impuberum libertorum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. Quae et ipsa tutela legitima vocatur, non *quia nominatim* ea lege de hac tutela *cavetur, sed* quia proinde accepta est per interpretationem, atque si verbis legis *introducta* esset. Eo enim ipso, quod hereditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere, quia et agnatos, quos ad hereditatem vocavit, eosdem et tutores esse iusserat.

[De fiduciaria tutela.] **166.** Exemplo patronorum receptae <*sunt et aliae tutelae, quae et ipsae legitimae vocantur. Nam si quis filium nepotemve ex filio et ceteros deinceps impuberes, aut filiam neptemve ex filio et ceteros deinceps tam puberes quam impuberes alteri ea lege mancipio dederit, ut sibi remanciparentur, remancipatosque manumiserit ac, legitimus eorum tutor erit*>.

166a. Sunt et aliae tutelae, quae fiduciariae vocantur, id est quae ideo nobis competunt, quia liberum caput mancipatum nobis vel a parente vel a coemptionatore manumiserimus.

164. Kai globos įgyvendinimas priklauso agnatams, tai jis priklauso ne visiems, o tik giminystės laipsniu artimiausiems (...17 eilučių...)

165. Pagal XII lentelių įstatymus globa nepilnamečių libertinų ir libertinių atžvilgiu priklauso jų patronams bei patronų vaikams. Ji taip pat vadinama įstatymine ne todėl, kad tuo įstatymu buvo aiškiai apibrėžta, o todėl, kad nusistovėjo interpretuojant įstatymą ir atrodo tarytum būtų paties įstatymo žodžiais nustatyta. Dėl tos pačios priežasties, kad įstatymas nustatė, jog libertinų ir libertinių turtą, jeigu jie mirtų nepalikę testamento, paveldi patronai ir jų palikuonys, senųjų teisininkų nuomone, įstatymas siekė, kad jie įgyvendintų ir globą, nes taip pat nustatė, kad tie agnatai, kurie šaukiami paveldėti, drauge būtų ir globėjai.

[Apie fiduciarinę globą]. **166.** Patronų pavyzdžiu buvo nustatyta ir kita globa, vadinama įstatymine. Nes jei kas atiduoda *in mancipio* sūnų arba vaikaitį, arba provaikaitį, arba taip pat dukterį, arba vaikaitę, arba provaikaitę, lygiai jei būtų sulaukę pilnametystės, lygiai jei nepilnamečiai, su sąlyga, kad bus jam mancipacijos būdu perduoti, o remancipuotus juos išlaisvins, taps jų įstatyminiu globėju.

166a. Esama taip pat kitų globos rūšių, kurios vadinamos fiduciarinėmis, o tokios yra tos, kurios mums tenka dėl to, kad išlaisviname mancipacijos būdu ascendento arba nupirkusiojo mums parduotą laisvą asmenį.

167. Sed Latinarum et Latinorum impuberum tutela non omni modo ad manumissores *eorum* pertinet, sed ad eos quorum ante manumissionem <*ex iure Quiritium fuerunt; unde si ancilla*> ex iure Quiritium tua sit, in bonis mea, a me quidem solo, non etiam a te manumissa Latina fieri potest, et bona eius ad me pertinent, sed eius tutela tibi competit; nam ita lege Iunia cavetur. Itaque si ab eo, cuius et in bonis et ex iure Quiritium ancilla fuerit, facta sit Latina, ad eundem et bona et tutela pertinent.

168. Agnatis et patronis et liberorum capitum manumissoribus permissum est feminarum tutelam alii in iure cedere; pupillorum autem tutelam non est permissum cedere, quia non videtur onerosa, cum tempore pubertatis finiatur.

169. Is autem, cui ceditur tutela, cessicius tutor vocatur.

170. Quo mortuo aut capite deminuto revertitur ad eum tutorem tutela, qui cessit; ipse quoque qui cessit si mortuus aut capite deminutus sit, a cessicio tutela discedit et revertitur ad eum, qui post eum qui cesserat secundum gradum in ea tutela habuerit.

171. Sed quantum ad agnatos pertinet, nihil hoc tempore de cessicia tutela quaeritur, cum agnatorum tutelae in feminis lege Claudia sublatae sint.

167. Tačiau nepilnamečių lotynių ir lotynų globa ne visuomet priklauso tiems, kurie juos išlaisvino, bet tiems, kurie iki išlaisvinant valdė juos kviritinės nuosavybės teise. Todėl, jei vergė pagal kviritų teisę priklausys tau, tačiau bus mano turto sudėtyje, tik mano išlaisvinta, o ne tavo dar kartą, gali tapti lotyne ir jos turtas priklauso man, tačiau jos globa priklauso tau, nes taip nustato *lex Iunia*.

168. Agnatams ir patronams bei tiems, kurie paleidžia laisvuosius asmenis, suteikiama teisė moterų ir kitų asmenų globą perleisti procesinės cesijos tvarka, tuo tarpu nepilnamečių globos perleisti neleidžiama, nes nelaikoma, kad ji būtų labai sunki, kadangi ši globa pasibaigia globotiniui sulaukus pilnametystės.

169. Tas, kuriam perleidžiama globa, vadinamas globėju – cesionarijumi.

170. Jam mirus arba sumažėjus jo teisiniam subjektiškumui, globa grįžta tam globėjui, kuris buvo ją perleidęs; jei mirtis arba teisinio subjektiškumo sumažėjimas ištinka tą, kuris globą perleido, globėjas – cesionarijus netenka globos teisės ir ji pereina tam, kuris po perleidusio globą iš eilės turėtų prisiimti globėjo pareigas.

171. Agnatų atžvilgiu šiuo metu apskritai nekyla perleistosios globos klausimas, nes agnatų globą moterims panaikino *lex Claudia*.

172. Sed fiduciarios quoque quidam putaverunt cedendae tutelae ius non habere, cum ipsi se oneri subiecerint. Quod etsi placeat, in parente tamen, qui filiam neptemve aut proneptem alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciparetur, remancipatamque manumisit, idem dici non debet, cum is et legitimus tutor habeatur, et non minus huic quam patronis honor praestandus sit.

173. Praeterea senatusconsulto mulieribus permissum est in absentis tutoris locum alium petere: quo petito prior desinit; nec interest, quam longe *absit* is tutor.

174. Sed excipitur, ne in absentis patroni locum liceat libertae tutorem petere.

175. Patroni autem loco habemus etiam parentem, qui ex eo, quod ipse sibi remancipatam filiam neptemve aut proneptem manumisit, legitimam tutelam nanctus est. <*Sed*> huius quidem liberi fiduciarii tutoris loco numerantur; patroni autem liberi eandem tutelam adipiscuntur, quam et pater eorum habuit.

176. Sed aliquando etiam in patroni absentis locum permittitur tutorem petere, veluti ad hereditatem adeundam.

177. Idem senatus censuit et in persona pupilli patroni filii.

178. Nam et lege Iulia de maritandis ordinibus ei, quae in legitima tutela pupilli sit, permittitur dotis constituendae gratia a praetore urbano tutorem petere.

172. Tačiau kai kurie taip pat manė, jog fiduciariniai globėjai irgi neturi teisės perleisti globą, nes patys prisiėmė šį įsipareigojimą. Net jeigu tokia nuomonė ir būtų priimta, to negalima pasakyti apie ascendentą, kuris kitam perdavė *in mancipio* dukterį arba vaikaitę, arba provaikaitę su sąlyga, kad bus jam sugrąžinta mancipacijos būdu, o remancipuotą ją išlaisvino, nes jis laikomas įstatyminiu globėju ir jam privalu reikšti pagarbą ne mažesnę nei patronui.

173. Be to, senato nutarimu leista moterims reikšti prašymą skirti kitą globėją vietoje išvykusiojo (nesančiojo). Pareiškus tokį prašymą, globėjas nustoja juo buvęs ir neturi reikšmės, kokį laiko tarpą jo nebuvo.

174. Tačiau yra numatyta išimtis – libertinei neleidžiama prašyti skirti kitą globėją vietoje išvykusio (nesančio) patrono.

175. Tokias pačias teises kaip patronas laikome turint ascendentą, kuris įstatyminiu globėju tapo dėl to, kad pats išlaisvino iš savo valdžios jam remancipuotą dukterį, vaikaitę arba provaikaitę. Tačiau jo descendentai priskiriami fiduciariniams globėjams, o patrono descendentams pereina tokia pati globa, kokia priklausė jų tėvui.

176. Kita vertus, kai kuriais atvejais, nesant patrono, leidžiama reikšti prašymą paskirti globėją, pavyzdžiui, palikimui įgyti.

177. Tą patį senatas nustatė ir dėl nepilnamečio patrono sūnaus.

178. Taip ir *lex Iulia*, reglamentuojančio santuokos sudarymo tvarką, pagrindu leidžiama tai, kuri yra nepilnamečio globoje, kreiptis į miesto pretorių dėl globėjo, kuris reikalingas kraičiui paskirti.

179. Sane patroni filius etiamsi impubes sit, libertae efficietur tutor, quamquam in nulla re auctor fieri potest, cum ipsi nihil permissum sit sine tutoris auctoritate agere.

180. Item si qua in tutela legitima furiosi aut muti sit, permittitur ei senatusconsulto dotis constituendae gratia tutorem petere.

181. Quibus casibus salvam manere tutelam patrono patronique filio manifestum est.

182. Praeterea senatus censuit, ut si tutor pupilli pupillaeve suspectus a tutela remotus sit, sive ex iusta causa fuerit excusatus, in locum eius alius tutor detur, quo facto prior tutor ammittit tutelam.

183. Haec omnia similiter et Romae et in provinciis observantur, scilicet ut in provinciis a praeside provinciae tutor peti *debeat*.

184. Olim cum legis actiones in usu erant, etiam ex illa causa tutor dabatur, si inter tutorem et mulierem pupillumve lege agendum erat: nam quia ipse tutor in re sua auctor esse non poterat, alius dabatur, quo auctore legis actio perageretur; qui dicebatur praetorius tutor, quia a praetore urbano dabatur. Sed post sublatas legis actiones quidam putant hanc speciem dandi tutoris in usu esse desiisse, aliis *autem* placet adhuc in usu esse, si legitimo iudicio agatur.

179. Žinoma, patrono sūnus, net jei ir būtų nepilnametis, taps libertinės globėju, nors jokiu reikalu negali duoti leidimo, nes jam pačiam neleidžiama dalyvauti teisinėje apyvartoje be globėjo leidimo.

180. Lygiai taip pat, jeigu kokia nors moteris yra psichikos ligonio arba nebylio globojama, remiantis senato nutarimu, jai leidžiama kreiptis dėl globėjo, reikalingo kraičiui paskirti.

181. Akivaizdu, jog šiais atvejais patronui ir jo sūnui priklausanti globa nenukenčia.

182. Senatas taip pat nustatė, jog jeigu nepilnamečio globėjas buvo nuo globos nušalintas kaip nepatikimas arba atleistas nuo globėjo pareigų dėl svarbių priežasčių, vietoje jo skiriamas kitas globėjas; tai atlikus, ankstesnysis globėjas netenka globos.

183. Viso to laikomasi tiek Romoje, tiek ir provincijose; provincijose, suprantama, su prašymu dėl globėjo paskyrimo reikia kreiptis į provincijos vietininką.

184. Kadaise, kai buvo bylinėjamasi legisakcinio proceso tvarka, globėjas būdavo skiriamas taip pat tuo atveju, jei teisminis ginčas vykdavo tarp globėjo ir moters arba nepilnamečio; kadangi globėjas negalėjo išreikšti sutikimo savo paties byloje, buvo skiriamas kitas, kad, jam davus sutikimą, vyktų procesas. Jis vadintas pretoriniu globėju, nes buvo skiriamas miesto pretoriaus. Tačiau panaikinus legisakcinį procesą, kai kurie mano nustojus egzistuoti ir šį ypatingą globėjo paskyrimo būdą; tuo tarpu kiti laiko, jog juo ir toliau naudojamasi, jeigu procesas vyksta Romoje tarp jos piliečių.

185. Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urbe Roma ex lege Atilia a praetore urbano et maiore parte tribunorum plebis, qui Atilianus tutor vocatur; in provinciis vero a praesidibus provinciarum *ex lege* Iulia et Titia.

186. Et ideo si cui testamento tutor sub condicione aut ex die certo datus sit, quamdiu condicio aut dies pendet, tutor dari potest: item si pure datus fuerit, quamdiu nemo heres existat, tamdiu ex his legibus tutor petendus est; qui desinit tutor esse, posteaquam aliquis ex testamento tutor esse coeperit.

187. Ab hostibus quoque tutore capto ex his legibus tutor peti debet; qui desinit tutor esse, si is qui captus est in civitatem reversus fuerit: nam reversus recipit tutelam iure postliminii.

188. Ex his apparet, quot sint species tutelarum. Si vero quaeramus, in quot genera hae species diducantur, longa erit disputatio; nam de ea re valde veteres dubitaverunt. Nos, qui diligentius hunc tractatum executi sumus et in edicti interpretatione et in his libris, quos ex Q. Mucio fecimus, hoc totum <*omittimus. Hoc solum*> tantisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Q. Mucius; alii tria, ut Ser. Sulpicius; alii duo, ut Labeo; alii tot genera esse crediderunt, quot etiam species essent.

185. Jei kas apskritai neturėtų jokio globėjo, pagal *lex Atilia* Romos mieste miesto pretorius ir plebėjų tribūnų dauguma jam paskirtų globėją, vadinamą atiliškuoju, o provincijose globėją skirtų provincijos vietininkas pagal *lex Iulia* ir *Titia*.

186. Todėl, jeigu kam nors globėjas būtų paskirtas su sąlyga arba atidedamuoju terminu, kol sąlyga nėra įvykdyta arba terminas nesuėjęs, galima skirti globėją. Jeigu globėjas būtų paskirtas be jokių sąlygų kol nėra įpėdinio, galima, remiantis išvardintais įstatymais, prašyti paskirti globėją. Šis nustoja būti globėju po to, kai kas nors pradės įgyvendinti globą pagal testamentą.

187. Taip pat jei globėjas pateko į priešo nelaisvę, reikia, remiantis tais įstatymais, kreiptis dėl globėjo paskyrimo. Jis nustoja būti globėju tuomet, jei tas, kuris buvo paimtas į karo nelaisvę, grįš į valstybės teritoriją, nes tas, kuris sugrįžta, remiantis sugrįžimo „iš už slenksčio" teise, atgauna teisę įgyvendinti globą.

188. Iš to matyti, kiek esama globos rūšių. Tuo tarpu jei kelsime klausimą, į kiek atmainų dalijamos šios rūšys, tektų ilgai apie tai svarstyti. Mes, kurie šią problemą nuodugniau gvildenome ir edikto komentare, ir tose knygose, kurias parašėme remdamiesi Kvinto Mucijaus* veikalais, visa tai praleidžiame. Šiuosyk pakaks prisiminti tik tai, jog kai kurie, kaip kad Kvintas Mucijus, laiko esant penkias rūšis, kiti, kaip Servijus Sulpicijus**, – tris, kiti, kaip Labeonas, – dvi; dar kiti įsitikinę, jog tiek esama rūšių, kiek ir atmainų.

* Gyveno II–I amžiuje prieš Kristaus gimimą.

** Gyveno I amžiuje prieš Kristaus gimimą.

189. Sed inpuberes quidem in tutela esse omnium civitatium iure contingit, quia id naturali rationi conveniens est, ut is, qui perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur. Nec fere ulla civitas est, in qua non licet parentibus liberis suis impuberibus *testamento* tutorem dare; quamvis, ut supra diximus, soli cives Romani videantur liberos suos in potestate habere.

190. Feminas vero perfectae aetatis in tutela esse fere nulla pretiosa ratio suasisse videtur; nam quae vulgo creditur, quia levitate animi plerumque decipiuntur et aequum erat eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa videtur quam vera: mulieres enim, quae perfectae aetatis sunt, ipsae sibi negotia tractant et in quibusdam causis dicis gratia tutor interponit auctoritatem suam, saepe etiam invitus auctor fieri a praetore cogitur.

191. Unde cum tutore nullum ex tutela iudicium mulieri datur; at ubi pupillorum pupillarumve negotia tutores tractant, eis post pubertatem tutelae iudicio rationem reddunt.

192. Sane patronum et parentum legitimae tutelae vim aliquam habere intelleguntur eo, quod hi neque ad testamentum faciendum neque ad res mancipi alienandas neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur, praeterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi obligationisque suscipiendae interveniat; eaque omnia ipsorum causa constituta sunt, ut, quia ad eos intestatarum mortuarum hereditates pertinent, neque per testamentum excludantur ab hereditate neque alienatis pretiosioribus rebus susceptoque aere alieno minus locuples ad eos hereditas perveniat.

189. Tai, kad nepilnamečiai yra globojami, bendra visų valstybių teisei, nes prigimtinę teisę atitinka tai, jog tas, kuris nėra pilnametis, būtų kito globojamas ir turbūt nesama valstybės, kurioje nebūtų leista ascendentams testamentu paskirti globėją nepilnamečiams descendentams, nors, kaip sakėme aukščiau*, tik Romos piliečiai turi valdžią savo descendentams.

190. Tuo tarpu nepanašu, jog tam, kad pilnametėms moterims būtų skiriama globa, būtų kokių nors svarbių priežasčių, nes tai, kad visuotinai laikoma, jog dėl būdo nepastovumo jos yra daugiausiai apgaudinėjamos ir todėl teisinga, kad tinkama linkme jas kreiptų globėjo leidimas, atrodo labiau tariama nei tikra. Pilnametės moterys pačios tvarko nuosavus reikalus, o kai kuriais atvejais globėjas suteikia nominalų leidimą; dažnai netgi yra pretoriaus įpareigojamas suteikti leidimą prieš savo paties valią.

191. Dėl to moterims ir nesuteikiama teisė pareikšti globėjui ieškinį dėl globėjo pareigų vykdymo, o tuo tarpu, kai globėjai tvarko vyriškos ir moteriškos lyties nepilnamečių asmenų reikalus, šiems sulaukus pilnametystės, pateikia teisme ataskaitą apie globėjo pareigų vykdymą.

192. Be abejonės, yra laikoma, kad įstatyminė patronų ir ascendentų globa turi tam tikrą reikšmę, nes jų negalima įpareigoti duoti leidimą sudaryti testamentą arba perleisti mancipuojamą daiktą, arba prisiimti prievolinius įsipareigojimus, išskyrus tuos atvejus, kai esama svarbios priežasties mancipuojamam daiktui perleisti arba prisiimti prievolinį įsipareigojimą. Visa tai nustatyta pačių globėjų interesais, o būtent, kadangi jiems atitenka globotinės, mirusios nesudarius testamento, palikimas, kad nei testamentu nebūtų nušalinti nuo palikimo, nei dėl vertingiausių daiktų perleidimo ar skolų jiems netektų mažesnis palikimas.

---

* I, 55.

193. Apud peregrinos non similiter ut apud nos in tutela sunt feminae, sed tamen plerumque quasi in tutela sunt: ut ecce lex Bithynorum, si quid mulier *contrahat,* maritum auctorem esse iubet aut filium eius puberem.

194. Tutela autem liberantur ingenuae quidem trium <*liberorum iure, libertinae vero quattuor, si in patroni*> liberorumve eius legitima tutela sint; nam ceterae, quae alterius generis tutores habent, veluti Atilianos aut fiduciarios, trium liberorum iure tutela liberantur.

195. Potest autem pluribus modis libertina alterius generis <*tutorem*> habere, veluti si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere debet tutorem, vel in provinciis *e lege Iulia* et Titia; nam in patronae tutela esse non potest.

195a. Item si a masculo manumissa *fuerit* et auctore eo coemptionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit, patronum quidem habere tutorem desinit, incipit autem habere eum tutorem a quo manumissa est, qui fiduciarius dicitur.

195b. Item si patronus *eiusve filius* in adoptionem se dedit, debet liberta *e lege Atilia vel lulia et* Titia tutorem petere.

195c. Similiter ex iisdem legibus petere debet tutorem liberta, si patronus decesserit nec ullum virilis sexus liberorum in familia *reliquerit.*

193. Svetimšaliai moterims neskiria tokios globos, kokia skiriama mūsų moterims, tačiau vis dėlto daugeliu atvejų jos yra lyg ir globojamos. Antai Bitinijoje galiojantis įstatymas (*lex Bithynorum*[*]) nurodo, jog jeigu moteris prisiima prievolinį įsipareigojimą, leidimą jai suteikia vyras arba pilnametystės sulaukęs sūnus.

194. Toms, kurios gimė laisvos, globa nebetaikoma susilaukus trijų vaikų, o išlaisvintosioms – keturių, jeigu buvo įstatyminėje savo patronų arba jų descendentų globoje; gi likusios, kurios turi kitų rūšių globėjus, pavyzdžiui, atiliškuosius arba fiduciarinius, tampa nuo globos laisvos, jei susilaukia trijų vaikų.

195. Išlaisvintoji gali turėti kitos rūšies globėją daugeliu būdų, kaip antai, jeigu būtų moters paleista į laisvę. Kadangi tuomet privalėtų reikalauti paskirti globėją pagal *lex Atilia*, arba provincijoje – remiantis *lex Iulia* ir *Titia*, nes negali būti globojama patronės.

195a. Lygiai taip pat, jeigu būtų šeimininko paleista į laisvę ir, jam leidus, atliktų *coemptio*, o vėliau būtų remancipuota ir paleista į laisvę, nustoja turėjusi patroną kaip globėją, o įgyja kaip globėją tą, kuris ją išlaisvino ir vadinamas fiduciariniu globėju.

195b. Lygiai taip pat, jei patronas arba jo sūnus leidosi įvaikinamas, išlaisvintoji privalo prašyti paskirti globėją pagal *lex Atilia* arba *lex Iulia* ir *Titia*.

195c. Panašiai, remiantis aukščiau nurodytais įstatymais, išlaisvintoji privalo pareikalauti globėjo, jei patronas mirė, nepalikęs šeimoje nieko iš vyriškos lyties descendentų.

---

[*] Gajus užsimena apie vienoje iš Romos provincijų – šiaurės vakarų Mažojoje Azijoje plytinčioje Bitinijoje galiojusį įstatymą. Bitiniją, iki tol savarankišką karalystę, paskutinysis jos karalius – Nikomedas IV (149 – 91 m. prieš Kristų) testamentu paliko Romos respublikai.

196. Masculi *autem cum* puberes esse coeperint, tutela liberantur. *Puberem autem* Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores eum esse putant, qui habitu corporis pubertatem ostendit, id est eum qui generare potest; sed in his qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse spectandam, cuius aetatis puberes fiunt. Sed diversae scholae auctores annis putant pubertatem aestimandam, id est eum puberem esse existimant *qui XIV annos explevit* ....

....

(25 *versus legi nequeunt*)

197. ... aetatem pervenerit, in qua res suas tueri possit; sicuti apud peregrinas gentes custodiri superius indicavimus.

198. Ex iisdem causis et in provinciis a praesidibus earum curatores dari *solent.*

199. Ne tamen et pupillorum et eorum qui in curatione sunt negotia a tutoribus curatoribusque consumantur aut deminuantur, curat praetor, ut et tutores *et* curatores eo nomine satisdent.

200. Sed hoc non est perpetuum: nam et tutores testamento dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; et curatores, ad quos non e lege curatio pertinet, sed *qui* vel a consule vel a praetore vel a praeside provinciae dantur, plerumque non coguntur satisdare, scilicet quia satis honesti electi sunt.

---

196. Vyrai, sulaukę pilnametystės, tampa nuo globos laisvi. Sabinas* ir Kasijus** bei likusieji mūsų mokytojai laiko, jog pilnametis yra tas, kurio kūno būklė liudija brandą, kitaip tariant, tas, kuris gali susilaukti palikuonių; tačiau kas dėl tų, kurie subręsti negali, o tokie yra eunuchai, domėn reikia imti amžių, kurio sulaukę tampa pilnamečiai. Tačiau priešingos mokyklos šalininkai laiko, jog apie pilnametystę reikia spręsti pagal metus, o būtent yra įsitikinę, kad pilnametis yra tas, kuris baigė keturioliktuosius gyvenimo metus (...25 eilutės...).

197. (...) sulaukė amžiaus, kai gali pats rūpintis savo reikalais, ko laikomasi, kaip anksčiau sakėme, ir svetimšalių bendruomenėse.

198. Paprastai dėl tų pačių priežasčių provincijose jų vietininkai skiria rūpintojus.

199. Tam, kad globotinių ir tų, kuriems įsteigta rūpyba, turtas visgi nebūtų globėjų arba rūpintojų sunaudojamas arba mažinamas, pretorius rūpinasi, kad ir globėjai, ir rūpintojai pateiktų laidavimą, jog tinkamai vykdys savo pareigas.

200. Tačiau ne visuomet yra taip, nes nereikalaujama, kad laidavimą pateiktų globėjai, paskirti testamente, nes jų sąžiningumas ir rūpestingumas buvo įvertintas paties testatoriaus; kaip ir iš esmės nereikalaujama pateikti laidavimą rūpintojų, kurių rūpyba nėra pagrįsta įstatymu, tačiau juos paskiria konsulas arba pretorius arba provincijos vietininkas, o taip yra dėl to, jog jie buvo pasirinkti kaip pakankamai sąžiningi ir tinkami.

---

* Masurijus Sabinas, gyvenęs I amžiuje.

** Gajus Kasijus Longinas, gyvenęs I amžiuje.

Commentarius Secundus

Antroji knyga

1. <*Superiore commentario de iure personarum*> exposuimus; modo videamus de rebus. Quae vel in nostro patrimonio sunt vel extra nostrum patrimonium habentur.

2. Summa itaque rerum divisio in duos articulos diducitur: nam aliae sunt divini iuris, aliae humani.

3. Divini iuris sunt veluti res sacrae et religiosae.

4. Sacrae sunt quae diis superis consecratae sunt; religiosae quae diis Manibus relictae sunt.

5. Sed sacrum quidem hoc solum existimatur quod *ex* auctoritate populi Romani consecratum est, veluti lege de ea re lata aut senatusconsulto facto.

6. Religiosum vero nostra voluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertineat.

7. Sed in provinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri, quia in eo solo dominium populi Romani est vel Caesaris, nos autem possessionem tantum vel usumfructum habere videmur; utique tamen etiamsi non sit religiosum, pro religioso habetur. Item quod in provinciis non ex auctoritate populi Romani consecratum est, proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur.

8. Sanctae quoque res, veluti muri et portae, quodam modo divini iuris sunt.

1. Ankstesniajame komentare išdėstėme su asmenimis susijusią teisę. Dabar apžvelgsime daiktus, kurie arba yra mūsų turto dalis, arba jam nepriklauso.

2. Svarbiausiasis daiktų skirstymas yra jų dalijimas į dvi dalis, nes vieni yra dieviškosios teisės, o kiti – žmonių teisės.

3. Dieviškajai teisei priklauso, pavyzdžiui, pašvęstieji ir apeiginiai daiktai.

4. Pašvęstieji yra tie, kurie paskirti aukštiesiems dievams, o apeiginiai – tai tie, kurie atiduoti požemio dievams.

5. Tačiau tik tai yra laikoma pašvęsta, kas buvo paskirta leidus romėnų tautai, pavyzdžiui, išleidžiant įstatymą arba priimant senato nutarimą.

6. Tuo tarpu apeiginiais daiktus padarome savo pačių valia, laidodami mirusįjį mums priklausančioje žemėje, jei tik palaidoti tą mirusįjį yra mūsų pareiga.

7. Daugelis teisininkų laikosi nuomonės, jog provincijoje esantis žemės sklypas netampa apeiginiu, nes jo nuosavybės teisė priklauso romėnų tautai arba imperatoriui, o mes, kaip atrodo, jį tik valdome ir įgyjame žemės duodamus vaisius. Tačiau bet kuriuo atveju, net jei daiktas ir nebūtų apeiginis, tokiu būtų laikomas. Lygiai taip pat, tai, kas provincijose nebuvo pašvęsta romėnų tautos valia, iš tiesų nėra pašvęstasis daiktas, tačiau vis dėlto yra laikomas pašvęstuoju.

8. Šventieji daiktai, kaip antai miesto vartai ir sienos, tam tikra prasme irgi yra dieviškosios teisės.

9. Quod autem divini iuris est, id nullius in bonis est; id vero, quod humani <*iuris est, plerumque alicuius in bonis est: potest autem et nullius in bonis esse; nam res hereditariae, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt*...

....

(8 *fere versus legi nequeunt*)

sine domino.

10. Hae autem <*res*>, quae humani iuris sunt, *aut* publicae sunt aut privatae.

11. Quae publicae sunt, nullius videntur in bonis esse: ipsius enim universitatis esse creduntur. Privatae sunt quae singulorum hominum *sunt*.

12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales.

13. <*Corporales*> hae <*sunt*>, quae tangi possunt, veluti fundus homo vestis aurum argentum et denique aliae res innumerabiles.

9. Tai, kas yra dieviškosios teisės, nepriklauso niekieno turtui, o tai, kas žmogiškosios teisės, paprastai yra kieno nors turtas; tačiau gali ir nebūti kieno nors turtas, nes palikimą sudarantys daiktai tol, kol neatsiras koks nors įpėdinis, niekieno turtui nepriklauso (...8 eilutės...) neturi savininko.

10. Daiktai, kurie yra žmogiškosios teisės, yra arba viešieji, arba privatūs.

11. Laikoma, jog viešieji daiktai nepriklauso niekieno turtui, nes pripažįstama juos esant visų. Privatūs yra tie daiktai, kurie priklauso atskiriems asmenims.

12. Be to, kai kurie daiktai yra materialūs, o kiti – nematerialūs.

13. Materialūs yra tie daiktai, prie kurių galima prisiliesti, kaip antai, žemės sklypas, vergas, drabužis, auksas, sidabras ir galiausiai nesuskaičiuojama daugybė kitų daiktų.

14. Incorporales *sunt* quae tangi non possunt, qualia sunt ea quae <*in*> iure consistunt, sicut hereditas ususfructus obligationes quoquo modo contractae. Nec ad rem pertinet <*quod in hereditate res corporales*> continentur et fructus qui ex fundo percipiuntur corporales *sunt,* et quod ex aliqua obligatione nobis debetur, id plerumque corporale *est, veluti* fundus homo pecunia; nam ipsum ius successionis et ipsum ius utendi fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum. *Praediorum urbanorum iura sunt veluti ius* altius tollendi *aedes suas et officiendi* luminibus vicini *aedium aut* non extollendi, ne luminibus vicini officiatur; item fluminum et stillicidiorum ius, *id est ut vicinus flumen vel stillicidium in* aream *vel in aedes suas recipiat; item cloacae immittendae et luminum immittendorum. Praediorum rusticorum iura sunt veluti via iter aclus, item pecoris ad aquam adpulsus, item* ius aquae ducendae. *Haec iura tam rusticorum quam urbanorum praediorum servitutes vocantur.*

14a. *Est etiam alia rerum divisio: nam aut mancipi sunt aut* nec mancipi. Mancipi *sunt veluti fundus in Italico solo,* item aedes in Italico solo, *item servi et ea animalia quae collo dorsove domari solent, veluti boves equi muli asini; item servitutes praediorum rusticorum. Nam servitutes* praediorum urbanorum nec mancipi sunt. Item stipendiaria praedia et tributaria nec mancipi sunt.

14. Nematerialūs yra tie daiktai, prie kurių prisiliesti negalima, o tokie esti tie, kurie yra susiję su teisėmis, kaip antai, palikimas, uzufruktas, bet kuriuo pagrindu atsiradusios prievolės. Reikšmės neturi tai, kad paveldėjimas apima materialius daiktus, o taip pat ir žemės duodami vaisiai yra materialūs, tai, kas mums priklauso pagal prievoles, paprastai esti materialu, kaip, pavyzdžiui, žemės sklypas, vergas, pinigai, nes pati paveldėjimo teisė, pati teisė naudotis daiktu ir jo vaisiais (uzufrukto teisė) ir pati prievolinė reikalavimo teisė yra nematerialios. Šioms teisėms priklauso ir miesto bei kaimo žemių servitutai. Miesto žemių servitutai yra, pavyzdžiui, teisė paaukštinti savo statinį ir užstoti kelią šviesai patekti į kaimyninį pastatą, arba neaukštinti, kad neužstotų kaimynui šviesos, teisė nukreipti nuotekas, o taip pat lietaus vandens nutekėjimą, tai yra, kad kaimynas prisiimtų į savo sklypą arba nuotekas, arba vandenį; taip pat teisė atvesti nutekėjimo vamzdį ar nukreipti šviesą. Kaimo žemės sklypų teisės yra, pavyzdžiui: kelio teisė, teisė eiti per sklypą, ginti gyvulius, taip pat teisė ginti gyvulius prie girdyklos bei teisė atsivesti vandentiekį. Šios teisės, nustatomos tiek miestų, tiek kaimo žemių sklypuose, yra vadinamos servitutais.

14a. Esama ir kito daiktų skirstymo: taigi, daiktai yra arba mancipuojami arba nemancipuojami. Mancipuojami daiktai – tai, pavyzdžiui, Italijos žemės, taip pat Italijos žemės sklype esantys pastatai, taip pat vergai bei gyvuliai, kurie prisijunkomi nešuliams nešti arba kinkymui, kaip pavyzdžiui, jaučiai, arkliai, asilėnai, asilai, o taip pat kaimo žemių servitutai. Miesto žemių servitutai yra nemancipuojamieji daiktai. Taip pat žemės sklypai, kai už naudojimąsi jais mokamas mokestis – *stipendium* arba *tributum*, yra nemancipuojamieji daiktai.

15. Sed quod diximus *ea animalia, quae domari solent,* mancipi esse, *quomodo intellegendum sit, quaeritur, quia non statim ut nata sunt domantur. Et nostrae quidem scholae auctores* statim ut nata sunt mancipi esse putant; Nerva vero et Proculus et ceteri diversae scholae auctores non aliter ea mancipi esse putant, quam si domita sunt; et si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc videri mancipi esse incipere, cum ad eam aetatem pervenerint, in qua domari solent.

16. *At* ferae bestiae nec mancipi sunt, veluti ursi leones, item ea animalia quae fere bestiarum numero sunt, veluti elephanti et cameli. Et ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam collo dorsove domari solent; nam ne *notitia* quidem eorum animalium illo tempore fuit, quo constituebatur quasdam res mancipi esse, quasdam nec mancipi.

17. Item fere omnia quae incorporalia sunt nec mancipi sunt, exceptis servitutibus praediorum rusticorum: nam eas mancipi esse constat, quamvis sint ex numero rerum incorporalium.

18. Magna autem differentia est inter mancipi res et nec mancipi.

19. Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno iure alterius fiunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem.

15. Tačiau tai, ką pasakėme, jog gyvuliai, kurie paprastai prijunkomi, laikomi mancipuojamais daiktais, yra svarstytina, kaip tai dera suprasti, nes nėra prisijaukinami nuo gimimo. Mūsų mokyklos įkūrėjai laiko, jog mancipuojamais daiktai tampa iškart gimę; tuo tarp Nerva*, Prokulas** ir likę priešingos mokyklos atstovai mano, jog mancipuojamais daiktai tampa tik tuomet, kai prijaukinami; o jeigu jų prisijaukinti negalima dėl to, jog yra pernelyg laukinės prigimties, tuomet laikoma, jog mancipuojamais daiktai tampa, kai sulaukia amžiaus, kurio paprastai yra prijaukinami.

16. Nemancipuojamiems daiktams taip pat priskiriami laukiniai žvėrys, kaip, pavyzdžiui, lokiai, liūtai, kaip ir tie, kurie laikomi laukiniais žvėrimis, kaip drambliai ir kupranugariai, ir todėl neturi reikšmės, kad ir šie žvėrys yra prisijaukinami nešuliams nešti ar kinkymui, nes net šių žvėrių pavadinimai nebuvo žinomi anuomet, kai nustatyta, jog kai kurie daiktai yra mancipuojami, o kiti – nemancipuojami.

17. *Taip pat ir beveik visi nematerialūs daiktai yra nemancipuojami*, išskyrus kaimo žemės sklypų servitutus, nes nustatyta, jog jie yra mancipuojami daiktai, nors ir priskiriami nematerialiesiems daiktams.

18. Esama didelio skirtumo tarp mancipuojamų ir nemancipuojamų daiktų.

19. Kadangi visišką juridinę nuosavybės teisę į nemancipuojamus daiktus kitas asmuo įgyja dėl paties jų perdavimo, jei tik yra materialūs ir dėl šios priežasties juos galima perduoti.

---

* Gyveno I amžiuje.

** Gyveno I amžiuje.

20. Itaque si tibi vestem vel aurum vel argentum tradidero sive ex venditionis causa sive ex donationis sive quavis alia ex causa, statim tua fit ea res, si modo ego eius dominus sim.

21. In eadem causa sunt provincialia praedia, quorum alia stipendiaria alia tributaria vocamus. Stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur, tributaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur.

22. Mancipi vero res sunt, quae per mancipationem ad alium transferuntur; unde etiam mancipi res sunt dictae. Quod autem valet mancipatio, <*idem valet et in iure cessio.*

23. *Et mancipatio*> quidem quemadmodum fiat, superiore commentario tradidimus.

24. In iure cessio autem hoc modo fit: apud magistratum populi Romani, veluti praetorem [vel apud praesidem provinciae], is cui res in iure ceditur rem tenens ita dicit: HUNC EGO HOMINEM EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO; deinde postquam hic vindicaverit, *praetor* interrogat eum qui cedit, an contra vindicet; quo negante aut tacente tunc ei qui vindicaverit eam rem addicit; idque legis actio vocatur. Hoc fieri potest etiam in provinciis apud praesides earum.

20. Vadinasi, jeigu perduosiu tau drabužį arba auksą, arba sidabrą, tiek, jeigu dėl to, kad parduodu, tiek jeigu dovanoju, tiek ir kokiu nors kitu pagrindu, tas daiktas iškart tampa tavo, jei tik aš esu jo savininkas.

21. Toks pats yra ir provincijos žemės sklypų, kurių vienus vadiname stipendiniais, kitus tributariniais, statusas. Stipendiniai – tai tie, kurie yra provincijose, laikomose romėnų tautos nuosavybe. Tributariniai – tai tie, kurie yra provincijose, laikomose imperatoriaus nuosavybe.

22. Tuo tarpu mancipuojami daiktai – tai tie, kurie perduodami kitiems atliekant mancipaciją; dėl to jie ir vadinami mancipuojamais. Tas pasekmes, kurias sukelia mancipacija, sukelia ir procesinė cesija.

23. Kokiu būdu būdavo atliekama mancipacija, nurodėme ankstesniajame komentare*.

24. Tuo tarpu procesinė cesija yra atliekama tokiu būdu: dalyvaujant romėnų tautos magistratui, pavyzdžiui, miesto pretoriui arba provincijos vietininkui, tas, kurio naudai atliekama procesinė cesija, laikydamas daiktą, taip taria: TVIRTINU, JOG ŠIS VERGAS PRIKLAUSO MAN PAGAL KVIRITŲ TEISĘ; po to, kadangi jis vindikavo, pretorius to, kuris perleidžia, klausia, ar jis reiškiantis priešinį reikalavimą. Kai tas neigia arba tyli, tuomet daiktas priteisiamas tam, kuris jį vindikavo. Provincijose tai gali būti atliekama dalyvaujant jų vietininkams.

* I, 119.

25. Plerumque tamen et fere semper mancipationibus utimur. Quod enim ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc non *interest nec* necesse *est* cum maiore difficultate apud praetorem aut apud praesidem provinciae agere.

26. Quod si neque mancipata neque in iure cessa sit res mancipi ....(32 *fere versus desiderantur*)

27. *Praeterea* admonendi sumus, *quod veteres dicebant soli Italici nexum* esse, provincialis soli nexum non *esse, hanc habere* significationem: solum *Italicum* mancipi *esse,* provinciale nec mancipi *esse.* Aliter enim veteri lingua actus *vocantur, et quod illis nexus, idem nobis est* mancipatio.

28. <*Res*> incorporales traditionem non recipere manifestum est.

29. Sed iura praediorum urbanorum in iure cedi <*tantum*> possunt, rusticorum vero etiam mancipari possunt.

30. Ususfructus in iure cessionem tantum recipit. Nam dominus proprietatis alii usumfructum in iure cedere potest, ut ille usumfructum habeat et ipse nudam proprietatem *retineat.* Ipse usufructuarius in iure cedendo domino proprietatis usumfructum efficit, ut a se discedat et convertatur in proprietatem; alii vero in iure cedendo nihilo minus ius suum retinet: creditur enim ea cessione nihil agi.

25. Tačiau daugiausiai ir bemaž visuomet naudojamės mancipacija, nes tai, ką galime atlikti patys dalyvaujant bičiuliams, nebūtinai privalome daryti su didesniu vargu, dalyvaujant pretoriui arba provincijos vietininkui.

26. Dėl to, jeigu mancipuojamas daiktas nebus nei mancipuotas, nei perduotas procesinės cesijos būdu (...32 eilutės...).

27. Be to, turime priminti, kad tai, ką teigė senieji teisininkai, jog Italijos žemės sklypas – tai *nexum*, o provincijos sklypas – tai nėra *nexum*, reiškia tai, kad Italijos žemės sklypas – tai mancipuojamas daiktas, o provincijos žemės sklypas – nemancipuojamas daiktas. Kadangi senųjų teisininkų kalboje kitaip vadintas pats sandoris ir tai, kas jiems buvo *nexum*, mums yra mancipacija.

28. Tai, kad nematerialiųjų daiktų negalima perduoti [juos įteikiant įgijėjui], yra akivaizdu.

29. Tačiau miesto žemių servitutus perduoti galima tik procesinės cesijos būdu, tuo tarpu kaimo žemių – taip pat ir mancipuoti.

30. Uzufruktui taikoma tik procesinė cesija, nes tas, kuriam priklauso nuosavybės teisė, gali atlikdamas procesinę cesiją perduoti kitam daiktą uzufrukto teise taip, kad tam priklausytų uzufruktas – teisė naudotis daiktu ir įgyti jo vaisius, o jis pats išlaikytų tik nominalią nuosavybės teisę. Uzufruktoriui procesinės cesijos būdu grąžinant nuosavybės subjektui teisę daiktą valdyti ir juo naudotis, uzufruktas išnyksta ir atkuriama visiška nuosavybė. Tuo tarpu procesinės cesijos būdu perleidžiant jį kitam, šią teisę vis dėlto išsaugo, nes laikoma, kad toks perleidimas nesukelia jokių pasekmių.

31. Sed haec scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia et ipsa praedia mancipationem et in iure cessionem recipiunt. Alioquin in provincialibus praediis sive quis usumfructum sive ius eundi agendi aquamve ducendi vel altius tollendi aedes aut non tollendi, ne luminibus vicini officiatur, ceteraque similia iura constituere velit, pactionibus et stipulationibus id efficere potest, quia ne ipsa quidem praedia mancipationem aut *in* iure cessionem recipiunt.

32. Sed cum ususfructus et hominum et ceterorum animalium constitui possit, intellegere debemus horum usumfructum etiam in provinciis per *in* iure cessionem constitui posse.

33. Quod autem diximus usumfructum in iure cessionem tantum recipere, non est temere dictum, quamvis etiam per mancipationem constitui possit eo, quod in mancipanda proprietate detrahi potest: non enim ipse ususfructus mancipatur, sed cum in mancipanda proprietate deducatur, eo fit ut apud alium ususfructus, apud alium proprietas sit.

34. Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit.

31. Tačiau taip, žinoma, yra su Italijos žemės sklypais, kadangi pačius šiuos sklypus galima perleisti ir mancipuojant, ir atliekant procesinę cesiją. Kitaip yra su provincijos žemės sklypais: jei kas nors norėtų nustatyti uzufruktą arba servitutą, suteikiantį teisę eiti per svetimą sklypą, ginti gyvulių bandą, arba atsivesti vandentiekį, arba statyti aukštesnius nei tam tikro aukščio pastatus, arba nestatyti, kad neužstotų kaimynui šviesos, arba kitas panašias teises, gali tai padaryti sudarydamas neformalų susitarimą (paktą) arba žodinę sutartį (stipuliaciją), nes šių sklypų atžvilgiu neleidžiama nei mancipacija, nei procesinė cesija.

32. Tačiau kadangi galima nustatyti uzufruktą į vergą ir kitas gyvas būtybes, privalome suvokti, jog uzufrukto teisę į juos procesinės cesijos būdu galima nustatyti ir provincijose.

33. Kai tvirtinome, jog uzufruktas yra nustatomas procesinės cesijos būdu, tai nebuvo pasakyta neapgalvotai, nes jį galima nustatyti ir mancipacijos būdu; kadangi jį galima atskirti mancipuojant nuosavybės teisę. Nes mancipacijos būdu nėra perleidžiamas pats uzufruktas, tačiau kadangi jis išskiriamas iš mancipacijos būdu perleidžiamos nuosavybės, atsitinka taip, jog vienam priklauso uzufruktas, o kitam – nuosavybė.

34. Palikimas taip pat gali būti perleistas tik procesinės cesijos tvarka.

35. Nam si is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, in iure eam alii ante aditionem cedat, id est antequam heres extiterit, proinde fit heres is, cui in iure cesserit, ac si ipse per legem ad hereditatem vocatus esset; post obligationem vero si cesserit, nihilo minus ipse heres permanet et ob id creditoribus tenebitur, debita vero pereunt eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt; corpora vero eius hereditatis proinde transeunt ad eum, cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa fuissent.

36. Testamento autem scriptus heres ante aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii nihil agit; postea vero quam adierit si cedat, ea accidunt, quae proxime diximus de eo, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, si post obligationem <*in*> iure cedat.

37. Idem et de necessariis heredibus diversae scholae auctores existimant, quod nihil videtur interesse, utrum <*aliquis*> adeundo hereditatem fiat heres, an invitus existat; quod quale sit, suo loco apparebit. Sed nostri praeceptores putant nihil agere necessarium heredem, cum in iure cedat hereditatem.

38. Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum recipiunt. Nam quod mihi ab aliquo debetur, id si velim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus res corporales ad alium transferuntur, id efficere possum, sed opus est, ut iubente me tu ab eo stipuleris; quae res efficit, ut a me liberetur et incipiat tibi teneri; quae dicitur novatio obligationis.

35. Nes jeigu tas, kuriam palikimas priklauso pagal įstatymą, reglamentuojantį paveldėjimą kai nėra testamento, perleido jį procesinės cesijos tvarka prieš priimdamas, tai yra, prieš tapdamas įpėdiniu, įpėdiniu taptų tas, kuriam palikimas perleistas procesinės cesijos tvarka, taip tarytum jis pats būtų šauktas paveldėti pagal įstatymą. Tačiau jei palikimą perleido prisiėmęs palikėjo prievoles, vis tiek lieka įpėdiniu, todėl bus atsakingas palikėjo kreditoriams, o skolos [palikėjui] išnyksta ir tokiu būdu naudos patiria palikimo skolininkai. Palikimui priklausantys materialūs daiktai pereina tam, kuriam palikimas perleistas taip tarytum dėl kiekvieno iš jų būtų atlikta procesinė cesija.

36. Tačiau testamentu paveldėti šaukiamas įpėdinis, procesinės cesijos tvarka perleisdamas palikimą kitam asmeniui prieš jį priimdamas, nepasiekia nieko. Jeigu procesinę cesiją atliktų priėmęs palikimą, įvyksta tai, ką aukščiau pasakėme apie tą, kuriam palikimas priklauso pagal įstatymą kai nėra testamento, tarytum procesinę cesiją būtų atlikęs jau prisiėmęs palikėjo skolas.

37. Tą pačią nuomonę dėl privalomųjų įpėdinių skelbia priešingos mokyklos atstovai, nes, atrodo, jog reikšmės neturi tai, ar kas nors tampa įpėdiniu priimdamas palikimą, ar prieš savo valią. O kaip tai atrodo, paaiškės atitinkamoje vietoje*, tačiau mūsų mokytojai laikosi nuomonės, jog privalomasis įpėdinis nesukelia jokių pasekmių, jei perduoda palikimą procesinės cesijos tvarka.

38. Bet kuriuo pagrindu įgytoms prievolėms netaikomas nei vienas iš minėtų perleidimo būdų. Nes jeigu norėčiau, kad tai, ko aš galiu pareikalauti iš kito, galėtum pareikalauti tu, negalėčiau to padaryti nei vienu iš būdų, kuriais kitam yra perduodami materialieji daiktai, o reikia, kad man paliepus, gautum iš jo pažadą, duodamą atliekant stipuliaciją. Šitai nulemia, jog jis tampa laisvas nuo prievolės mano atžvilgiu ir susaistytas prievole tavo atžvilgiu. Tai yra vadinama prievolės novacija.

* II, 152 ir toliau.

39. Sine hac vero novatione non poteris tuo nomine agere, sed debes ex persona mea quasi cognitor aut procurator meus experiri.

40. Sequitur ut admoneamus apud peregrinos quidem unum esse dominium; nam aut dominus quisque est, aut dominus non intellegitur. Quo iure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus erat, aut non intellegebatur dominus. Sed postea divisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere.

41. Nam si tibi rem mancipi neque mancipavero neque in iure cessero, sed tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficitur, ex iure Quiritium vero mea permanebit, donec tu eam possidendo usucapias; semel enim impleta usucapione proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex iure Quiritium, tua res esse, ac si ea mancipata vel in iure cessa <*esset.*

42. *Usucapio autem*> mobilium quidem rerum anno completur, fundi vero et aedium biennio; et ita lege XII tabularum cautum est.

43. Ceterum etiam earum rerum usucapio nobis competit, quae non a domino nobis traditae fuerint, sive mancipi sint eae res sive nec mancipi, si modo eas bona fide acceperimus, cum crederemus eum qui traderet dominum esse.

39. Nes be šios novacijos negalėsi reikšti ieškinio savo vardu, o privalėsi jį reikšti mano vardu kaip mano kognitorius arba prokuratorius.

40. Dabar dera prisiminti, jog peregrinai teturi vienos rūšies nuosavybę, nes arba kas nors yra savininkas, arba nelaikomas savininku. Kadaise tokia teise naudojosi ir romėnų tauta, nes arba kas nors buvo savininkas pagal kviritų teisę, arba nelaikytas savininku. Tačiau vėliau nuosavybė tapo suskirstyta į rūšis taip, kad vienas gali būti savininkas pagal kviritų teisę, o kitas – turėti daiktą savo turto sudėtyje.

41. Nes jeigu mancipuojamo daikto neperduosiu tau nei mancipacijos būdu, nei atlikdamas procesinę cesiją, o tik įteiksiu, tas daiktas, tiesa, atsidurs tavo turto sudėtyje, tačiau pagal kviritų teisę ir toliau liks mano tol, ko tu jo neįgysi įgyjamosios senaties būdu. O kai tik sueina senatis, teisės požiūriu visiškai atitenka tau, tai reiškia yra tavo turto sudėtyje ir priklauso tau pagal kviritų teisę taip, tarytum būtų buvęs tau perduotas mancipacijos arba procesinės cesijos būdu.

42. Kilnojamieji daiktai pagal senatį nuosavybėn įgyjami praėjus vieneriems metams, žemės sklypas ir pastatas – praėjus dvejiems metams; ir tai buvo nustatyta XII lentelių įstatymuose.

43. Galiausiai dėl senaties nuosavybėn galime įgyti tuos daiktus, kurie mums buvo perduoti ne savininko, ar tai būtų mancipuojami, ar nemancipuojami daiktai, jei tik gavome daiktą gera valia, nes buvome įsitikinę, jog tas, kuris daiktą perduoda, yra savininkas.

44. Quod ideo receptum videtur, ne rerum dominia diutius in incerto essent, cum sufficeret domino ad inquirendam rem suam anni aut biennii spatium, quod tempus ad usucapionem possessori tributum est.

45. Sed aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam rem possideat, non tamen illi usucapio procedit, veluti si quis rem furtivam aut vi possessam possideat; nam furtivam lex XII tabularum usucapi prohibet, vi possessam lex Iulia et Plautia.

46. Item provincialia praedia usucapionem non recipiunt.

47. *Item olim* mulieris, quae in agnatorum tutela erat, res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore <*auctore*> traditae essent; id ita lege XII tabularum *cautum erat.*

48. Item liberos homines et res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est.

49. Quod ergo vulgo dicitur furtivarum rerum et vi possessarum usucapionem per legem XII tabularum prohibitam esse, non eo pertinet, ut ne *ipse fur quive* per vim *possidet* usucapere possit (nam huic alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possidet); sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide emerit, usucapiendi ius habeat.

44. Manytina, jog taip buvo nustatyta dėl to, kad nuosavybės teisės į daiktus pernelyg ilgai nebūtų neapibrėžtos, kadangi savininkui išsiieškoti savo daiktą pakanka metų ar dviejų, tai yra laiko, kuris buvo nustatytas valdytojui įgyti daiktą nuosavybėn pagal senatį.

45. Tačiau kartais, nors kas ir valdytų daiktą pačia geriausia valia, senaties termino eiga neprasideda, pavyzdžiui, jeigu kas valdytų vogtą arba plėšimo būdu įgytą daiktą, nes vogto daikto įgijimą nuosavybėn pagal senatį draudžia XII lentelių įstatymai, o užvaldyto jėga – *lex Iulia* ir *Plautia.*

46. Lygiai taip pat dėl senaties nuosavybėn negali būti įgyjami provincijų žemės sklypai.

47. Kadaise įgyti nuosavybėn dėl senaties nebuvo galima mancipuojamų daiktų, priklausančių agnatų globojamai moteriai, nebent jos pačios, globėjui leidus, būtų perduoti įgijėjui; taip nustatyta XII lentelių įstatymuose.

48. Taip pat akivaizdu, jog nuosavybėn dėl senaties negali būti įgyti laisvieji asmenys nei pašvęstieji daiktai, nei apeiginiai daiktai.

49. Kai visuotinai teigiama, jog XII lentelių įstatymais uždraustas vogtų ir jėga užvaldytų daiktų įgijimas nuosavybėn dėl senaties, neturima omenyje tai, jog tas, kuris pats būdamas vagis arba užvaldęs daiktus jėga, negali jų įgyti nuosavybėn dėl senaties (jam įgyjamoji senatis netaikoma dėl kitos priežasties, o būtent dėl to, kad valdo bloga valia), tačiau tai, jog niekas kitas, net jei būtų gera valia nupirkęs iš jo daiktą, neturi teisės įgyti daikto nuosavybėn dėl senaties.

50. Unde in rebus mobilibus non facile *procedit, ut bonae fidei possessori usucapio* competat, quia qui alienam rem vendidit et tradidit, furtum committit; idemque accidit etiam si ex alia causa tradatur. Sed tamen hoc aliquando aliter se habet; nam si heres rem defuncto commodatam aut locatam vel apud eum depositam existimans eam esse hereditariam vendiderit aut donaverit, furtum non committit; item si is, ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum etiam suum esse credens vendiderit aut donaverit, furtum non committit: furtum enim sine affectu furandi non committitur. Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur.

51. Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi possessionem nancisci, quae vel ex neglegentia domini vacet, vel quia dominus sine successore decesserit vel longo tempore afuerit; quam si ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor: et quamvis ipse, qui vacantem possessionem nactus est, intellegat alienum esse fundum, *tamen* nihil hoc *bonae fidei* possessori ad usucapionem nocet, <*cum*> improbata sit eorum sententia, qui putaverint furtivum fundum fieri posse.

52. Rursus ex contrario accidit, ut qui sciat alienam rem se possidere usucapiat, veluti si rem hereditariam, cuius possessionem heres nondum nactus est, aliquis possederit; nam ei concessum *est* usucapere, si modo ea res est, quae recipit usucapionem: quae species possessionis et usucapionis pro herede vocatur.

50. Todėl kilnojamųjų daiktų atveju nėra taip paprasta geros valios valdytojui įgyti daiktą nuosavybėn dėl senaties, kadangi tas, kuris parduoda ir perduoda svetimą daiktą, įvykdo vagystę. Taip pat atsitinka ir tuomet, kai daiktas buvo perduotas kitu pagrindu. Kita vertus, kai kada padėtis esti kitokia. Nes jei įpėdinis pardavė arba dovanojo daiktą, kuris palikėjui buvo perduotas panaudai arba išnuomotas arba atiduotas jam pasaugai, būdamas įsitikinęs, jog daiktas priklauso palikimui, neįvykdo vagystės. Lygiai taip pat, jeigu tas, kuriam nustatytas uzufruktas į vergę, pardavė arba padovanojo jos pagimdytą kūdikį, būdamas įsitikinęs, kad šis priklausantis jam, neįvykdo vagystės, kadangi vagystė nepadaroma nesant tyčios pavogti. Taip pat ir kitais atvejais gali atsitikti, jog kas nors perduoda svetimą, tačiau ne vogtą daiktą kitam taip, kad valdytojas jį įgyja nuosavybėn dėl senaties.

51. Taip pat ir svetimų žemės sklypų valdymą kas nors gali įgyti nenaudodamas prievartos arba dėl to, kad sklypas buvo savininko paliktas ir juo nesirūpinama, arba dėl to, kad savininkas mirė nepalikęs įpėdinio arba ilgą laiką buvo išvykęs; jeigu juos perleido kitam, gera valia įgyjančiajam, valdytojas gali įgyti nuosavybę dėl senaties. Ir nors tas, kuris užvaldė apleistą sklypą, žinojo, jog sklypas yra svetimas, tai niekaip nekliudo geros valios valdytojui įgyti nuosavybę dėl senaties, kadangi nesusilaukė palaikymo požiūris tų, kurie buvo įsitikinę, jog sklypas gali būti vagystės objektas.

52. Atsitinka ir priešingai, kad tas, kas žino, jog valdo svetimą daiktą, įgyja jį nuosavybėn dėl senaties, pavyzdžiui, jei kas valdytų daiktą, priklausantį palikimui, kurio valdymo įpėdinis dar nėra įgijęs; kadangi jam leidžiama įgyti daiktą nuosavybėn dėl senaties, jei tik tas daiktas gali būti įgyjamosios senaties objektas. Ši valdymo ir įgyjamosios senaties rūšis yra vadinama valdymu ir įgyjamąja senatimi „vietoje įpėdinio“.

53. Et in tantum haec usucapio concessa est, ut et res, quae solo continentur, anno usucapiantur.

54. Quare autem hoc casu etiam soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum hereditariarum possessione veluti ipsae hereditates usucapi credebantur, scilicet anno. Lex enim XII tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras vero anno: ergo hereditas in ceteris rebus videbatur esse, quia soli non est, quia neque corporalis est. <*Et*> quamvis postea creditum sit ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo tenentur, annua usucapio remansit.

55. Quare autem omnino tam improba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod voluerunt veteres maturius hereditates adiri, ut essent qui sacra facerent, quorum illis temporibus summa observatio fuit, *et ut* creditores haberent, a quo suum consequerentur.

56. Haec autem species possessionis et usucapionis etiam lucrativa vocatur: nam sciens quisque rem alienam lucrifacit.

57. Sed hoc tempore iam non est lucrativa. Nam ex auctoritate <*divi*> Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapiones revocarentur. Et ideo potest heres ab eo qui rem usucepit hereditatem petendo proinde eam rem consequi, atque si usucapta non esset.

58. <*Suo*> et necessario tamen herede extante nihil ipso iure pro herede usucapi potest.

53. Ir ši įgyjamoji senatis taikoma taip plačiai, jog ir daiktai, kurie yra susiję su žemės sklypu, įgyjami nuosavybėn išvaldžius juos vienerius metus.

54. Priežastis, dėl kurios šiuo atveju ir nekilnojamajam daiktui nustatytas vienerių metų įgyjamosios senaties terminas, yra ta, jog kadaise laikyta, kad būtent vienerius metus valdžius į palikimo sudėtį įeinančius daiktus, įgyjamas pats palikimas. Kadangi XII lentelių įstatymai nustatė, jog nekilnojamųjų daiktų įgyjamosios senaties terminas yra dveji metai, likusių daiktų – metai, laikyta, kad palikimas patenka į „likusių daiktų" kategoriją, nes nėra nekilnojamas. Ir nors vėliau manyta, jog paties palikimo negalima įgyti dėl senaties, visiems į palikimo sudėtį įeinantiems daiktams, taip pat ir žemės sklypams paliktas vienerių metų įgyjamosios senaties terminas.

55. Toks neteisingas valdymas ir įgyjamoji senatis buvo leidžiami dėl to, jog senieji teisininkai norėjo, kad palikimai būtų įgyjami anksčiau, kad atsirastų tie, kurie tęstų protėvių religinį kultą, ko anais laikais buvo besąlygiškai laikomasi, taip pat, kad kreditoriai turėtų iš ko pareikalauti to, kas jiems priklauso.

56. Ši valdymo ir įgyjamosios senaties rūšis yra dar vadinama naudingąja, nes kažkas įgyja svetimą daiktą apie tai žinodamas.

57. Tačiau šiuo metu ji jau nebėra naudinga, nes imperatoriaus Adriano iniciatyva išleistas senato nutarimas, kuriuo tokia įgyjamoji senatis buvo panaikinta, todėl ir įpėdinis, reikalaudamas palikimo, gali tokį daiktą atgauti iš to, kuris jį įgijo dėl senaties, taip tarytum jis niekada nebūtų buvęs įgytas nuosavybėn pagal senatį.

58. Jeigu paveldėtojas yra namų ir privalomasis įpėdinis, už jį *ipso iure* negalima nieko įgyti nuosavybėn pagal senatį.

59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit. Nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit vel in iure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet <*et*> soli si sit. Quae species usucapionis dicitur usureceptio, quia id, quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem.

60. Sed fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris iure aut cum amico, quo tutius nostrae res apud eum essent, si quidem cum amico contracta sit fiducia, sane omni modo competit usus receptio; si vero cum creditore, soluta quidem pecunia omni modo competit, nondum vero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque precario rogaverit, ut eam rem possidere liceret: quo casu lucrativa usus capio competit.

61. Item si rem obligatam sibi populus vendiderit eamque dominus possederit, concessa est usus receptio; sed hoc casu praedium biennio usurecipitur. Et hoc est quod vulgo dicitur ex praediatura possessionem usurecipi: nam qui mercatur a populo, praediator appellatur.

62. Accidit aliquando, ut qui dominus sit alienandae rei potestatem non habeat, et qui dominus non sit alienare possit.

63. Nam dotale praedium maritus invita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit vel mancipatum ei dotis causa vel in iure cessum vel usucaptum. Quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia an etiam ad provincialia pertineat, dubitatur.

59. Be to, dar ir dėl kitų priežasčių kas nors gali įgyti nuosavybėn pagal senatį daiktą žinodamas šį esant svetimą. Nes tas, kuris fiduciariniais tikslais perdavė kitam daiktą mancipacijos arba procesinės cesijos būdu, jei pats įgis to daikto valdymą, neabejotinai gali per vienerius metus įgyti nuosavybėn pagal senatį kilnojamąjį daiktą, o taip pat ir nekilnojamuosius daiktus. Ši įgyjamosios senaties rūšis yra vadinama daikto atgavimu dėl senaties, kadangi tai, kas mums kažkada priklausė, atgauname įgydami dėl senaties.

60. Jei fiducijos sutartis sudaroma su kreditoriumi siekiant duoti jam užstatą, arba su bičiuliu tam, kad mūsų daiktai pas jį būtų saugesni, tai jeigu sutartis sudaryta su bičiuliu, visuomet įvyksta daikto atgavimas dėl senaties; tuo tarpu, jei su kreditoriumi daikto atgavimas dėl senaties galimas tik sumokėjus skolą, o iki sumokant skolą galimas tik tuomet, jei kreditorius neperdavė daikto skolininkui nei nuomai, nei valdymui iki pareikalavimo, kad jam būtų leista tą daiktą valdyti, nes šiuo atveju jam galioja naudingoji įgyjamoji senatis.

61. Lygiai taip pat, jei valstybė pardavė daiktą, kuris jai buvo įkeistas, o savininkas įgijo daikto valdymą, leidžiamas daikto atgavimas dėl senaties, tačiau šiuo atveju įgyjamosios senaties terminas yra dveji metai. Ir šitai yra tai, kas visuotinai vadinama valdymo atgavimu prediatūros pagrindais, kadangi tas, kuris išperka iš valstybės, yra vadinamas prediatoriumi.

62. Kartais esti taip, kad savininkas neturi galimybės daikto perleisti, o ne savininkas jį perleisti gali.

63. Nes pagal *lex Iulia* draudžiama vyrui perleisti kraitinį sklypą be žmonos sutikimo, nors sklypas priklauso jam kaip kraitis, perduotas arba mancipacijos, arba procesinės cesijos būdu, arba įgytas pagal senatį. Būta abejonių, ar ši nuostata taikoma tik Italijoje esantiems žemės sklypams, ar taip pat ir provincijos žemėms.

64. Ex diverso agnatus furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege XII tabularum; item procurator *rem absentis, cuius negotiorum administratio ei permissa* est; item creditor pignus ex pactione, quamvis eius ea res non sit. Sed hoc forsitan ideo videatur fieri, quod voluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui olim pactus est, ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur.

65. Ergo ex his quae diximus apparet quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea quae traditione alienantur; quaedam civili, nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est civium Romanorum.

66. Nec tamen ea tantum, quae traditione nostra fiunt, naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *quae* occupando ideo *adepti* erimus, quia antea nullius essent; qualia sunt omnia quae terra mari caelo capiuntur.

67. Itaque si feram bestiam aut volucrem aut piscem *ceperimus, simul atque* captum *fuerit, statim nostrum fit et eo* usque nostrum esse intellegitur, donec nostra custodia coerceatur: cum vero custodiam nostram evaserit et in naturalem se libertatem receperit, rursus occupantis fit, quia nostrum esse desinit: naturalem autem libertatem recipere videtur, cum aut oculos nostros evaserit, aut, licet in conspectu sit nostro, difficilis tamen eius persecutio sit.

64. Kita vertus, pagal XII lentelių įstatymus, agnatas būdamas psichikos ligonio rūpintojas, gali perleisti psichikos ligoniui priklausantį daiktą. Taip pat ir prokuratorius – daiktą išvykusiojo, kurio reikalų tvarkymas jam buvo pavestas; taip pat kreditorius – daiktą, įkeistą neformaliu susitarimu, nors tas daiktas jam ir nepriklauso. Tačiau taip atsitinka greičiausiai dėl to, kad laikoma, jog įkaitas perleidžiamas sutinkant skolininkui, kuris prieš tai sudarė neformalų susitarimą, leidžiantį kreditoriui parduoti įkeistą daiktą, jeigu pinigai jam nebus sumokėti.

65. Todėl iš to, ką pasakėme, seka, jog kai kurie daiktai yra perleidžiami pagal prigimtinę teisę, kokie yra tie, kuriuos perleidžiame neformaliai įteikdami, kiti – remiantis *ius civile*; kadangi nuostatos, reglamentuojančios mancipaciją ir procesinę cesiją, o taip pat įgyjamąją senatį, yra tik Romos piliečiams taikoma teisė.

66. Ne tik tie daiktai, kurie tampa mūsų nuosavybe neformaliai juos perduodant, yra mūsų įgyjami pagal prigimtinę teisę, bet taip pat ir tie, kuriuos įgyjame juos užvaldydami, kadangi iki tol jie buvo bešeimininkiai, o tokie yra visa tai, kas sugaunama žemėje, jūroje ir ore.

67. Vadinasi, jei sugautume laukinį žvėrį arba paukštį, arba žuvį, tuomet, kai yra sugaunamas, tampa mūsų ir laikoma, jog priklauso mums tol, kol laikome jį savo valdžioje. Tačiau kai tik išsilaisvina iš mūsų priežiūros ir atgauna įgimtą laisvę, vėl tampa nuosavybe pirmojo jį užvaldysiančio, nes nustojo mums priklausyti. Laikoma, jog atgavo įgimtą laisvę, kai pranyks mums iš akių, arba nors ir yra mūsų akiratyje, sunku būtų jį sugauti.

68. In iis autem animalibus, quae ex consuetudine abire et redire solent, veluti columbis et apibus, item cervis, qui in silvas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si revertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant et fiant occupantium: revertendi autem animum videntur desinere habere cum revertendi consuetudinem deseruerint.

69. Ea quoque, quae ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiunt.

70. Sed et id, quod per alluvionem nobis adicitur, eodem iure nostrum fit. Per alluvionem autem id videtur adici, quod ita paulatim flumen agro nostro adicit, ut aestimare non possimus, quantum quoquo momento temporis adiciatur: hoc est quod vulgo dicitur per adluvionem id adici videri, quod ita paulatim adicitur, ut oculos nostros fallat.

71. Itaque si flumen partem aliquam ex tuo praedio resciderit et ad meum praedium pertulerit, haec pars tua manet.

72. At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium communis est, qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident: si vero non sit in medio flumine, ad eos pertinet, qui ab ea parte, quae proxima est, iuxta ripam praedia habent.

73. Praeterea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamvis ille suo nomine aedificaverit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit.

74. Multoque magis id accidit et in planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit.

75. Idem contingit et in frumento, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit.

68. Kai dėl gyvių, kurie pratę atsitolinti ir vėl sugrįžti, kaip, pavyzdžiui, karveliai ir bitės, o taip pat elniai, kurie pratę eiti miškan ir sugrįžti, turime tokią mums perduotą nuostatą, jog jeigu prarastų polinkį sugrįžti, nustoja mums priklausyti ir atitenka juos užvaldžiusiesiems. Laikoma, kad polinkį sugrįžti praranda, kai nebetenka įpročio grįžti.

69. Taip pat ir tai, kas atimama iš priešų, pagal prigimtinės teisės nuostatas atitenka mums.

70. Taip pat ir tai, ką įgyjame sąnašų dėka, atitenka mums remiantis tomis pačiomis nuostatomis. Padidėjimu dėl sąnašų laikoma tai, ką upė palaipsniui prišlieja prie mūsų sklypo taip, kad negalime nustatyti, kiek yra prišlieta atitinkamu laikotarpiu. Paprastai įgyta dėl sąnašų laikoma tai, kas prijungiama taip iš lėto, jog mūsų akiai yra nepastebima.

71. Dėl to, jeigu upė atplėštų kokią nors tavo sklypo dalį ir atplukdytų prie mano sklypo, ta dalis išlieka tavo.

72. Jeigu upės viduryje iškilo sala, tai tampa bendrąja nuosavybe tų, kurie valdo abiejose pusėse esančius pakrančių sklypus; gi jeigu nebūtų upės viduryje, priklausytų tiems, kurie turi artimesniajame krante esantį pakrantės sklypą.

73. Be to, tai, ką kas nors pastatė mūsų sklype, nors ir būtų statęs savo vardu, pagal prigimtinę teisę atitenka mums, nes tai, kas yra sklypo paviršiuje, yra sklypo dalis.

74. Kur kas labiau tai taikoma sodiniams, kuriuos kas nors pasodino mūsų sklype, jei tik augalas įleido šaknis žemėn.

75. Tas pats taikoma ir grūdams, kuriuos kas nors pasėjo mūsų sklype.

76. Sed si ab eo petamus fundum vel aedificium et impensas in aedificium vel in seminaria vel in sementem factas ei solvere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fuerit.

77. Eadem ratione probatum est, quod in chartulis sive membranis meis aliquis scripserit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae chartulis sive membranis cedunt. Itaque si ego eos libros easve membranas petam nec impensam scripturae solvam, per exceptionem doli mali summoveri potero.

78. Sed si in tabula mea aliquis pinxerit veluti imaginem, contra probatur; magis enim dicitur tabulam picturae cedere. Cuius diversitatis vix idonea ratio redditur: certe secundum hanc regulam si me possidente petas imaginem tuam esse, nec solvas pretium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summoveri; at si tu possideas, consequens est, ut utilis mihi actio adversum te dari debeat: quo casu nisi solvam impensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fueris. Illud palam est, quod sive tu subripueris tabulam sive alius, competit mihi furti actio.

76. Tačiau jeigu iš jo reikalautume grąžinti sklypą arba pastatą, o nenorėtume padengti išlaidų, susijusių su pastatu, sodiniais, pasėliu, galės į mūsų reikalavimą atsikirsti, jog tai esanti apgaulė, jei tik buvo geros valios valdytojas.

77. Dėl tų pačių priežasčių laikyta, kad tai, ką kas nors kad ir aukso raidėmis užrašė mano popieriaus lapuose ar pergamentuose, priklauso man, nes raidės priklauso pergamentui. Taigi, jeigu reikalaučiau grąžinti tas knygas arba pergamentus, o negrąžinčiau užrašymui patirtų išlaidų, mano reikalavimas gali būti atmestas atsikertant, jog tai esanti apgaulė.

78. Tačiau jei kas ant man priklausančios lentos nutapytų paveikslą, taikoma priešinga taisyklė, nes teigiama, jog lenta priklauso piešiniui. Tačiau tokioms prieštaringoms nuostatoms sunku rasti svarių argumentų. Žinoma, remiantis ta taisykle, jei pareikštum man kaip valdytojui ieškinį tvirtindamas, jog paveikslas esantis tavo nuosavybė ir nesumokėtum lentos kainos, į tavo ieškinį galima būtų atsikirsti, jog tai esanti apgaulė. O jei tu būtum lentos valdytojas, išeina, kad man analogiškai derėtų pripažinti teisę į ieškinį, o šiuo atveju, jei nepadengčiau tapymo išlaidų, galėsi į mano reikalavimą atsikirsti, jog tai esanti apgaulė, svarbu, kad tik būtumei geros valios valdytojas. Akivaizdu, kad jei tu ar kas kitas pasigrobtų sau lentą, man priklauso ieškinys dėl vagystės.

79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur. Proinde si ex uvis <*aut olivis aut spicis*> meis vinum aut oleum aut frumentum feceris, quaeritur, utrum meum sit id vinum aut oleum aut frumentum, an tuum. Item si ex auro aut argento meo vas aliquod feceris, vel ex tabulis meis navem aut armarium aut subsellium fabricaveris, item si ex lana mea vestimentum feceris, vel si ex vino et melle meo mulsum feceris, sive ex medicamentis meis emplastrum vel collyrium feceris, <*quaeritur, utrum tuum sit id quod ex meo effeceris*>, an meum. Quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est ut cuius materia sit, illius et res quae facta sit videatur esse, idque maxime placuit Sabino et Cassio. Alii vero *eius rem* esse putant, qui fecerit, idque maxime diversae scholae auctoribus visum est; sed eum quoque, cuius materia et substantia fuerit, furti adversus eum qui subripuerit habere actionem; nec minus adversus eundem condictionem ei competere, quia extinctae res, licet vindicari non possint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

[V. De pupillis an aliquid a se alienare possunt.] **80.** Nunc admonendi sumus neque feminam neque pupillum sine tutoris auctoritate rem mancipi alienare posse; nec mancipi vero feminam quidem posse, pupillum non posse.

81. Ideoque si quando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem.

79. Taip pat ir kitais atskirais atvejais vadovaujamės prigimtinės teisės nuostatomis. Taigi, taip pat ir jei kas iš mano vynuogių arba alyvuogių, arba javų varpų pagamintų vyną arba aliejų, arba iškultų grūdus, kyla klausimas, ar tas vynas arba aliejus, arba grūdai yra mano, ar tavo. Lygiai taip pat, jeigu kas iš mano aukso arba sidabro pagamintų kokį nors indą, arba iš man priklausančių lentų padirbdintų laivą, spintą arba suolelį; panašiai, jei iš man priklausančios vilnos pagamintų drabužį arba iš mano vyno ir medaus – vynuogių misą, arba iš man priklausančių vaistinių medžiagų – gydomąjį tvarstį ar tepalą akims, kyla klausimas, ar tavo yra tai, ką iš to pagaminai, ar mano. Kai kurie teisininkai įsitikinę, jog esminę reikšmę dera teikti medžiagai ir substancijai, kitaip tariant, mano, jog kam priklausė medžiaga, tam taip pat atitenka ir iš jos pagamintas daiktas; ypač tokiai nuomonei pritarė Sabinas ir Kasijus. Tuo tarpu kiti manė, jog daiktas priklauso tam, kuris jį pagamino, ir tokią nuomonę palaikė priešingos mokyklos šalininkai. Kita vertus, tam, kieno yra medžiaga ir substancija, priklauso ieškinys dėl vagystės, kurį galima pareikšti tam, kuris medžiagą pagrobė. Be to, jam galima pareikšti kondikciją; nors daiktą sunaikinus negalima reikalauti jo sugrąžinimo, tačiau pareiškiant kondikciją galima pareikalauti nuostolių atlyginimo iš vagių ir visų kitų valdytojų.

[V. Apie nepilnamečius, ar gali ką nors perleisti.] **80.** Nūnai dera priminti, kad mancipuojamų daiktų nei moteris, nei nepilnametis negali perleisti be globėjo leidimo, tuo tarpu nemancipuojamus moteris, tiesa, gali, o nepilnametis – ne.

81. Todėl taip pat, jeigu kada moteris paskolintų kam pinigų be globėjo leidimo, kadangi perduoda juos priimančiajam nuosavybėn ir kadangi pinigai juk priklauso nemancipuojamiems daiktams, sukuria prievolę.

82. At si pupillus idem fecerit, quia non *facit accipientis sine tutoris auctoritate*, nullam contrahit obligationem: unde pupillus vindicare quidem nummos suos potest, sicubi extent, id est eos petere ....

(6 *fere versus legi nequeunt*)

83. Et ex contrario *omnes res tam mancipi quam* nec mancipi mulieribus et pupillis sine tutoris auctoritate solvi possunt, quoniam meliorem condicionem suam facere eis etiam sine tutoris auctoritate concessum est.

84. Itaque si debitor pecuniam pupillo solvat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutoris auctoritate dissolvere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutoris auctoritate concessa est: sed tamen si ex ea pecunia locupletior factus sit et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoveri potest.

85. Mulieri vero etiam sine tutoris auctoritate recte solvi potest; nam qui solvit liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxime diximus, a se dimittere mulieres etiam sine tutoris auctoritate possunt. Quamquam hoc ita est, si accipiat pecuniam: at si non accipiat, sed habere se dicat et per acceptilationem velit debitorem sine tutoris auctoritate liberare, non potest.

86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate manu mancipiove habemus; item per eos servos, in quibus usumfructum habemus; item per homines liberos et servos alienos, quos bona fide possidemus. De quibus singulis diligenter dispiciamus.

82. O jei tą patį padarytų nepilnametis, kadangi be globėjo leidimo pinigai netampa priimančiojo nuosavybe, nesukuria jokios prievolės. Todėl nepilnametis neabejotinai gali reikalauti sugrąžinti jo pinigus nesvarbu, kur jie bebūtų, tai reiškia reikalauti (...6 eilutės...).

83. Ir atvirkščiai, visi daiktai, tiek mancipuojami, tiek ir nemancipuojami gali be globėjo leidimo būti vykdant prievoles perduodami moterims ir nepilnamečiams, kadangi gerinti savo turtinę padėtį jiems galima ir be globėjo leidimo.

84. Todėl jei skolininkas įvykdė piniginę prievolę nepilnamečiui, tiesa, pasiekia tai, kad pinigai tampa nepilnamečio nuosavybe, tačiau pats netampa nuo prievolės laisvas, kadangi be globėjo leidimo nepilnametis negali baigti jokios prievolės, taip, kaip be globėjo leidimo jam neleidžiamas jokių daiktų perleidimas. Kita vertus, jei gavęs šiuos pinigus praturtėjo ir vis dėlto jų reikalautų ieškiniu, į tokį ieškinį galima atsikirsti pareiškiant, jog tai esanti apgaulė.

85. Tuo tarpu moteriai piniginė prievolė gali būti sėkmingai įvykdyta net ir be globėjo sutikimo, nes mokantysis tampa nuo prievolės laisvas, kadangi, kaip neseniai sakėme, nemancipuojamus daiktus moterys gali perleisti be globėjo leidimo. Tačiau taip yra, jeigu pinigus priėmė; jeigu vis dėlto nepriėmė, o tvirtino juos turinti ir atlikdama akceptiliaciją (t. y. pareikšdama, jog laiko esant prievolę įvykdytą) norėjo atleisti skolininką nuo skolos be globėjo leidimo, to padaryti negali.

86. Tuo tarpu ką nors įgyjame ne tik patys, bet ir per tuos, kurie pavaldūs mūsų tėviškajai, vyro valdžiai arba yra *in mancipium*; taip pat per tuos vergus, į kuriuos turime nustatytą uzufruktą, o taip pat per laisvuosius asmenis ir svetimus vergus, kuriuos valdome gera valia. Nuodugniau apžvelkime šiuos atskirus atvejus.

87. Igitur <*quod*> liberi nostri, quos in potestate habemus, item quod servi nostri mancipio accipiunt vel ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, vel ex aliqualibet causa adquirunt, id nobis adquiritur: ipse enim, qui in potestate nostra est, nihil suum habere potest. Et ideo si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire non potest; et si iubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiritur proinde atque si nos ipsi heredes instituti essemus; et convenienter scilicet legatum per eos nobis adquiritur.

88. Dum tamen sciamus, si alterius in bonis sit servus, alterius ex iure Quiritium ex omnibus causis ei soli per eum *adquiri*, cuius in bonis est.

89. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus adquiritur nobis, sed etiam possessio: cuius enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmur; unde etiam per eos usucapio procedit.

90. Per eas vero personas, quas in manu mancipiove habemus, proprietas quidem adquiritur nobis ex omnibus causis, sicut per eos qui in potestate nostra sunt; an autem possessio adquiratur, quaeri solet, quia ipsas non possidemus.

91. De his autem servis, in quibus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra vel ex operis suis adquirunt, id nobis adquiratur, quod vero extra eas causas, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si iste servus heres institutus sit legatumve quod ei datum fuerit, non mihi sed domino proprietatis adquiritur.

87. Taigi, visa tai, ką mūsų palikuonys, esantys mūsų valdžioje, kaip ir mūsų vergai įgyja mancipacijos būdu arba neformaliu perdavimu, arba iš stipuliacijos, arba kokiu nors kitu pagrindu, įgyja tai mums, nes tas, kuris yra mūsų valdžioje, negali turėti nieko nuosavo. Todėl taip pat, jeigu būtų paskirtas įpėdiniu, be mūsų pavedimo negali priimti palikimo, o jeigu jį priimtų mūsų įgaliotas, palikimas yra mūsų įgyjamas taip lyg patys būtume įpėdiniai; akivaizdu, kad atitinkamai jiems tarpininkaujant ir legatas yra įgyjamas mūsų naudai.

88. Tačiau dar žinokime, kad jeigu vergas yra vieno asmens turto sudėtyje, o pagal kviritų teisę priklauso kitam, bet kokiu pagrindu įgyja naudai to, kurio turto sudėtyje jis yra.

89. Tarpininkaujant tiems, kurie yra mūsų valdžioje, įgyjame sau ne tik nuosavybę, bet taip pat ir valdymą, nes laikoma, jog valdome daiktą, kurio valdymą jie būtų įgiję. Dėl to ir nuosavybės įgijimas dėl senaties vyksta jiems tarpininkaujant.

90. Tarpininkaujant asmenims, kurie paklūsta vyro valdžiai arba yra *in mancipium*, bet kuriuo pagrindu įgyjame bet kokią nuosavybę taip pat, kaip ir tarpininkaujant tiems, kurie paklūsta tėviškajai valdžiai. Keltas klausimas, ar taip pat įgyjamas ir valdymas, kadangi šių asmenų mes nevaldome.

91. Laikoma, kad vergai, į kuriuos turime tik uzufrukto teisę, ką jie įgyja mūsų lėšomis arba savo darbu, įgyja mums. Likusiais atvejais tai atitenka tam, kuriam priklauso jų nuosavybės teisė. Taigi, jei toks vergas būtų paskirtas įpėdiniu arba gautų legatą, kuris būtų jam perduotas, tai atitenka ne man, o jo savininkui.

92. Idem placet de eo qui a nobis bona fide possidetur, sive liber sit sive alienus servus. Quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore. Itaque quod extra duas istas causas adquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, si servus est.

93. Sed bonae fidei possessor cum usucepit servum, quia eo modo dominus fit, ex omni causa per eum sibi adquirere potest. Usufructuarius vero usucapere non potest: primum quia non possidet, sed habet ius utendi et fruendi; deinde quia scit alienum servum esse.

94. De illo quaeritur, an per eum servum, in quo usumfructum habemus, possidere aliquam rem et usucapere possumus, quia ipsum non possidemus. Per eum vero, quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. Loquimur autem in utriusque persona secundum definitionem, quam proxime exposuimus, id est si quid ex re nostra vel ex operis suis adquirant id nobis adquiritur.

95. Ex his apparet per liberos homines, quos neque iuri nostro subiectos habemus neque bona fide possidemus, item per alienos servos, in quibus neque usumfructum habemus neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis adquiri posse. Et hoc est quod vulgo dicitur per extraneam personam nobis adquiri non posse. Tantum de possessione quaeritur, an <*per extraneam*> personam nobis adquiratur.

92. Tokia pati nuostata taikoma ir tam, kurį valdome gera valia, ar kaip laisvą asmenį, ar svetimą vergą, nes tai, kas taikoma uzufruktoriui, buvo priimta taikyti taip pat ir geros valios valdytojui. Tokiu būdu, visa tai, kas įgyjama ne dviem aukščiau paminėtais atvejais, arba priklauso tam, kuris įgijo, jeigu yra laisvas asmuo, arba šeimininkui, jeigu yra vergas.

93. Tačiau geros valios valdytojas, kai įgyja vergą nuosavybėn pagal senatį, kadangi tuo būdu tampa jo šeimininkas, gali bet kuriuo pagrindu įgyti tarpininkaujant vergui. Tuo tarpu uzufruktorius negali įgyti nuosavybėn pagal senatį visų pirma todėl, kad nėra valdytojas, o turi naudojimo teisę ir teisę į vaisius; pagaliau, dėl to, kad žino vergą jam nepriklausant.

94. Todėl buvo svarstoma, ar tarpininkaujant vergui, į kurį turime uzufruktą, galime kokį nors daiktą valdyti ir įgyti nuosavybėn pagal senatį, jeigu jo paties nevaldome. Gi tarpininkaujant tam, kurį valdome gera valia, neabejotinai galime valdyti ir įgyti nuosavybėn pagal senatį. Kadangi kalbame apie abu atvejus remdamiesi nuostata, kurią ką tik aptarėme, tai yra, jei ką įgytų mūsų lėšomis arba savo darbu, yra įgyjama mums.

95. Iš to seka, jog tarpininkaujant laisviesiems asmenims, kurie nėra nei mūsų valdžioje, nei mūsų valdomi gera valia, nei tarpininkaujant svetimiems vergams, į kuriuos neturime nei uzufrukto teisės, nei teisėto valdymo, nieko jokiu pagrindu negalime sau įgyti. Tai yra, apie ką visuotinai sakoma, jog tarpininkaujant pašaliniam asmeniui nieko negalime įgyti. Tik dėl valdymo yra svarstoma, ar gali būti mūsų įgyjamas tarpininkaujant laisvajam asmeniui.

96. In summa sciendum est his, qui in potestate manu mancipiove sunt, nihil in iure cedi posse; cum enim istarum personarum nihil suum esse possit, conveniens est scilicet, ut nihil suum esse in iure vindicare possint.

97. *Hactenus* tantisper admonuisse sufficit quemadmodum singulae res nobis adquirantur. Nam legatorum ius, quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per universitatem res nobis adquirantur.

98. Si cui heredes facti sumus, sive cuius bonorum possessionem petierimus, sive cuius bona emerimus, sive quem adoptaverimus, sive quam in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt.

99. Ac prius de hereditatibus dispiciamus. Quarum duplex condicio est; nam vel ex testamento vel ab intestato ad nos pertinent.

100. Et prius est, ut de his dispiciamus, quae nobis ex testamento obveniunt.

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comitiis testamentum faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est cum belli causa arma sumebant: procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. Alterum itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium exituri.

96. Apskritai, dera žinoti, kad asmenims, kurie paklūsta tėvo arba vyro valdžiai, arba yra *in mancipium*, nieko negalima perleisti procesinės cesijos būdu. Kadangi šie asmenys neturi jokio nuosavo turto, akivaizdu, kad ir pretoriaus akivaizdoje jokio daikto negali vindikuoti kaip savo nuosavybės.

97. Šiam kartui pakaks to, ką pasakėme apie tai, kokiu būdu sau įgyjame pavienius daiktus. Tuo tarpu apie legatus, kuriais taip pat įgyjame pavienius daiktus, bus tikslingiau kalbėti kitoje vietoje*. Nūnai pažvelkime, kokiais universalaus įgijimo būdais įgyjame daiktus.

98. Jei tapome kieno nors civiliniais įpėdiniais arba prašytume, kad mums būtų perduotas valdyti kieno nors palikimas, arba būtume nupirkę kieno nors turtą, arba ką nors įvaikintume, arba kokia nors moteris pasiduotų mūsų kaip vyro valdžiai, šių asmenų turtas pereina mums.

99. Tačiau pirmiausia apžvelkime paveldėjimus, kurių esama dvejopų: nes priklauso mums pagal testamentą arba be testamento.

100. Pirmiausia apžvelkime tuos, kurie mums atitenka pagal testamentą.

101. Iš pradžių būta dviejų rūšių testamentų, kadangi jie buvo sudaromi sušauktame tautos susirinkime, kuris du kartus per metus buvo šaukiamas testamentų sudarymo tikslu, arba karinėje parengtyje, tai reiškia, kai rengiantis kariauti buvo griebiamasi ginklo ir kylama į kovą. Žodžiu *procinctus* buvo įvardinama ginkluota ir žygiui pasiruošusi kariauna. Taigi, vieni buvo sudaromi taikos ir ramybės metu, antrieji – kai reikėjo kilti į kovą.

* II, 191 ir toliau.

102. Accessit deinde tertium genus testamenti, quod per aes et libram agitur. Qui <*enim*> neque calatis comitiis neque in procinctu testamentum fecerat, is si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum, mancipio dabat, eumque rogabat quid cuique post mortem suam dari vellet. Quod testamentum dicitur per aes et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur.

103. Sed illa quidem duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt; hoc vero solum, quod per aes et libram fit, in usu retentum est. Sane nunc aliter ordinatur, quam olim solebat. Namque olim familiae emptor, id est qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat, et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam dari vellet; nunc vero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia propter veteris iuris imitationem familiae emptor adhibetur.

102. Vėliau prisidėjo ir trečia testamento, sudaromo naudojantis variu ir svarstyklėmis, rūšis. Kadangi kas nesudarė testamento nei sušauktame tautos susirinkime, nei karinėje parengtyje, tas, jeigu jam grėsė greita mirtis, perduodavo bičiuliui savo šeimą, tai yra savo turtą, mancipacijos būdu nurodydamas, ką ir kam perduoti po jo mirties. Toks testamentas vadinamas testamentu su variu ir svarstyklėmis, o taip yra todėl, kad sudaromas mancipacijos būdu.

103. Tačiau anomis dviem testamento rūšimis nustota naudotis, o išsilaikė tik tas, kuris sudaromas naudojantis variu ir svarstyklėmis. Žinoma, dabar jis sudaromas kitaip nei tai buvo įprasta daryti kadaise. Nes kadaise šeimos turto įgijėjas, tai yra tas, kuris iš testatoriaus gaudavo šeimos turtą nuosavybėn, užimdavo įpėdinio padėtį ir dėl šios priežasties testatorius jam nurodydavo, kas ir kam norėtų, kad būtų perduota po jo mirties. Tuo tarpu dabar kas nors kitas testamente yra paskiriamas įpėdiniu, jis taip pat apsunkinamas legatais, o kas nors kitas esti tariamo šeimos turto įgijėjo padėtyje tam, kad būtų įvykdyti senosios teisės reikalavimai.

104. Eaque res ita agitur: qui facit <*testamentum*>, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, V testibus civibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam; in qua re his verbis familiae emptor utitur: FAMILIAM PECUNIAMQUE TUAM ENDO MANDATELA TUA CUSTODELAQUE MEA <ESSE AIO ET EA>. QUO TU IURE TESTAMENTUM FACERE POSSIS SECUNDUM LEGEM PUBLICAM. HOC AERE, et, ut quidam adiciunt, AENEAQUE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA; deinde aere percutit libram, idque aes dat testatori veluti pretii loco; deinde testator tabulas testamenti tenens ita dicit: HAEC ITA, UT IN HIS TABULIS CERISQUE SCRIPTA SUNT, ITA DO ITA LEGO ITA TESTOR ITAQUE VOS, QUIRITES, TESTIMONIUM MIHI PERHIBETOTE; et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare; et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare.

105. In testibus autem non debet is esse, qui in potestate est aut familiae emptoris aut ipsius testatoris, quia propter veteris iuris imitationem totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem; quippe olim, ut proxime diximus, is qui familiam testatoris mancipio accipiebat, heredis loco erat: itaque reprobatum est in ea re domesticum testimonium.

104. Tai vyksta šitaip: sudarantis testamentą, panašiai kaip ir kitais mancipacijos atvejais, pasiėmęs penkis liudytojus, pilnamečius Romos piliečius ir svėrėją, surašęs testamento lenteles, mancipacijos būdu tariamai kam nors parduoda savo šeimos turtą; turto įgijėjas šiam reikalui naudojasi tokiais žodžiais: TVIRTINU, JOG TAVO TURTAS IR PINIGAI TAVO PAVEDIMU IR NURODYMU YRA MANO ŽINIOJE IR JIE TAM, KAD TU GALĖTUM SUDARYTI TESTAMENTĄ, LAIKYDAMASIS VIEŠO ĮSTATYMO REIKALAVIMŲ, TEBŪNIE MANO ĮGYTI ŠIUO VARIU; o kaip kai kurie priduria – IR VARINĖMIS SVARSTYKLĖMIS TEBŪNA MANO NUPIRKTI. Tuomet vario gabalu suduodama į svarstykles ir tas varis perduodamas testatoriui tarytum sumokant kainą. Po to testatorius, laikydamas rankoje testamento lenteles, taip sako: TAIP, KAIP YRA UŽRAŠYTA ŠIOSE VAŠKINĖSE LENTELĖSE, TAIP TAI PERDUODU, TAIP UŽRAŠAU, TAIP SUDARAU TESTAMENTĄ IR TODĖL JŪS, KVIRITAI, BŪKITE MANO LIUDYTOJAI. O tai yra vadinama *nuncupatio*, kadangi viešai pareikšti yra tas pats, kas „viešai išpažinti" ir pagrįstai yra laikoma, jog tai, ką testatorius aiškiai įrašė testamento lentelėse, yra apibendrintai paskelbiama ir patvirtinama žodžiu.

105. Tačiau tarp liudytojų neturi būti tokio, kuris būtų pavaldus arba turto įgijėjui, arba pačiam testatoriui, nes sekant senosios teisės nuostatomis laikoma, jog visas šis teisinis aktas, kuris atliekamas turint tikslą sudaryti testamentą, vyksta tarp turto įgijėjo ir testatoriaus. Juk kadaise, kaip ką tik sakėme, tas, kuris mancipacijos keliu įgydavo testatoriaus turtą, užimdavo įpėdinio padėtį; todėl tos pačios šeimos narių liudijimas tokiu reikalu nepriimtinas.

106. Unde et si is qui in potestate patris est familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis esse non potest; ac ne is quidem, qui in eadem potestate est, veluti frater eius. Sed <*et*> si filius familias ex castrensi peculio post missionem faciat testamentum, nec pater eius recte testis adhibetur nec is, qui in potestate patris *est*.

107. De libripende eadem quae et de testibus dicta esse intellegemus: nam et is testium numero est.

108. Is vero, qui in potestate heredis aut legatarii est, cuiusve heres ipse aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est, adeo testis et libripens adhiberi potest, ut ipse quoque heres aut legatarius iure adhibeantur. Sed tamen quod ad heredem pertinet quique in eius potestate est cuiusve is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.

[DE TESTAMENTIS MILITUM.] **109.** Sed haec diligens observatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam imperitiam constitutionibus principum remissa est. Nam quamvis neque legitimum numerum testium adhibuerint neque vendiderint familiam neque nuncupaverint testamentum, recte nihilo minus testantur.

110. Praeterea permissum est iis et peregrinos et Latinos instituere heredes vel iis legare, cum alioquin peregrini quidem ratione civili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini vero per legem Iuniam.

106. Todėl ir jeigu tas, kuris yra tėvo valdžioje, būtų pakviestas kaip turto įgijėjas, jo tėvas negalėtų būti liudytojas; taip pat negali ir tas, kuris yra tokioje pačioje valdžioje, kaip, pavyzdžiui, jo brolis. Tačiau jei esantis tėvo valdžioje, atleistas iš karo tarnybos, sudarytų testamentą dėl pekulijaus, įgyto atliekant karo tarnybą, nei jo tėvas negalėtų būti tinkamas liudytojas, nei taip pat tas, kuris yra tėvo valdžioje.

107. Laikysime, jog svėrėjui bus taikoma visa, kas buvo pasakyta apie liudytojus, nes ir jis priskiriamas liudytojams.

108. Tuo tarpu tas, kuris yra įpėdinio arba legatoriaus valdžioje, bei tas, kurio valdžioje yra pats įpėdinis arba legatorius, o taip pat tas, kuris yra to paties asmens valdžioje, gali būti šaukiamas liudytoju arba laikyti svarstykles ir net ir pats įpėdinis ir legatorius gali būti teisėtai šaukiami. Kas dėl įpėdinio ir to, kuris yra jo valdžioje, arba kieno valdžiai įpėdinis paklūsta, turime kiek įmanoma mažiau naudotis šia teise.

[APIE KARIŲ TESTAMENTUS.] **109.** Šie griežti reikalavimai testamentų sudarymui imperatorių konstitucijomis buvo sušvelninti karių atžvilgiu, atsižvelgiant į pernelyg didelę patirties stoką. Kadangi net jei ir nesukviestų reikalaujamo liudytojų skaičiaus nei neparduotų turto, nei viešai paskelbtų testamento, jų sudarytas testamentas galiotų.

110. Be to, jiems leidžiama paskirti įpėdiniais tiek svetimšalius, tiek ir lotynus arba užrašyti jų naudai legatą. Nes kitais atvejais svetimšaliams *ius civile* draudžia paveldėti ir gauti legatus, o lotynams – *lex Iulia*.

111. Caelibes quoque, qui lege Iulia hereditatem legataque capere vetantur, item orbi, id est qui liberos non habent, quos lex <*Papia plus quam dimidias partes hereditatis legatorumque capere vetat. Ex militis testamento solidum capiunt.*> ....

....

(69 *versus desiderantur*)

112. ... *ex auctoritate* divi Hadriani senatusconsultum factum est, quo permissum est *capite non minutis* feminis etiam sine coemptione testamentum facere, si modo non minores essent *annorum XII*, scilicet ut quae tutela liberatae non essent. <*tutore auctore*> testari deberent.

113. Videntur ergo melioris condicionis esse feminae quam masculi: nam masculus minor annorum XIV testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore testamentum facere velit, femina vero potest: <*facta enim*> XII annorum testamenti faciendi ius nanciscitur.

114. Igitur si quaeramus, an valeat testamentum, in primis advertere debemus, an is qui id fecerit habuerit testamenti factionem; deinde si habuerit, requiremus, an secundum iuris civilis regulam testatus sit, exceptis militibus, quibus propter nimiam imperitiam, ut diximus, quomodo velint vel quomodo possint permittitur testamentum facere.

115. Non tamen, ut iure civili valeat testamentum, sufficit ea observatio quani supra exposuimus de familiae venditione et de testibus et de nuncupationibus.

111. Taip pat ir nesusituokusieji, kuriems *lex Iulia* draudžia paveldėti ir gauti legatus, ir bevaikiai, tai yra tokie, kurie neturi vaikų, o *lex Papia* draudžia jiems iš palikimo arba legato gauti daugiau nei pusę jiems priklausančios turto dalies. Iš kario testamento gauna visą priklausančią turto dalį (...69 eilutės...).

112. (...) imperatoriaus Adriano iniciatyva priimtas senato nutarimas, leidęs moterims, kurių teisinis subjektiškumas nėra susiaurėjęs, sudaryti testamentą neatliekant *coemptio*, jei tik jos nebus jaunesnės nei dvylikos metų. Žinoma tos, kurioms nebuvo panaikinta globa, testamento sudarymui privalo gauti globėjo leidimą.

113. Todėl atrodo, jog moterų padėtis yra palankesnė nei vyrų, nes keturiolikos metų nesukakęs vyras negali sudaryti testamento net jei norėtų sudaryti testamentą globėjui leidus, o moteris gali, nes sulaukusi dvylikos metų įgyja teisę sudaryti testamentą.

114. Todėl jei klaustume, ar testamentas yra galiojantis, pirmiausia dera atkreipti dėmesį, ar tas, kuris testamentą sudarė, buvo veiksnus jį sudaryti; po to, jei buvo veiksnus, patikriname, ar testamentas sudarytas laikantis *ius civile* reikalavimų, išskyrus karius, kuriems dėl patirties stokos, kaip minėjome*, leidžiama sudaryti testamentą taip, kaip pageidauja arba kaip gali.

115. Tam, kad testamentas būtų galiojantis pagal *ius civile*, nepakanka laikytis aukščiau nurodytų reikalavimų, susijusių su turto perdavimu ir liudytojais bei testamento paskelbimu.

---

* II, 109.

116. <*Sed*> ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollemni more facta sit; nam aliter facta institutione nihil proficit familiam testatoris ita venire testesque ita adhibere *et ita nuncupare* testamentum, ut supra diximus.

117. Sollemnis autem institutio haec est: TITIUS HERES ESTO; sed et illa iam comprobata videtur: TITIUM HEREDEM ESSE IUBEO; at illa non est comprobata: TITIUM HEREDEM ESSE VOLO; sed et illae a plerisque improbatae sunt: TITIUM HEREDEM INSTITUTO, item HEREDEM FACIO.

118. Observandum praeterea est, ut si mulier quae in tutela est faciat testamentum, tutore *auctore* facere debeat: alioquin inutiliter iure civili testabitur.

119. Praetor tamen si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti *bonorum* <*possessionem*> pollicetur: <*et*> si nemo sit, ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, veluti frater eodem patre natus aut patruus aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. Nam idem iuris est et si alia ex *causa* testamentum non valeat, veluti quod familia non venierit aut nuncupationis verba testator locutus non sit.

116. Tačiau visų pirma būtina patikrinti, ar įpėdinio paskyrimas atliktas laikantis nustatytos formos; jei įpėdinis buvo paskirtas kitaip, nieko nevertas toks testatoriaus atliktas turto perdavimas, liudytojų sušaukimas bei testamento paskelbimas, apie kurį aukščiau nurodėme.

117. O reikalavimus atitinkantis paskyrimas yra toks: ĮPĖDINIS TEBŪNIE TITAS. Tačiau ir tokį paskyrimą priimta laikyti tinkamu: ĮSAKAU, KAD ĮPĖDINIS BŪTŲ TITAS. O toks yra netinkamas: NORIU, KAD ĮPĖDINIS BŪTŲ TITAS. Tačiau daugelis netinkamais laiko ir tokius: TITĄ PASKIRIU ĮPĖDINIU, taip pat: DARAU ĮPĖDINIU.

118. Be to, būtina laikytis to, kad moteris, kuriai paskirta globa, sudarydama testamentą, tai darytų būtinai gavusi globėjo leidimą. Priešingu atveju ji sudarys testamentą, kuris pagal *ius civile* yra niekinis.

119. Kita vertus, pretorius, atsižvelgdamas į testamentą, žada suteikti faktinį palikimą sudarančio turto valdymą, jei testamentas būtų patvirtintas septynių liudytojų antspaudais ir jei nebūtų jokio įpėdinio, kuriam palikimas priklausytų pagal įstatymą, pavyzdžiui, iš to paties tėvo gimusio brolio arba dėdės (tėvo brolio), arba brolėno, tuomet testamentu paskirti įpėdiniai gali pasilikti palikimą sau. Nes ta pati nuostata galioja ir kai testamentas yra negaliojantis dėl kitų priežasčių, pavyzdžiui, dėl to, kad turtas nebuvo perduotas arba testatorius turto perdavimą lydinčiame *nuncupatio* neišreiškė paskutinės valios, jog turtas yra perduodamas testamento sudarymo tikslu.

120. Sed videamus, an etiamsi frater aut patruus extent, potiores, scriptis heredibus habeantur. Rescripto enim imperatoris Antonini significatur eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse adversus eos, qui ab intestato vindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali.

121. Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum, quae ideo non utiliter testatae sunt, quod verbi gratia familiam non vendiderint aut nuncupationis verba locutae non sint; an autem et ad ea testamenta feminarum, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, videbimus.

122. Loquimur autem de his scilicet feminis, quae non in legitima parentum aut patronorum tutela sunt, sed quae alterius generis tutores habent, qui etiam inviti coguntur auctores fieri: alioquin parentem et patronum sine auctoritate eius facto testamento non summoveri palam est.

120. Tačiau matysime, jog net jei esama brolio arba dėdės (tėvo brolio), jie laikomi įpėdiniais, turinčiais pirmumo teisę paveldėti prieš testamentinius įpėdinius. Kadangi imperatoriaus Antonino reskripte skelbiama, jog tie, kurie kreipėsi dėl faktinio palikimą sudarančio turto valdymo jiems suteikimo, remdamiesi nesilaikant formalių reikalavimų sudarytu testamentu, gali prieš tuos, kurie pretenduoja į palikimą pagal įstatymą, gintis pasinaudodami procesine išlyga dėl apgaulės.

121. Akivaizdu, jog tai susiję su vyrų sudaromais testamentais. Taip pat tai susiję ir su tokiais moterų sudarytais testamentais, kurie teisinių pasekmių nesukėlė dėl to, kad jos neatliko formalaus turto perleidimo arba turto perdavimą lydinčiame *nuncupatio* neišreiškė paskutinės valios, jog turtas yra perduodamas testamento sudarymo tikslu. Tačiau pažiūrėkime, ar ši konstitucija taip pat taikoma ir tiems moterų testamentams, kuriuos jos sudarė be globėjo leidimo.

122. Kalbame, žinoma, apie tas moteris, kurioms netaikoma įstatyminė ascendentų arba patronų globa, tačiau apie turinčias kitos rūšies globėjus, kurie net ir prieš jų valią gali būti įpareigojami suteikti leidimą. Priešingu atveju yra akivaizdu, kad ascendentas arba patronas nuo paveldėjimo nušalinti nebus, jei testamentas bus sudarytas negavus jų leidimo.

123. Item qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum vel heredem instituat vel nominatim exheredet: alioquin si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur: adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, etiamsi vivo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, scilicet quia statim ab initio non constiterit institutio. Sed diversae scholae auctores, si quidem filius mortis patris tempore vivat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus et illum ab intestato heredem fieri confitentur; si vero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hereditatem adiri putant, nullo iam filio impedimento; quia scilicet existimant <*non*> statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito.

124. Ceteras vero liberorum personas si praeterierit testator, valet testamentum, <*sed*> praeteritae istae personae scriptis heredibus in partem adcrescunt, si sui heredes sint, in virilem, si extranei, in dimidiam. Id est si quis tres verbi gratia filios heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo pro quarta parte fit heres, et ea ratione id consequitur, quod ab intestato patre mortuo habitura esset; at si extraneos ille heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo ex dimidia parte fit heres. Quae de filia diximus, eadem et de nepote deque omnibus <*ceteris*> liberorum personis seu masculini seu feminini sexus dicta intellegemus.

125. Quid ergo est? licet hae secundum ea quae diximus scriptis *heredibus dimidiam partem modo* detrahant, tamen praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit: qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur et efficiuntur sine re heredes.

123. Taip pat ir tas, kurio valdžiai paklūsta sūnus, privalo pasirūpinti paskirti jį savo įpėdiniu arba paminėdamas vardu nuo paveldėjimo nušalinti. Priešingu atveju, jei apie sūnų testamente neužsimins, sudarys negaliojantį testamentą ir net iki tokio laipsnio, kad mūsų mokytojai laikosi nuomonės, jog net jei sūnus mirtų tėvui dar esant gyvam, niekas negalėtų paveldėti pagal tokį testamentą, o taip yra todėl, kad sudarant testamentą nebuvo paskirtas įpėdinis. Kita vertus, priešingos mokyklos atstovai laiko, kad jei sūnus tėvo mirties momentu būtų gyvas, jis, žinoma, būtų kliūtis kitiems testamentiniams įpėdiniams, o pats taptų įpėdiniu pagal įstatymą. Tačiau jei mirtų anksčiau nei tėvas, jie yra įsitikinę būsiant galima gauti palikimą pagal testamentą, kadangi joks sūnus jau nebėra kliūtis, nes nepaminint sūnaus, testamentas nelaikomas negaliojančiu nuo sudarymo momento.

124. Jei testatorius nepaminėtų kitų descendentų, testamentas yra galiojantis, tačiau nepaminėtieji asmenys paveldi drauge su testamentiniais įpėdiniais po vieną palikimo dalį, jeigu jie yra savieji testatoriaus įpėdiniai, arba po pusę, jei yra pašaliniai įpėdiniai. Tai reiškia, jei kas paskirtų įpėdiniais tris sūnus, o dukters testamente nepaminėtų, ši kartu su testamentiniais įpėdiniais paveldi ¼ palikimo dalį, tampa įpėdine ir šiuo pagrindu gauna tai, kas jai priklausytų tuo atveju, jei tėvas mirtų nesudaręs testamento. Tačiau jei įpėdiniais būtų paskyręs pašalinius asmenis, o dukters testamente nepaminėjęs, ši, paveldėdama kartu su testamentiniais įpėdiniais, gauna pusę palikimo. Tai, ką pasakėme apie dukterį, laikysime galiojant ir vaikaičio, ir visų kitų – lygiai vyriškos ir moteriškos lyties descendentų atžvilgiu.

125. Taigi, ką tai reiškia? Nors tie, atsižvelgiant į tai, ką pasakėme, paima iš testamentinių įpėdinių tik pusę palikimo, pretorius garantuoja jiems faktinį palikimą sudarančio turto valdymą priešingai testamentui, dėl ko pašaliniai įpėdiniai netenka viso palikimo ir tampa įpėdiniais, realiai iš palikimo negaunančiais jokio turto.

126. Et hoc iure utebamur, quasi nihil inter feminas et masculos interesset; sed nuper imperator Antoninus significavit rescripto suo non plus nancisci feminas per bonorum possessionem, quam quod iure adcrescendi consequerentur. Quod in emancipatarum quoque persona observandum *est, ut hae quoque, quod* adcrescendi iure habiturae essent, si in potestate fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant.

127. Sed si quidem filius a patre exheredetur, nominatim exheredari debet: alioquin non *potest* exheredari. Nominatim autem exheredari videtur, sive ita exheredetur: TITIUS FILIUS MEUS *EXHERES ESTO, sive ita: FILIUS MEUS* EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine.

128. Ceterae vero liberorum personae vel feminini sexus vel masculini satis inter ceteros exheredantur, id est his *verbis: CETERI* OMNES EXHEREDES SUNTO, quae verba *statim post* institutionem heredum adici solent. Sed hoc ita *est iure civili.*

129. Nam praetor omnes virilis sexus liberorum *personas,* id est nepotes quoque et pronepotes, *nominatim exheredari iubet, feminini vero inter ceteros: qui nisi fuerint ita exheredati, promittit eis contra tabulas bonorum possessionem.*

130. Postumi quoque liberi [nominatim] *vel heredes* institui debent vel exheredari.

126. Tačiau šią nuostatą taikėme taip tarytum nebūtų jokio skirtumo tarp moterų ir vyrų. Kaip tik ne per seniausiai imperatorius Antoninas išaiškino, kad moterys, kaip savosios (namų) įpėdinės, paveldėdamos pagal pretorių teisę (suteikiant faktinį palikimą sudarančio turto valdymą), gauna ne daugiau nei joms priklausytų paveldint paveldėjimo dalių padidėjimo teisės pagrindu. To privalu laikytis ir emancipuotų moterų atžvilgiu tam, žinoma, kad ir jos paveldėjimo pagal pretorių teisę dėka gautų tai, kas priklausytų pagal paveldėjimo dalių padidėjimo teisę, jei būtų pavaldžios tėvui.

127. Jei sūnus būtų tėvo nuo paveldėjimo nušalintas, privalo būti nušalintas paminint jį vardu: priešingu atveju sūnus netampa nuo paveldėjimo nušalintas. Laikoma esant sūnų nušalintą nuo paveldėjimo paminint vardu, jei nušalinama šitaip: TITAS, MANO SŪNUS, TEBŪNIE NUO PAVELDĖJIMO NUŠALINTAS, arba taip: MANO SŪNUS TEBŪNIE NUO PAVELDĖJIMO NUŠALINTAS, nepriduriant kuo jis vardu.

128. Kitus descendentus – tiek moteriškos, tiek vyriškos giminės pakanka nuo paveldėjimo nušalinti bendrai tokiais žodžiais: VISI LIKUSIEJI TEBŪNIE NUO PAVELDĖJIMO NUŠALINTI, kurie paprastai yra priduriami paskyrus įpėdinį. Taip nustato *ius civile.*

129. Nes pretorius reikalauja visus vyriškos lyties descendentus, taigi – ir vaikaičius, ir provaikaičius nuo paveldėjimo nušalinti paminint skyriumi, o moteris – bendrai. Tiems, kurie šitaip nuo paveldėjimo nenušalinti, pretorius garantuoja faktinį palikimą sudarančio turto valdymą nepriklausomai nuo to, kas būtų nustatyta testamentu.

130. Palikuonys, gimę po palikėjo mirties, taip pat privalo būti paminint vardu paskirti įpėdiniais arba nuo paveldėjimo nušalinti.

131. Et in eo par omnium condicio *est, quod et in* filio *postumo et in quolibet ex ceteris* liberis sive *feminini sexus sive* masculini praeterito valet *quidem testamentum, sed postea agnatione postumi* sive postumae rumpitur, et ea ratione *totum infirmatur. Ideoque* si mulier, ex qua *postumus aut* postuma sperabatur, abortum *fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam.*

132. *Sed feminini* quidem sexus personae *vel nominatim vel* inter ceteros *exheredari solent, dum tamen, si inter ceteros exheredentur, aliquid eis legetur, ne videantur per oblivionem* praeteritae *esse. Masculini vero sexus liberorum* personas placuit non aliter recte *exheredari, quam si nominatim exheredentur, hoc scilicet modo: QUICUMQUE MIHI FILIUS GENITUS FUERIT EXHERES ESTO*..

(9 ½ *fere versus desiderantur*)

133. *Postumorum autem loco sunt et hi, qui in sui heredis locum succedendo quasi agnascendo fiunt parentibus* sui heredes. Ut ecce si filium et *ex eo nepotem neptemve in potestate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamvis nepos* quoque et neptis ex *eo in eadem potestate sint; sed si filius meus me vivo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate mea, incipit nepos neptisve in eius locum succedere, et* eo modo iura suorum *heredum quasi agnatione* nanciscuntur.

131. Šiuo požiūriu visų padėtis yra tapati, nes tiek nepaminėjus po testatoriaus mirties gimusio sūnaus, tiek ir kitų testatoriaus palikuonių – lygiai vyriškos ir moteriškos giminės, testamentas, tiesa, yra galiojantis, tačiau netenka galios po testatoriaus mirties gimus vyriškos ar moteriškos lyties palikuoniui ir visas laikomas negaliojančiu. Todėl jei moteris, kurią tikėtasi po testatoriaus mirties pagimdysiant vyriškos ar moteriškos lyties palikuonį, patirtų persileidimą, testamentiniams įpėdiniams nėra jokių kliūčių gauti palikimą.

132. Moteriškos lyties asmenis įprasta nuo paveldėjimo nušalinti paminint vardu arba drauge su kitais nušalinamais nuo paveldėjimo; svarbiausia, kad tuo atveju, jei yra nušalinamos drauge su kitais, kaip testamentinė išskirtinė joms būtų paskirtas koks nors turtas tam, kad neatrodytų, jog buvo užmirštos paminėti testamente. Tuo tarpu kas dėl vyriškos lyties asmenų, negali būti tinkamai nušalinti kitaip kaip tik skyriumi paminint juos vardu štai šitaip: KOKS SŪNUS MAN BEGIMTŲ, TEBŪNIE NUO PAVELDĖJIMO NUŠALINTAS (...9 ½ eilutės...).

133. Įpėdiniais, gimusiais po palikėjo mirties, laikomi taip pat ir tie, kurie užimdami savojo (namų) įpėdinio vietą, tapo ascendentų savaisiais (namų) įpėdiniais tarytum būtų vėliau gimę. O būtent, jeigu mano valdžioje būtų sūnus ir vaikaitis arba nuo sūnaus turima vaikaitė, tai kadangi sūnus yra artimesnio laipsnio giminaitis, jis užima ir savojo (namų) įpėdinio padėtį, nors tiek ir vaikaitis, ir nuo sūnaus turima vaikaitė paklūsta tai pačiai valdžiai. Tačiau jeigu sūnus mirtų man tebesant gyvam arba dėl kokių nors priežasčių taptų nuo mano valdžios laisvas, vaikaitis arba vaikaitė tuoj pat užima jo vietą ir įgyja savųjų (namų) įpėdinių teises taip tarytum būtų gimę po testatoriaus mirties.

134. Ne ergo eo modo rumpatur mihi testamentum, *sicut ipsum filium vel heredem* instituere vel exheredare debeo, ne non *iure faciam testamentum, ita et* nepotem neptemve ex eo necesse est mihi *vel heredem instituere vel exheredare, ne forte, me vivo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve* quasi adgnatione rumpat testamentum: idque lege Iunia Vellaea provisum est, in qua simul exheredationis modus notatur, ut virilis sexus nominatim, feminini vel nominatim vel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis qui inter ceteros exheredantur aliquid legetur.

135. Emancipatos liberos iure civili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes: sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, virilis sexus nominatim, feminini vel nominatim vel inter ceteros: quod si neque heredes instituti fuerint neque ita ut supra diximus exheredati, praetor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem.

135a. In potestate patris non sunt, qui cum eo civitate Romana donati sunt, nec in accipienda civitate Romana pater *petiit statim a principe,* ut eos in potestate haberet, aut, si petiit, non impetravit: nam qui *in* potestatem patris ab imperatore rediguntur, nihil differunt *ab his, qui ita nati sunt.*

134. Taigi tam, kad mano testamentas tokiu būdu netaptų negaliojančiu, lygiai taip pat kaip privalau paskirti sūnų įpėdiniu, kad nesudaryčiau teisės reikalavimų neatitinkančio testamento, būtinai turiu paskirti vaikaitį arba nuo sūnaus turimą vaikaitę įpėdiniais arba nuo paveldėjimo nušalinti idant jei kartais sūnus mirtų man tebesant gyvam, vaikaitis arba vaikaitė, užimdami jo vietą, nepanaikintų testamento galios lygiai taip, kaip gimdami po testatoriaus mirties. Būtent tai ir numato *lex Iunia Vellaea*, kuriame taip pat yra nustatyta nušalinimo nuo paveldėjimo tvarka, kad vyriškos lyties asmenys nuo paveldėjimo būtų nušalinami juos paminint vardu, o moteriškos lyties – paminint vardu arba bendrai su kitais įpėdiniais; svarbiausia, kad tiems, kurie nuo paveldėjimo nušalinami bendrai su kitais įpėdiniais, koks nors turtas būtų paskirtas kaip testamentinė išskirtinė.

135. Pagal *ius civile* nėra būtina emancipuotų descendentų skirti įpėdiniais arba nuo paveldėjimo nušalinti, nes jie nėra namų įpėdiniai, tačiau pretorius reikalauja visus – lygiai vyriškos ir moteriškos lyties, jeigu jie nepaskirti įpėdiniais, nuo paveldėjimo nušalinti; vyriškos lyties asmenis – paminint vardu, o moteriškos – arba paminint vardu, arba bendrai su kitais nušalinamais įpėdiniais. Jei nebūtų paskirti įpėdiniais nei taip nuo paveldėjimo nušalinti, pretorius garantuoja suteiksiantis faktinį palikimą sudarančio turto valdymą nepriklausomai nuo testamento sąlygų.

135a. Nelaikomi esantys tėvo valdžioje tie, kuriems drauge su juo buvo suteikta Romos pilietybė, jei gaudamas pilietybę tėvas tuo pačiu neprašo imperatoriaus suteikti valdžią jų atžvilgiu arba jei būtų prašęs, bet nebūtų buvusi jam suteikta. Tuo tarpu tie, kuriuos imperatorius pajungia tėvo valdžiai, niekuo nesiskiria nuo tų, kurie gimdami tapo pavaldūs tėvui.

136. Adoptivi filii quamdiu manent in adoptione naturalium loco sunt: emancipati vero a patre adoptivo neque iure civili neque quod ad edictum praetoris pertinet inter liberos numerantur.

137. Qua ratione accidit, ut ex diverso, quod ad naturalem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur; si vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea causa esse, qua futuri essent, si ab ipso naturali patre <*emancipati*> fuissent.

138. Si quis post factum testamentum adoptaverit sibi filium aut per populum eum qui sui iuris est, aut per praetorem eum qui in potestate parentis fuerit, omni modo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis.

139. Idem iuris est, si cui post factum testamentum uxor in manum conveniat, vel quae in manu fuit nubat; nam eo modo filiae loco esse incipit et quasi sua.

140. Nec prodest, sive haec sive ille qui adoptatus est in eo testamento sit institutus institutave; nam de exheredatione eius supervacuum videtur quaerere, cum testamenti faciendi tempore suorum heredum numero non fuerit.

141. Filius quoque, qui ex prima secundave mancipatione manumittitur, quia revertitur in potestatem patriam, *rumpit* ante factum testamentum; nec prodest, *si* in eo testamento heres institutus vel exheredatus fuerit.

136. Įvaikiai tol, kol trunka įvaikinimas, užima vaikų padėtį, o išlaisvintieji iš įtėvio valdžios nėra priskiriami descendentams nei pagal *ius civile*, nei pagal teisę, išdėstytą pretorių edikte.

137. Dėl to išeina atvirkščiai, kad tol, kol priklauso įvaikintojo šeimai, biologinio tėvo atžvilgiu yra laikomi pašaliniais asmenimis, o jeigu įvaikintojo būtų emancipuoti, atsidurtų tokioje padėtyje tarytum pats biologinis tėvas juos būtų išlaisvinęs iš savo valdžios.

138. Jeigu kas, sudaręs testamentą, vėliau įsivaikintų sūnų arba tautos susirinkime ką nors, kuris yra savosios teisės asmuo, arba tarpininkaujant pretoriui ką nors, kuris yra pavaldus savo ascendentui, jo sudarytas testamentas bet kuriuo atveju netenka galios taip, kaip ir tuo atveju, kai po testamento sudarymo gimsta savasis (namų) įpėdinis.

139. Tas pats atsitinka ir tuomet, jei sudarius testamentą žmona tampa pavaldi vyrui arba ta, kuri iki tol buvo testatoriui pavaldi, su juo sudaro santuoką, nes tokiu būdu ji atsiduria dukters padėtyje ir tampa tarytum savąja (namų) įpėdine.

140. Neturi reikšmės, ar ta, ar tas, kurie buvo įvaikinti, buvo tame testamente paskirtas ar paskirta įpėdiniu (-e), kadangi apskritai nekyla jų nušalinimo nuo paveldėjimo klausimas, mat sudarant testamentą jie nepriklausė savųjų (namų) įpėdinių ratui.

141. Taip pat ir sūnus, kuris išlaisvinamas iš valdžios, atsiradusios atlikus pirmąją arba antrąją mancipacijos procedūrą, kadangi vėl tampa pavaldus savo tėvui, daro anksčiau sudarytą testamentą negaliojantį; neturi reikšmės tai, kad tame testamente jis buvo paskirtas įpėdiniu arba nuo paveldėjimo nušalintas.

142. Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte ex peregrina vel Latina, quae per errorem quasi civis Romana uxor ducta esset, natus esset; nam sive heres institutus esset a parente sive exheredatus, sive vivo patre causa probata sive post mortem eius, omni modo quasi agnatione rumpebat testamentum.

143. Nunc vero ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, si quidem vivo patre causa probatur, aeque ut olim omni modo rumpit testamentum; si vero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si vero heres in eo scriptus est vel exheredatus, non rumpit testamentum; ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur eo tempore, quo renovari non possent.

144. Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, superius rumpitur. Nec interest, an extiterit aliquis ex eo heres, an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an existere potuerit. Ideoque si quis ex posteriore testamento quod iure factum est aut noluerit heres esse, aut vivo testatore aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit, aut per cretionem exclusus fuerit, aut condicione sub qua heres institutus est defectus sit, aut propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate: quibus casibus pater familias intestatus moritur, nam et prius testamentum non valet ruptum a posteriore, et posterius aeque nullas vires habet, cum ex eo nemo heres extiterit.

142. Panaši teisė kadaise galiojo ir tam, kurio vardu pagal senato nutarimą įrodinėtas suklydimas, kadangi iš tiesų buvo pagimdytas svetimšalės arba lotynės, kuri suklydimo įtakoje buvo paimta į žmonas kaip Romos pilietė. Bet kuriuo atveju testamentą daro negaliojantį, kaip ir gimimo po testamento sudarymo atveju, net ir tas, kuris ascendento buvo paskirtas įpėdiniu arba nuo paveldėjimo nušalintas; ir visai nesvarbu, ar įrodinėjama buvo tėvui tebesant gyvam, ar po jo mirties.

143. Tačiau šiuo metu, pagal naują senato nutarimą, priimtą imperatoriaus Adriano iniciatyva, jei įrodymai pateikiami tėvui tebesant gyvam, tai, kaip ir kadaise, testamentas netenka galios; tuo tarpu jei tai atsitinka tėvui mirus, nepaminėtasis testamente, tiesa, daro jį negaliojantį, tačiau jei jame buvo paskirtas įpėdiniu arba nuo paveldėjimo nušalintas, testamentas lieka galioti tam, kad rūpestingai sudaryti testamentai nebūtų pripažįstami negaliojančiais tais atvejais, kai sudaryti naujo testamento nebėra galimybės.

144. Taip pat ir laikantis teisės nustatytų formalių reikalavimų sudarytas vėlesnis testamentas daro ankstesnį negaliojantį. Reikšmės neturi tai, ar pagal tą testamentą kas nors taps įpėdiniu ar ne, kadangi atsižvelgiama tik į tai, ar galėtų tapti. Todėl taip pat, jei kas nenorėtų tapti įpėdiniu vėlesnio testamento, sudaryto laikantis teisės nustatytų reikalavimų, pagrindu, arba testatoriui esant gyvam ar po jo mirties mirtų nespėjęs priimti palikimo, arba nustatytu būdu nepareikštų priimantis palikimą per tam paskirtą terminą, arba nebūtų įvykdyta sąlyga, su kuria buvo paskirtas įpėdiniu, arba pagal *lex Iulia* negalėtų gauti palikimo dėl to, kad yra nesusituokęs, tiek ankstesnis testamentas yra negaliojantis, kaip netekęs galios dėl vėliau sudaryto testamento, tiek jokių pasekmių nesukelia ir vėlesnis, nes niekas jo pagrindu netapo įpėdiniu.

145. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, veluti <*cum*> is qui fecerit testamentum capite deminutus sit: quod quibus modis accidat, primo commentario relatum est.

146. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae rumpuntur inrita fiant, <*et quae statim ab initio non iure fiunt inrita sint; sed et ea, quae iure facta sunt et postea propter capitis deminutionem inrita fiunt*> possunt nihilo minus rupta dici. Sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi vel inrita fieri.

147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae vel ab initio non iure facta sunt vel iure facta postea inrita facta aut rupta sunt. Nam si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus testator et civis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo inritum *factum sit* testamentum, quod puta civitatem vel etiam libertatem testator amisit, *aut is* in adoptionem se dedit *et* mortis tempore in adoptivi patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

145. Ir dėl kitų priežasčių testamentai, sudaryti laikantis teisės reikalavimų, netenka galios, kaip antai, jei to, kuris sudarė testamentą, teisinis subjektiškumas susiaurėjo; kokiais būdais tai nutinka buvo aptarta pirmajame komentare[*].

146. Šiuo atveju sakoma, jog testamentai yra negaliojantys; tiesa, negaliojantys yra tiek tie, kurie vėliau netenka galios, tiek ir tie, kurie dėl to, kad nuo pat pradžių yra sudaryti nesilaikant teisės reikalavimų, pripažįstami negaliojančiais. Tačiau taip pat ir tie, kurie sudaryti laikantis teisės reikalavimų ir vėliau dėl teisinio subjektiškumo susiaurėjimo pripažįstami negaliojančiais, gali būti vadinami netekusiais galios. Tačiau kadangi buvo, žinoma, patogiau skirtingus atvejus atriboti tam skirtais pavadinimais, apie vienus yra sakoma, kad yra sudaryti nesilaikant teisės reikalavimų, o apie kitus, kad netenka galios.

147. Kita vertus, testamentai, kurie nuo pat pradžių sudaryti nesilaikant teisės reikalavimų arba sudaryti pagal teisės reikalavimus, tačiau vėliau neteko galios, ne visuomet nesukelia jokių pasekmių. Jei testamentai bus patvirtinti septynių liudytojų antspaudais, tai paskirtas įpėdinis, remdamasis testamentu, gali reikalauti, kad jam būtų suteiktas faktinis palikimą sudarančio turto valdymas, jei miręs testatorius mirties momentu buvo ir Romos pilietis, ir niekam nepavaldus. Nes jeigu testamentas būtų pripažintas negaliojančiu, kadangi testatorius prarado pilietybę arba taip pat laisvę, arba kad mirties momentu buvo pavaldus įvaikintojui, paskirtasis įpėdinis negali reikalauti, kad jam būtų suteiktas faktinis palikimą sudarančio turto valdymas pagal testamentą.

---

* I, 159–162.

148. <*Qui autem*> secundum tabulas testamenti, quae statim ab initio non iure factae sunt, aut iure factae postea ruptae vel inritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re; si vero ab iis avocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re.

149. Nam si quis heres iure civili institutus sit vel ex primo vel ex posteriore testamento, vel ab intestato iure legitimo heres sit, is potest ab iis hereditatem avocare; si vero nemo sit alius iure civili heres, ipsi retinere hereditatem possunt, nec ullum ius adversus eos habent cognati, *qui* legitimo iure deficiuntur.

149a. Aliquando *tamen, sicut* supra quoque notavimus, etiam legitimis quoque *heredibus* potiores scripti habentur, veluti si ideo non *iure* factum sit testamentum, quod familia non venierit aut nuncupationis verba testator locutus non sit; *tum enim, si* agnati petant hereditatem, *exceptione doli mali* ex constitutione *imperatoris Antonini removeri* possunt.

150. *Sane* lege Iulia *scriptis non aufertur hereditas, si bonorum* possessores *ex edicto constituti sint. Nam ita demum* ea lege bona caduca fiunt et ad populum deferri iubentur, si defuncto nemo *heres vel bonorum possessor existat.*

148. Tie, kuriems faktinis palikimą sudarančio turto valdymas yra suteikiamas pagal testamentą, kuris arba nuo pat pradžių yra sudarytas nesilaikant teisės reikalavimų, arba, nors ir sudarytas pagal teisės reikalavimus, tačiau vėliau neteko galios, jei tik gali sau pasilikti palikimą, faktiškai valdo palikimą realiai gaudami į jo sudėtį įeinantį turtą. Tuo tarpu jei palikimas iš jų gali būti išreikalautas, jiems priklausys faktinis palikimo valdymas, kai realiai į palikimo sudėtį įeinančio turto jie negauna.

149. Nes jeigu kas nors bus paskirtas įpėdiniu pagal *ius civile* pirmajame arba vėlesniame testamente, arba būtų įpėdinis pagal įstatymą, gali iš jų palikimą išreikalauti. Tuo tarpu jei nėra įpėdinio pagal *ius civile*, jie gali patys sau pasilikti palikimą ir jokios teisės reikalauti iš jų palikimo neturi kognatai, neturintys teisės pretenduoti į palikimą pagal įstatymą.

149a. Tačiau kai kada, kaip irgi anksčiau buvome užsiminę[*], testamentiniai įpėdiniai laikomi turinčiais pirmumą net prieš įpėdinius pagal įstatymą, pavyzdžiui, jei testamentas būtų sudarytas nesilaikant teisės reikalavimų, nes turtas nebuvo formaliai perduotas arba testamentą lydinčiame *nuncupatio* testatorius neišreiškė valios, jog turtas perduodamas testamento sudarymo tikslu; nes jeigu tokiu atveju agnatai teismo tvarka reikalauja perduoti palikimą, jų reikalavimas, remiantis imperatoriaus Antonino konstitucija, gali būti atremiamas pareiškiant atsikirtimą, jog tai esanti apgaulė.

150. Tiesa, pagal *lex Iulia*, palikimas iš testamentinių įpėdinių neatimamas, jei jie gali gauti faktinį palikimą sudarančio turto valdymą edikto pagrindu. Nes galiausiai, remiantis šiuo įstatymu, palikimas tampa išmarinis ir nurodoma jį perduoti tautai, jei mirusysis neturėtų įpėdinio nei pagal civilinę, nei pagal pretorių teisę.

[*] II, 120–122.

151. Potest ut iure facta testamenta *contraria voluntate* infirmentur. Apparet <*autem*> non posse ex eo solo infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit valere, usque adeo, ut si linum eius inciderit, nihilo minus iure civili valeat. Quin etiam si deleverit quoque aut combusserit tabulas testamenti non ideo *nihilo* minus desinent valere *quae* ibi fuerunt scripta, licet eorum probatio difficilis sit.

151a. Quid ergo est? Si quis ab intestato bonorum possessionem petierit *et* is, qui ex eo testamento heres *est,* petat *hereditatem, per exceptionem doli mali repelletur; si vero nemo ab intestato bonorum possessionem petierit, populus scripto heredi quasi indigno auferet hereditatem, ne ullo modo ad eum quem testator heredem habere noluit* perveniat hereditas; et hoc ita rescripto imperatoris Antonini significatur.

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur aut sui et necessarii, aut extranei.

153. Necessarius heres est servus cum libertate heres institutus, ideo sic appellatus, quia sive velit sive nolit, omni modo post mortem testatoris protinus liber et heres est.

151. Gali atsitikti taip, kad laikantis teisės reikalavimų sudaryti testamentai netenka galios dėl išreikštos priešingos valios. Kita vertus, akivaizdu, kad testamentas negali netekti galios vien todėl, kad testatorius nepageidauja, kad jis būtų galiojantis ir iki tokio laipsnio, kad nors ir perkirptų jo virvelę, pagal *ius civile* testamentas išsaugo galią. Net ir tuomet, jei testamento lenteles sunaikintų ar sudegintų, dėl šios priežasties nepraranda reikšmės tai, kas ten buvo įrašyta, nepaisant to, kad atkurti jų turinį būtų sunku.

151a. Ką gi tuomet tai reiškia? Jei kas nors reikalautų pripažinti jam faktinį palikimą sudarančio turto valdymą ne pagal testamentą, o tas, kuris yra testamentinis įpėdinis, reikalautų palikimo remdamasis *ius civile*, tai pirmasis gali antrojo reikalavimą atremti pareikšdamas procesinį atsikirtimą, jog tai esanti apgaulė; tuo tarpu jei niekas nereikalauja, kad jam būtų suteiktas faktinis palikimo valdymas pagal įstatymą, palikimą tauta atims iš įpėdinio pagal testamentą kaip iš netinkamo dėl to, kad jokiu būdu palikimas neatitektų tam, kurio testatorius nenorėjo, jog taptų jo įpėdiniu; taip yra nustatyta imperatoriaus Antonino reskripte.

152. Įpėdiniai yra vadinami arba privalomaisiais, arba namų ir privalomaisiais, arba pašaliniais.

153. Privalomasis įpėdinis yra vergas, paskirtas įpėdiniu tuo pačiu suteikiant laisvę; taip jis vadinamas dėl to, kad nori ar nenori, bet kokiu atveju po testatoriaus mirties kartu tampa ir laisvas, ir įpėdinis.

154. Unde qui facultates suas suspectas habet, solet servum suum primo aut secundo vel etiam ulteriore gradu liberum et heredem instituere, ut si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis quam ipsius testatoris bona veneant, id est ut ignominia, quae accedit ex venditione bonorum, hunc potius heredem quam ipsum testatorem contingat; quamquam apud Fufidium Sabino placeat eximendum eum esse ignominia, quia non suo vitio sed necessitate iuris bonorum venditionem pateretur: sed alio iure utimur.

155. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sibi adquisierit, sive ante bonorum venditionem sive postea, ipsi reserventur; et quamvis *pro portione* bona venierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non venient, nisi si quid ei ex hereditaria causa fuerit adquisitum, veluti si *ex eo, quod* Latinus adquisierit, locupletior factus sit; cum ceterorum hominum, quorum bona venierint pro portione, si quid postea adquirant, etiam saepius eorum bona venire soleant.

156. Sui autem et necessarii heredes sunt veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, *et* deinceps ceteri qui modo in potestate morientis fuerunt. Sed uti nepos neptisve suus heres sit, non sufficit eum in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater quoque eius vivo patre suo desierit suus heres esse aut morte interceptus aut qualibet ratione liberatus potestate; tum enim nepos neptisve in locum sui patris succedunt.

154. Dėl šios priežasties tas, kuriam kyla abejonių dėl jo mokumo, paprastai savo vergui suteikia laisvę ir paskiria jį pirmos arba antros, arba ir tolimesnės eilės įpėdiniu tam, kad tuo atveju, jei kreditorių reikalavimai nebūtų patenkinti, verčiau būtų parduotas to įpėdinio, o ne paties testatoriaus turtas; o tai daroma tuo tikslu, kad gero vardo praradimas, kuris yra nemokaus įpėdinio turto pardavimo padarinys, verčiau ištiktų įpėdinį nei patį testatorių, nors Sabinas, komentuodamas Fufidijų, pripažino, jog negarbė vergo atžvilgiu neturėtų būti taikoma, kadangi turtą buvo būtina parduoti ne dėl jo kaltės, o dėl būtinumo laikytis teisės reikalavimų. Tačiau mes taikome kitokias teisės nuostatas.

155. Mainais už šiuos nepatogumus jam suteikiama ta nauda, kad visa, ką po patrono mirties yra sau įgijęs tiek prieš turto pardavimą, tiek vėliau, yra jam paliekama. Ir nors iš parduoto turto būtų padengta tik dalis skolų, jo turtas nebebus parduodamas likusioms palikėjo skoloms padengti, nebent būtų ką nors įgijęs palikimo dėka, pavyzdžiui, jei praturtėtų dėl to, kad ką nors įgijo kaip lotynas, kai tuo tarpu jei kiti asmenys, kurių turtą pardavus buvo padengta dalis skolų, vėliau ką nors įgytų, jų turtas paprastai gali būti parduodamas ir dar kartą.

156. Namų ir privalomieji įpėdiniai yra, pavyzdžiui: sūnus arba duktė, vaikaitis arba vaikaitė, gimę palikėjo sūnui, o po to visi likusieji, kurie tik buvo pavaldūs mirusiajam. Tačiau tam, kad vaikaitis arba vaikaitė būtų įpėdiniai pagal įstatymą, nepakanka, kad senelio mirties momentu būtų jam pavaldūs, tačiau taip pat būtina, kad jų tėvas nustotų buvęs namų įpėdinis arba ištiktas mirties, arba tapęs laisvas nuo tėvo valdžios dėl kokios nors kitos priežasties. Nes tuomet vaikaitis arba vaikaitė užima savo tėvo vietą.

157. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt et vivo quoque parente quodam modo domini existimantur; unde etiam si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omni modo, *sive* velint sive *nolint, tam* ab intestato quam ex testamento heredes fiunt.

158. Sed his praetor permittit abstinere se ab hereditate, ut potius parentis bona veneant.

159. Idem iuris est et <*in*> uxoris persona, quae in manu est, quia filiae loco est, et in nuru, quae in manu filii est, quia neptis loco est.

160. Quin etiam similiter abstinendi potestatem facit praetor etiam ei, qui in causa mancipii est, *si* cum libertate heres institutus sit, *quamvis* necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam servus.

161. Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti sicut extranei videntur. Qua de causa et qui a matre heredes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent. Servi quoque, qui cum *libertate* heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur.

162. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate vel non adeunda.

157. Įpėdiniai yra vadinami namų įpėdiniais, nes yra įpėdiniai bei namiškiai ir net tėvui esant gyvam iš dalies yra laikomi savininkais. Todėl ir tada, jei kas nors mirtų nesudaręs testamento, pirmumo teisę paveldėti turi descendentai. Tuo tarpu privalomaisiais yra vadinami todėl, kad bet kuriuo atveju – nori to ar nenori, tampa įpėdiniais tiek nesant testamento, tiek ir pagal testamentą.

158. Kita vertus, pretorius leidžia jiems atsisakyti priimti palikimą tam, kad protėvio turtas verčiau būtų parduotas.

159. Tokia pati nuostata yra taikoma ir vyrui pavaldžios žmonos atžvilgiu, nes ji užima dukters padėtį, o taip pat ir marčios, kuri pavaldi sūnui, atžvilgiu, nes ji užima vaikaitės padėtį.

160. Be to, pretorius numato panašią galimybę atsisakyti priimti palikimą taip pat ir tam asmeniui, kuris yra *in mancipium*, jei jis paskirtas įpėdiniu tuo pačiu suteikiant laisvę, nors taip pat, kaip ir vergas, jis yra privalomasis, o ne namų įpėdinis.

161. Kiti, kurie nėra testatoriui pavaldūs, vadinami pašaliniais įpėdiniais. Todėl net mūsų palikuonys, kurie mums nėra pavaldūs, paskirti mūsų įpėdiniais, yra laikomi pašaliniais įpėdiniais. Dėl šios priežasties taip pat ir tie, kuriuos įpėdiniais paskyrė motina, yra priskiriami pašaliniams įpėdiniams, nes moteris neturi valdžios descendentų atžvilgiu. Taip pat ir vergai, kurie buvo paskirti įpėdiniais kartu suteikiant jiems laisvę, o po to šeimininko išlaisvinti, priklauso tai pačiai įpėdinių grupei.

162. Pašaliniams įpėdiniams yra suteikiama valia apsispręsti, ar palikimą priimti, ar nepriimti.

163. Sed sive is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditariis, sive is, qui de adeunda <*hereditate*> deliberare licet, adierit, postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum XXV. Nam huius aetatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita etiam si temere damnosam hereditatem susceperint, praetor succurrit. Scio quidem divum Hadrianum etiam maiori XXV annorum veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, apparuisset.

164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hereditatem vel, si non adeant, temporis fine summoveantur, ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decemere et constituere.

165. Cum ergo ita scriptum sit: HERES TITIUS ESTO, adicere debemus: CERNITOQUE IN CENTUM DIEBUS PROXIMIS QUIBUS SCIES POTERISQUE. QUOD NI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO.

166. Et qui ita heres institutus est, si velit heres esse, debebit intra diem cretionis cernere, id est haec verba dicere: QUOD ME P. MAEVIUS TESTAMENTO SUO HEREDEM INSTITUIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQUE.
Quod si ita non creverit, finito tempore cretionis excluditur; nec quidquam proficit, si pro herede gerat, id est si rebus hereditariis tamquam heres utatur.

163. Tačiau jeigu tas, kuris turi galimybę susilaikyti nuo palikimo priėmimo, imsis palikimą tvarkyti, arba jei tas, kam leidžiama apsispręsti dėl palikimo priėmimo, jį priims, vėliau nebeturi galimybės atsisakyti palikimo, nebent būtų jaunesnis nei 25 metų amžiaus, nes tokio amžiaus asmenims, taip, kaip ir visais suklydimo atvejais, taip ir šiuo, jeigu įgijo nuostolingą palikimą, pagelbsti pretorius. Žinau, jog imperatorius Adrianas tokią lengvatą suteikė net ir tiems, kurie vyresni nei 25 metai, jei priėmus palikimą, paaiškėjo esant didelę skolą, apie kurią nebuvo aiškiai žinoma priimant palikimą.

164. Pašaliniams įpėdiniams paprastai buvo nustatomas *cretio*, t. y. paskiriamas terminas apsispręsti, kad per nustatytą laiką jie priimtų palikimą arba būtų nuo jo nušalinti, jei pasibaigus paskirtam laikui palikimo nepriimtų. O *cretio* tai vadinama todėl, kad *cernere* būtent ir reiškia „nuspręsti“ ir „nutarti“.

165. Taigi, kai yra parašyta: ĮPĖDINIS TEBŪNIE TITAS, privalome pridurti: IR TEGUL PRIIMA PER ŠIMTĄ DIENŲ, KAI SUŽINOS IR GALĖS. JEI ŠIUO BŪDU NEPRIIMSI, BŪK NUO PAVELDĖJIMO NUŠALINTAS.

166. Tas, kuris šitokiu būdu yra paskirtas įpėdiniu, jei nori būti įpėdinis, privalo atlikti *cretio* per paskirtą terminą, t. y. ištarti šiuos žodžius: KADANGI P. MEVIJUS PASKYRĖ MANE ĮPĖDINIU, ĮGYJU ŠĮ PALIKIMĄ IR JĮ PRIIMU. Jei šiuo būdu palikimo nepriims, suėjus terminui, kuris paskirtas atlikti *cretio*, tampa nuo paveldėjimo nušalintas ir nieko negelbės tai, jei elgtųsi taip, kaip įpėdinis, tai yra, į palikimą įeinančiu turtu naudotųsi kaip įpėdinis.

167. At is qui sine cretione heres institutus sit, aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem vocatur, potest aut cernendo aut pro herede gerendo vel etiam nuda voluntate suscipiendae hereditatis heres fieri; eique liberum est quocumque tempore voluerit adire hereditatem: <*sed*> solet praetor postulantibus hereditariis creditoribus tempus constituere, intra quod, si velit, adeat hereditatem, si minus, ut liceat creditoribus bona defuncti vendere.

168. *Sicut autem qui* cum cretione heres institutus est, nisi creverit hereditatem, non fit heres, ita non aliter excluditur, quam si non creverit intra id tempus, quo cretio finita sit: itaque, licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire, tamen paenitentia actus superante die cretionis cernendo heres esse potest.

169. At is, qui sine cretione heres institutus est, quive ab intestato per legem vocatur, sicut voluntate nuda heres fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur.

170. Omnis autem cretio certo tempore constringitur. In quam rem tolerabile tempus visum est centum dierum. Potest tamen nihilo minus iure civili aut longius aut brevius tempus dari: longius tamen interdum praetor coartat.

171. Et quamvis omnis cretio certis diebus constringatur, tamen alia cretio vulgaris vocatur, alia certorum dierum: vulgaris illa, quam supra exposuimus, id est in qua adiciuntur haec verba, QUIBUS SCIET POTERITQUE; certorum dierum, in qua detractis his verbis cetera scribuntur.

167. Tuo tarpu tas, kuris įpėdiniu paskirtas nenustačius *cretio* arba tas, kuris pagal įstatymą šaukiamas paveldėti testamento nesudariusio palikėjo turtą, gali įpėdiniu tapti atlikdamas *cretio* arba faktiškai elgdamasis kaip įpėdinis, arba neformaliai pareikšdamas valią priimti palikimą. Jis yra laisvas priimti palikimą bet kuriuo laiku, kai tik panorės. Kita vertus, kreditoriams reikalaujant palikimo, pretorius paprastai nustato terminą, per kurį privalo priimti palikimą, jei to pageidauja, tam, kad jeigu to nepadarytų, kreditoriai galėtų parduoti mirusiojo turtą.

168. Tas, kuris buvo paskirtas įpėdiniu nustatant *cretio*, taip, kaip netampa įpėdiniu formaliai palikimo nepriėmęs, taip ir yra nuo paveldėjimo nušalinamas tik tuomet, kai neatlieka *cretio* per tam nustatytą terminą. Todėl taip pat, jeigu iki sueinant terminui, kuris nustatytas atlikti *cretio*, nusprendžia palikimo nepriimti, nepaisant to, vėliau, apgailestaudamas dėl tokio sprendimo, gali tapti įpėdiniu atlikdamas *cretio* iki pasibaigiant tam nustatytam terminui.

169. Tuo tarpu tas, kuris buvo paskirtas įpėdiniu nenustatant *cretio*, arba kuris yra pagal įstatymą šaukiamas paveldėti testamento nesudariusio palikėjo turtą, kaip ir įpėdiniu tampa neformaliai pareikšdamas valią, taip ir turėdamas priešingą ketinimą, nuo paveldėjimo yra nušalinamas nedelsiant.

170. Bet kuri *cretio* yra ribojama apibrėžtu laiko tarpu. Pakankamu laiku tam atlikti yra laikoma šimtas dienų. Nepaisant to, pagal *ius civile* šis laikotarpis gali būti pratęsiamas arba sutrumpinamas. Ilgesnį laikotarpį kai kuriais atvejais sutrumpina pretorius.

171. Nors kiekviena *cretio* yra apribota apibrėžtais terminais, viena yra vadinama paprastąja, o kita – su nustatytu dienų skaičiumi; paprastoji yra tokia, kurią aptarėme aukščiau, t. y. toji, kai pridurиami žodžiai: KAI SUŽINOSI IR GALĖSI; su nustatytu dienų skaičiumi yra toji, kurioje šie žodžiai praleidžiami ir įrašomi likusieji.

172. Quarum cretionum magna differentia est. Nam vulgari cretione data nulli dies computantur, nisi quibus scierit quisque se heredem esse institutum et possit cernere. Certorum vero dierum cretione data etiam nescienti se heredem institutum esse numerantur dies continui; item ei quoque, qui aliqua ex causa cernere prohibetur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institutus est, tempus numeratur: unde melius et aptius est vulgari cretione uti.

173. Continua haec cretio vocatur, quia continui dies numerantur. Sed quia tamen dura est haec cretio, altera *magis* in usu habetur; unde etiam vulgaris dicta est.

[DE SUBSTITUTIONIBUS.] **174.** Interdum duos pluresve gradus heredum facimus, hoc modo: L. TITIUS HERES ESTO CERNITO QUE IN DIEBUS <CENTUM> PROXIMIS QUIBUS SCIES POTERISQUE. QUOD NI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TUM MAEVIUS HERES ESTO CERNITOQUE IN DIEBUS CENTUM et reliqua; et deinceps in quantum velimus substituere possumus.

175. Et licet nobis vel unum in unius locum substituere pluresve, et contra in plurium locum vel unum vel plures substituere.

176. Primo itaque gradu scriptus heres hereditatem cernendo fit heres et substitutus excluditur; non cernendo summovetur, etiamsi pro herede gerat, et in locum eius substitutus succedit. Et deinceps si plures gradus sint, in singulis simili ratione idem contingit.

172. Tarp šių dviejų klauzulių esama didelio skirtumo, nes numatant paprastąją *cretio*, įskaičiuojamos tik tos dienos, kai kas nors žino, jog yra paskirtas įpėdiniu ir gali atlikti *cretio*. Tuo tarpu numačius *cretio* su apibrėžtu terminu, į termino eigą įskaičiuojamos visos dienos ir tai daroma taip pat ir atžvilgiu to, kuris nežino, jog buvo paskirtas įpėdiniu. Lygiai taip pat termino eiga skaičiuojama ir tam, kuriam kelią atlikti *cretio* užkerta kokios nors kliūtys; dar daugiau – taip pat ir tam, kuris buvo paskirtas įpėdiniu su sąlyga. Taigi, kur kas geriau ir patogiau yra naudotis paprastąja *cretio*.

173. Ta antroji *cretio* yra vadinama vientisąja, kadangi į termino eigą be pertraukos įskaitomos visos dienos. Tačiau kadangi ji yra griežta, dažniau taikoma kita, todėl ji dar vadinama paprastąja.

[APIE PAKAITINIO ĮPĖDINIO PASKYRIMUS.] **174.** Kai kada paskiriame dviejų ar kelių laipsnių įpėdinius tokiu būdu: ĮPĖDINIS TEBŪNIE L. TITAS IR TEGUL PRIIMA PALIKIMĄ ATLIKDAMAS *CRETIO* PER ŠIMTĄ DIENŲ, KAI SUŽINOS IR GALĖS. JEIGU ŠIUO BŪDU PALIKIMO NEPRIIMSI, BŪK NUO PAVELDĖJIMO NUŠALINTAS. TUOMET ĮPĖDINIS TEBŪNIE MEVIJUS IR TEGUL PRIIMA PALIKIMĄ ATLIKDAMAS *CRETIO* PER ŠIMTĄ DIENŲ ir t. t.; o po to galime paskirti tiek pakaitinių įpėdinių, kiek norime.

175. Ir mums leidžiama paskirti vieną pakaitinį įpėdinį keliems ir, atvirkščiai, vietoje daugelio galime paskirti arba vieną, arba kelis pakaitinius.

176. Įpėdinis, kuris yra paminėtas pirmasis, priimdamas palikimą *cretio* būdu, tampa paveldėtoju, o pakaitinis įpėdinis nuo paveldėjimo nušalinamas. Jeigu *cretio* neatlieka, tampa nuo paveldėjimo nušalintas nors ir elgtųsi kaip įpėdinis, o vietoje jo paveldi pakaitinis įpėdinis. O po to, jeigu būtų keletas įpėdinių laipsnių, su kiekvienu jų atsitinka panašiai dėl tų pačių priežasčių.

177. Sed si cretio sine exheredatione sit data, id est in haec verba: SI NON CREVERIS, TUM P. MAEVIUS HERES ESTO, illud diversum invenitur, *quod* si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutum in partem admittit et fiunt ambo aequis partibus heredes. Quod si neque cernat neque pro herede gerat, tum sane in universum summovetur, et substitutus in totam hereditatem succedit.

178. Sed Sabino quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admitti substitutum; cum vero cretio finita sit, tum pro herede *gerentem admittere* substitutum. Aliis vero placuit etiam superante cretione posse eum pro herede gerendo in partem substitutum admittere et amplius ad cretionem reverti non posse.

179. Liberis nostris inpuberibus, quos in potestate habemus, non solum ita ut supra diximus substituere possumus, id est ut, si heredes non extiterint, alius nobis heres sit; sed eo amplius ut, etiamsi heredes nobis extiterint et adhuc inpuberes mortui fuerint, sit iis aliquis heres, veluti hoc modo: TITIUS FILIUS MEUS MIHI HERES ESTO: SI FILIUS MEUS MIHI <HERES NON ERIT SIVE HERES> ERIT ET HIC PRIUS MORIATUR QUAM IN SUAM TUTELAM VENERIT, TUNC SEIUS HERES ESTO.

177. Tačiau jeigu *cretio* į testamentą įrašoma nenurodant apie nušalinimą nuo paveldėjimo, t. y. tokiais žodžiais: JEIGU NEPRIIMSI PALIKIMO ATLIKDAMAS *CRETIO*, TUOMET TEGUL P. MEVIJUS BUS ĮPĖDINIS, esama tokio skirtumo, kad jeigu pirmasis nepriimtų palikimo *cretio* būdu, tačiau faktiškai elgtųsi kaip įpėdinis, tai pakaitinis įpėdinis šaukiamas paveldėti palikimo dalį ir abu tampa įpėdiniais lygiomis dalimis. Tuo tarpu jei neatliktų *cretio* ir faktiškai nesielgtų kaip įpėdinis, tuomet, žinoma, yra apskritai nuo paveldėjimo nušalinamas, o pakaitinis įpėdinis paveldi visą palikimą.

178. Kita vertus, Sabinas laikėsi nuomonės, kad tol, kol pirmasis turi galimybę *cretio* būdu priimti palikimą ir tapti įpėdiniu, pakaitinis įpėdinis nėra šaukiamas paveldėti net jei ir faktiškai elgtųsi kaip įpėdinis. Tačiau jei terminas atlikti *cretio* pasibaigė, tas, kuris faktiškai elgėsi kaip įpėdinis, gali šaukti paveldėti pakaitinį įpėdinį. Tiesa, kiti laikėsi nuomonės, jog net ir nesuėjus terminui atlikti *cretio*, faktiškai elgdamasis kaip įpėdinis, jis gali leisti pakaitiniam įpėdiniui paveldėti dalį palikimo ir tuomet *cretio* atlikti jau nebegalima.

179. Mūsų nepilnamečiams descendentams, kurie yra mums pavaldūs, pakaitinį įpėdinį galime paskirti ne tik taip, kaip nurodėme aukščiau, tai yra numatant, kad kas nors kitas bus mūsų įpėdinis, jei jie įpėdiniais netaptų, tačiau taip pat ir taip, kad net jei jie taptų mūsų įpėdiniais ir mirtų nesulaukę pilnametystės, kas nors būtų jų įpėdinis, pavyzdžiui, tokiu būdu: MANO SŪNUS TITAS TEBŪNIE MANO ĮPĖDINIS. JEIGU MANO SŪNUS NEBUS MANO ĮPĖDINIS ARBA TAPS ĮPĖDINIU IR MIRS IKI TAPDAMAS PILNAMETIS, TUOMET ĮPĖDINIS TEBŪNIE SĖJUS.

180. Quo casu si quidem non extiterit heres filius, substitutus patri fit heres; *si vero* heres extiterit filius et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. Quam ob rem duo quodam modo sunt testamenta, aliud patris, aliud filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum hereditatum.

181. Ceterum ne post obitum parentis periculo insidiarum subiectus *videatur* pupillus, in usu est vulgarem quidem substitutionem palam facere, id est eo loco quo pupillum heredem instituimus; <*nam*> vulgaris substitutio ita vocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod accidit, cum vivo parente moritur, quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus, *cum scilicet vivo testatore omnia*, quae in testamento scripta sint, ignorentur. Illam autem substitutionem, per quam, *etiamsi* heres extiterit pupillus et intra pubertatem decesserit, substitutum vocamus, separatim in inferioribus tabulis scribimus, easque tabulas proprio lino propriaque cera consignamus, et in prioribus tabulis cavemus, ne inferiores tabulae vivo filio et adhuc inpubere aperiantur. Sed longe tutius est utrumque genus substitutionis separatim in inferioribus tabulis consignari; quia si ita consignatae vel separatae fuerint substitutiones, ut diximus, ex priore potest intellegi in altera [alter] quoque idem esse substitutus.

182. Non solum autem heredibus institutis inpuberibus liberis ita substituere possumus, ut si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres, quem nos voluerimus, sed etiam exheredatis. Itaque eo casu si quid pupillo ex hereditatibus legatisve aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit, id omne ad substitutum pertinet.

180. Šiuo atveju, jeigu sūnus netaps tėvo įpėdiniu, tėvo įpėdiniu tampa pakaitinis; tuo tarpu jei sūnus taptų įpėdiniu ir mirtų nesulaukęs pilnametystės, pakaitinis tampa sūnaus įpėdiniu. Dėl šios priežasties čia esama tarytum dviejų testamentų: vienas – tėvo, o kitas – sūnaus, tarytum pats sūnus būtų paskyręs sau įpėdinį, arba vis dėlto esama vieno testamento, tačiau dėl dviejų palikimų.

181. Be to, kad neatrodytų, jog nepilnametis įpėdinis po ascendento mirties atsiduria pavojuje, įprasta, kad viešai pakaitinis įpėdinis paskiriamas įprastu būdu, tai yra toje testamento vietoje, kurioje nepilnametį paskyrėme įpėdiniu; kadangi paprastosios substitucijos atveju pakaitinis įpėdinis šaukiamas paveldėti tuo atveju, kai nepilnametis apskritai netampa įpėdiniu, kaip atsitinka tuomet, kai jis miršta tėvui tebesant gyvam ir šiuo atveju pakaitinio įpėdinio negalime įtarti jokiu kėsinimusi, nes testatoriui tebesant gyvam, nėra žinoma visa tai, kas įrašyta testamente. Tuo tarpu tą substituciją, kuria pakaitinį įpėdinį šaukiame paveldėti nors nepilnametis ir būtų tapęs įpėdiniu, tačiau miręs nesulaukęs pilnametystės, įrašome skyriumi, kitose lentelėse ir šias lenteles antspauduojame atskira virvele ir vašku, o prieš tai surašytose lentelėse darome išlygą, jog kitų lentelių nevalia atidaryti sūnui esant gyvam ir jam dar netapus pilnamečiu. Tačiau kur kas saugiau yra abiejų rūšių substitucijas įrašyti ir antspauduoti atskirose lentelėse, kadangi jei substitucijos bus įrašomos ir skyriumi antspauduojamos taip, kaip nurodėme aukščiau, iš pirmosios substitucijos galima spręsti, jog ir antrojoje yra numatytas tas pats pakaitinis įpėdinis.

182. Ne tik nepilnamečiams palikuonims, paskirtiems įpėdiniais, mes galime paskirti pakaitiniu įpėdiniu tą, kurį pageidaujame, tam atvejui, jei, tapę įpėdiniais, mirtų nesulaukę pilnametystės, bet ir palikuonims, kuriuos nuo paveldėjimo nušalinome. Tuomet tai, ką nepilnametis gavo iš giminaičių palikimo, kaip legatą ar kaip dovaną mirties atveju, priklauso pakaitiniam įpėdiniui.

183. Quaecumque diximus de substitutione inpuberum liberorum vel heredum institutorum vel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegemus.

184. Extraneo vero heredi instituto ita substituere non possumus, ut si heres extiterit et intra aliquod tempus decesserit, alius ei heres sit: sed hoc solum nobis permissum est, ut eum per fideicommissum obligemus, ut hereditatem nostram totam vel <*pro*> parte restituat; quod ius quale sit, suo loco trademus.

185. Sicut autem liberi homines, ita et servi, tam nostri quam alieni, heredes scribi possunt.

186. Sed noster servus simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo: STICHUS SERVUS MEUS LIBER HERESQUE ESTO, vel HERES LIBERQUE ESTO.

187. Nam si sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea manumissus fuerit a domino, heres esse non potest, quia institutio in persona eius non constitit; ideoque licet alienatus sit, non potest iussu domini novi cernere hereditatem.

188. Cum libertate vero heres institutus si quidem in *eadem* causa duraverit, fit ex testamento liber et inde necessarius heres. Si vero ab ipso testatore manumissus fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest. Quod si alienatus sit, iussu novi domini adire hereditatem debet, qua ratione per eum dominus fit heres; nam ipse neque heres neque liber esse potest.

183. Visa tai, ką pasakėme apie pakaitinio įpėdinio skyrimą nepilnamečiams palikuonims – tiek tiems, kurie paskirti įpėdiniais, tiek ir tiems, kurie nuo paveldėjimo nušalinti, galioja ir palikuonių, gimusių po mūsų mirties, atžvilgiu.

184. Paskyrę įpėdiniu pašalinį asmenį, negalime skirti pakaitinio įpėdinio taip, kad jeigu pirmasis taptų įpėdiniu ir po kurio laiko mirtų, jo įpėdiniu taptų kas nors kitas, tačiau mums tėra leidžiama fideikomiso būdu įpareigoti jį sugrąžinti visą iš mūsų gautą palikimą arba jo dalį. Kaip pasireiškia ši teisė, išaiškinsime atitinkamoje vietoje[*].

185. Kaip laisvieji žmonės, taip ir vergai – tiek mūsų nuosavi, tiek ir svetimi gali būti testamente įrašomi kaip įpėdiniai.

186. Tačiau mūsų nuosavo vergo atžvilgiu būtina tuo pačiu paliepti, kad taptų laisvas ir įpėdinis, tai yra tokiu būdu: STICHAS, MANO VERGAS, TEBŪNIE LAISVAS IR ĮPĖDINIS.

187. Jeigu būtų paskirtas įpėdiniu nesuteikiant laisvės, nors vėliau ir būtų šeimininko išlaisvintas, negali būti įpėdinis, kadangi pats jo paskyrimas įpėdiniu buvo niekinis, todėl nors ir būtų perleistas, negali naujajam šeimininkui paliepus priimti palikimo.

188. Tuo tarpu jei paskiriamas įpėdiniu kartu suteikiant laisvę, jeigu lieka tokioje pačioje padėtyje, pagal testamentą tampa laisvas ir privalomasis įpėdinis; tuo tarpu jeigu būtų paties testatoriaus išlaisvintas, gali priimti palikimą savo nuožiūra. O jeigu būtų perleistas, *naujajam šeimininkui paliepus, privalo priimti* palikimą ir dėl šios priežasties, vergui tarpininkaujant, šeimininkas tampa įpėdiniu, nes pats vergas negali tapti nei įpėdiniu, nei laisvuoju.

* II, 246 ir toliau.

189. Alienus quoque servus heres institutus si in eadem causa duraverit, iussu domini hereditatem adire debet; si vero alienatus ab eo fuerit aut vivo testatore aut post mortem eius, antequam cernat, debet iussu novi domini cernere; si vero manumissus est, suo arbitrio adire hereditatem potest.

190. Si autem servus alienus heres institutus est vulgari cretione data, ita *inlellegitur* dies cretionis cedere, si ipse servus scierit se heredem institutum esse, nec ullum impedimentum sit, quo minus certiorem dominum faceret, ut illius iussa cernere possit.

191. Post haec videamus de legatis. Quae pars iuris extra propositam quidem materiam videtur; nam loquimur de his iuris figuris, quibus *per* universitatem res nobis adquiruntur: sed cum omni modo de testamentis deque heredibus qui testamento instituuntur locuti sumus, non sine causa sequenti loco poterit haec iuris materia tractari.

[De legatis.] **192.** Legatorum itaque genera sunt quattuor: aut enim per vindicationem legamus aut per damnationem aut sinendi modo aut per praeceptionem.

193. Per vindicationem hoc modo legamus: TITIO verbi gratia HOMINEM STICHUM DO LEGO; sed <*et*> si *alterutrum* verbum positum sit, veluti DO aut LEGO, aeque per vindicationem legatum est; item, ut magis *visum* est, si ita legatum fuerit: SUMITO, vel ita: SIBI HABETO, *vel* ita: CAPITO, aeque per vindicationem legatum est.

189. Taip pat ir įpėdiniu paskirtas svetimas vergas, jeigu išliks toje pačioje padėtyje, privalo šeimininkui paliepus priimti palikimą; tuo tarpu, jei buvo šeimininko perleistas testatoriui esant gyvam arba po jo mirties, tačiau iki priimant palikimą *cretio* būdu, naujo šeimininko palieptas privalo priimti palikimą, o jeigu būtų išlaisvintas, gali priimti palikimą savo nuožiūra.

190. Jeigu svetimas vergas buvo paskirtas įpėdiniu numatant testamente paprastąją *cretio*, laikoma, jog termino palikimui priimti eiga prasideda, kai pats vergas sužino, kad buvo paskirtas įpėdiniu ir nebuvo jokių kliūčių pranešti apie tai šeimininkui, kurio palieptas vergas būtų galėjęs palikimą priimti.

191. Po to ką išdėstėme, aptarsime legatus. Tiesa, atrodytų, kad ši teisės dalis nepriklauso išnagrinėtam dalykui, kadangi kalbame apie tų rūšių teises, kai daiktus įgyjame universaliu pagrindu. Kita vertus, kai visais būdais aptarėme testamentus ir įpėdinius, skiriamus testamentu, ne be pagrindo galima pereiti prie šio teisės dalyko nagrinėjimo.

[Apie legatus] **192.** Taigi, esama keturių rūšių legatų: daiktinio (*vindikacinio*), *prievolinio* (*damnacinio*) legato, įpareigojančiojo įpėdinį leisti legatoriui pasiimti daiktą arba legatoriui pasiimant daiktą iš anksto.

193. Daiktiniu (vindikaciniu) legatu paskiriame turtą šitaip: TITUI DUODU, UŽRAŠAU, pavyzdžiui, VERGĄ STICHĄ. Tačiau jei būtų pavartotas tik vienas iš dviejų žodžių, pavyzdžiui, DUODU arba UŽRAŠAU, irgi yra laikoma paskirta daiktiniu (vindikaciniu) legatu. Daugelio nuomone, tas pats daiktinis (vindikacinis) legatas būtų ir užrašant šitaip: TEGUL SAU TURI, arba taip: TEGUL PASIIMA.

194. Ideo autem per vindicationem legatum appellatur, quia post aditam hereditatem statim ex iure Quiritium res legatarii fit; et si eam rem legatarius vel ab herede vel ab alio quocumque, qui eam possidet, petat, vindicare debet, id est intendere SUAM REM EX IURE QUIRITIUM ESSE.

195. In eo solo dissentiunt prudentes, quod Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores quod ita legatum *sit* statim post aditam hereditatem putant fieri legatarii, etiamsi ignoret sibi legatum esse [dimissum], *sed* posteaquam scierit et *omiserit* legatum, proinde esse atque si legatum non esset; Nerva vero et Proculus ceterique illius scholae auctores non aliter putant rem legatarii fieri, quam si voluerit eam ad se pertinere. Sed hodie ex divi Pii Antonini constitutione hoc magis iure uti videmur, quod Proculo placuit: nam cum legatus fuisset Latinus per vindicationem coloniae, „Deliberent", inquit, „decuriones, an ad se velint pertinere, proinde ac si uni legatus esset".

196. *Eae* autem solae res per vindicationem legantur recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt. Sed eas quidem res, quae pondere numero mensura constant, placuit sufficere, si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, veluti vinum oleum frumentum pecuniam numeratam. Ceteras res vero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est et quo faceret testamentum et quo moreretur: alioquin inutile est legatum.

194. Legatas vadinamas daiktiniu (vindikaciniu) todėl, kad įpėdiniui priėmus palikimą, legatu paskirtas daiktas pagal kviritų teisę iš karto tampa legatoriaus nuosavybe, jei legatorius sieks atsiimti daiktą ar iš įpėdinio, ar iš bet kurio, kas jį faktiškai valdo, privalo jį vindikuoti, tai yra, tvirtinti, kad PAGAL KVIRITŲ TEISĘ DAIKTAS PRIKLAUSO JAM.

195. Teisės žinovų nuomonės nesutampa tik dėl to, kad Sabinas bei Kasijus ir kiti mūsų mokytojai mano, jog tai, kas šiuo būdu buvo paskirta, tampa legatoriaus nuosavybe tuoj po to, kai priimamas palikimas, nors legatorius ir nežinotų, kad daiktas jam buvo paskirtas, tačiau po to, kai sužino apie legatą ir jo nepriima, esti taip tarytum legatas apskritai nebuvo užrašytas; tuo tarpu Nerva ir Prokulas bei likusieji šios mokyklos autoritetai laiko, kad daiktas legatoriaus nuosavybe tampa tik išreiškus valią, kad daiktas jam priklausytų. Tačiau šiandien, remiantis imperatoriaus Antonino Pijaus konstitucija, esame linkę taikyti tą nuostatą, kurią palaikė Prokulas; kadangi kai kartą lotynas buvo daiktiniu (vindikaciniu) legatu paskirtas kolonijai, imperatorius tarė: „Tegul miesto tarybos nariai (dekurionai) apsisprendžia, ar norintys, kad jiems priklausytų, tarytum būtų buvęs paskirtas pavieniam asmeniui".

196. Daiktiniu (vindikaciniu) legatu teisėtai paskirti gali būti tik tie daiktai, kurie priklauso testatoriui pagal kviritų teisę. Kas dėl daiktų, kurie gali būti pasveriami, suskaičiuojami, pamatuojami, laikoma esant pakankama, kad testatoriui jo mirties momentu pagal kviritų teisę priklausytų, pavyzdžiui: vynas, aliejus, grūdai, pinigai. Tuo tarpu kas dėl kitų daiktų, laikoma, jog privalo pagal kviritų teisę priklausyti testatoriui abiem momentais – taigi, tiek tada, kai sudaromas testamentas, tiek ir mirties momentu. Kitaip legatas bus negaliojantis.

197. Sed sane hoc ita est iure civili. Postea vero auctore Nerone Caesare senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si eam rem quisque legaverit, quae eius numquam fuerit, proinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset; optimum autem ius est per damnationem legati, quo genere etiam aliena res legari potest, sicut inferius apparebit.

198. Sed si quis rem suam legaverit, deinde post testamentum factum eam alienaverit, plerique putant non solum iure civili inutile esse legatum, sed nec ex senatusconsulto confirmari. Quod ideo dictum est, quia et si per damnationem aliquis rem suam legaverit eamque postea alienaverit, plerique putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legatarium petentem posse per exceptionem doli mali repelli, quasi contra voluntatem defuncti petat.

199. Illud constat, si duobus pluribusve per vindicationem eadem res legata sit, sive coniunctim sive disiunctim, et omnes veniant ad legatum, partes ad singulos pertinere et deficientis portionem collegatario adcrescere. Coniunctim autem ita legatur: TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO LEGO; disiunctim ita: L. TITIO HOMINEM STICHUM DO LEGO. SEIO EUNDEM HOMINEM DO LEGO.

197. Tačiau taip, žinoma, esti pagal *ius civile*. Tuo tarpu vėliau, imperatoriaus Nerono iniciatyva paskelbtas senato nutarimas*, kuriuo nustatyta, kad jeigu kas paskirtų legatu tokį daiktą, kuris jam niekuomet nepriklausė, legatas irgi galioja tarytum būtų paskirtas naudojantis palankesne legato forma. Tuo tarpu optimaliausia forma yra prievolinis (damnacinis) legatas, kuriuo, kaip vėliau** paaiškės, gali būti paskirtas ir svetimas daiktas.

198. Tačiau jei kas paskirtų legatu nuosavą daiktą, o po testamento sudarymo jį perleistų, daugelis laikosi nuomonės, jog legatas yra negaliojantis ne tik pagal *ius civile*, tačiau teisinių pasekmių jis negali sukelti ir pagal senato nutarimą. Tokios nuomonės laikomasi todėl, kad jei kas nuosavą daiktą paskirtų prievoliniu legatu, o vėliau jį perleistų, daugelis yra įsitikinę legatoriaus reikalavimą perduoti daiktą, kuris jam priklauso *ipso iure*, būsiant atmestą dėl procesinės išlygos, jog tai esanti apgaulė, tarytum daikto legatorius reikalautų priešingai mirusiojo valiai.

199. Abejonių nekelia tai, kad jei tas pats daiktas būtų daiktiniu legatu paskirtas dviem ar daugiau asmenų tiek visiems drauge, tiek skyriumi ir visi legatą priims, kiekvienam priklauso daikto dalis, o dalis to, kuris legato nepriėmė, padalinama tarp legatą priėmusiųjų legatorių. Keliems asmenims bendrai legatas užrašomas šitaip: TITUI IR SĖJUI DUODU, UŽRAŠAU VERGĄ STICHĄ; skyriumi šitaip: L. TITUI DUODU, UŽRAŠAU VERGĄ STICHĄ. SĖJUI DUODU, UŽRAŠAU TĄ PATĮ VERGĄ.

---

* Apie 60 metus.

** II, 201–202.

200. Illud quaeritur, quod sub condicione per vindicationem legatum est, pendente condicione cuius esset. Nostri praeceptores heredis esse putant exemplo statuliberi, id est eius servi, qui testamento sub aliqua condicione liber esse iussus est; quem constat interea heredis servum esse. Sed diversae scholae auctores putant nullius interim eam rem esse; quod multo magis dicunt de eo quod sine condicione pure legatum est antequam legatarius admittat legatum.

201. Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEUS STICHUM SERVUM MEUM DARE DAMNAS ESTO; Sed et si DATO scriptum fuerit, per damnationem legatum est.

202. Eoque genere legati etiam aliena res legari potest, ita ut heres <*rem*> redimere et praestare aut aestimationem eius dare debeat.

203. Ea quoque res, quae in rerum natura non est, si modo futura est, per damnationem legari potest, veluti: FRUCTUS QUI IN ILLO FUNDO NATIERUNT, aut QUOD EX ILLA ANCILLA NATUM ERIT.

200. Kyla klausimas, kam priklauso daiktiniu (vindikaciniu) legatu su sąlyga paskirtas daiktas iki sąlyga įvyksta. Mūsų mokytojai sprendžia, jog įpėdiniui, pavyzdžiui, *statuliber*, tai yra tokio vergo, su kuriuo yra susijęs testamente įrašytas nurodymas paleisti į laisvę su kokia nors sąlyga; dėl kurio nekyla abejonių, kad tuokart jis yra įpėdinio vergas. Tačiau priešingos mokyklos atstovai laikosi nuomonės, kad tuokart daiktas yra bešeimininkis. Tuo labiau jie tvirtina taip esant besąlyginio legato atveju, tai yra tol, kol legatorius legato dar nepriėmė.

201. Prievoliniu (damnaciniu) legatu užrašome tokiu būdu: MANO ĮPĖDINIS TEBŪNIE ĮPAREIGOTAS PERDUOTI MANO VERGĄ STICHUI. Tačiau jeigu ir būtų užrašyta: TEGUL ATIDUODA, tai yra prievolinis (damnacinis) legatas.

202. Šios rūšies legatu taip pat galima paskirti ir svetimą daiktą taip, kad įpėdinis susaistomas prievole daiktą nupirkti ir perduoti legatoriui arba sumokėti jam daikto vertę atitinkančią kompensaciją.

203. Taip pat ir toks daiktas, kuris gamtoje realiai neegzistuoja, o dar tik turi atsirasti, gali būti paskiriamas prievoliniu legatu, pavyzdžiui: VAISIAI, UŽAUGSIANTYS TAME ŽEMĖS SKLYPE arba KĄ PAGIMDYS TOJI VERGĖ.

204. Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per vindicationem legatum, continuo legatario adquiritur, sed nihilo minus heredis est. Et ideo legatarius in personam agere debet, id est intendere HEREDEM SIBI DARE OPORTERE, et tum heres <*rem*>, si mancipi sit, mancipio dare aut in iure cedere possessionemque tradere debet: si nec mancipi sit, sufficit si tradiderit. Nam si mancipi rem tantum tradiderit nec mancipaverit, usucapione pleno iure fit legatarii; completur autem usucapio, sicut alio quoque loco diximus, mobilium quidem rerum anno, earum vero, quae solo tenentur, biennio.

205. Est et illa differentia huius <*et*> per vindicationem legati, quod si eadem res duobus pluribusve per damnationem legata sit, si quidem coniunctim, plane singulis partes debentur, sicut in illo <*quod per*> vindicationem legatum *est: si* vero disiunctim, singulis solidum debetur. Ita fit, ut scilicet heres alteri rem, alteri aestimationem eius praestare debeat. Et in coniunctis deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet.

206. Quod autem diximus, deficientis portionem *in* per damnationem quidem legato *in* hereditate retineri, in per vindicationem vero collegatario adcrescere, admonendi sumus ante legem Papiam *hoc* iure civili ita fuisse; post legem vero Papiam deficientis portio caduca fit et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent.

204. Tai, kas buvo šiuo būdu paskirta, net jei ir būtų paskirta besąlygiškai, nėra legatoriaus įgyjama tuomet, kai priimamas palikimas kaip kad esti daiktinio (vindikacinio) legato atveju, tačiau nepaisant to priklauso įpėdiniui. Ir todėl legatorius turi pareikšti prievolinį ieškinį, tai yra tvirtinti, KAD ĮPĖDINĮ SAISTO PRIEVOLĖ PERDUOTI JAM, ir tuomet įpėdinis, jei daiktas priklauso mancipuojamiems, privalo mancipacijos arba procesinės cesijos būdu jam jį perduoti. Jei tai būtų nemancipuojamas daiktas, pakanka, kad jį neformaliai perduotų. Nes jei mancipuojamą daiktą tik neformaliai perduotų, legatorius absoliučią teisę į jį įgyja tik suėjus senačiai. O nuosavybė pagal senatį įgyjama, kaip apie tai minėjome kitoje vietoje[*], jei daiktas kilnojamasis – per vienerius metus, o į tuos, kurie susiję su žemės sklypu – per dvejus metus.

205. Tarp šio legato ir daiktinio (vindikacinio) legato esama dar ir kito skirtumo, jog jei tas pats daiktas prievoliniu legatu bus bendrai paskirtas dviem ar keletui asmenų, tai kiekvienam legatoriui priklauso daikto dalis lygiai taip pat, kaip ir daiktinio (vindikacinio) legato atveju; tuo tarpu, jeigu kiekvienam iš legatorių skyriumi priklauso visas daiktas, todėl įpėdinis privalo vienam perduoti daiktą, o kitam atlyginti jo vertę, o tuo atveju, kai daiktas bendrai paskiriamas keliems legatoriams, legato nepriėmusio legatoriaus dalis nepadalinama kitiems legatoriams, o lieka palikime.

206. Sakėme, jog prievolinio legato atveju legato nepriėmusio legatoriaus dalis lieka palikime, kai tuo tarpu esant daiktiniam (vindikaciniam) legatui atitenka palikimą priėmusiam legatoriui, tačiau turime pabrėžti, kad taip nustatė *ius civile* iki priimant *lex Papia*, o priėmus *lex Papia*, legato nepriėmusio legatoriaus dalis lieka laisva ir atitenka tiems testamente įvardytiems įpėdiniams, kurie turi vaikų.

---

[*] II, 42; 44; 54.

207. Et quamvis prima causa sit in caducis vindicandis heredum liberos habentium, deinde, si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium, tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt.

208. Sed plerisque placuit, quantum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constituitur, nihil interesse, utrum per vindicationem an per damnationem legatum sit.

209. Sinendi modo ita legamus: HERES MEUS DAMNAS ESTO SINERE L. TITIUM HOMINEM STICHUM SUMERE SIBIQUE HABERE.

210. Quod genus legati plus quidem habet <*quam*> *per* vindicationem legatum, minus autem quam per damnationem. Nam eo modo non solum suam rem testator utiliter legare potest, sed etiam heredis sui, cum alioquin per vindicationem nisi suam rem legare non potest, per damnationem autem cuiuslibet extranei rem legare potest.

211. Sed si quidem mortis testatoris tempore res vel ipsius testatoris sit vel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neutrius fuerit.

207. Ir nors pirmumo teisė vindikuoti nepriimtas dalis priklauso įpėdiniams, turintiems palikuonių, o jei įpėdiniai būtų bevaikiai – palikuonių turintiems legatoriams, pats *lex Papia* nustatė, kad legatorius, kuriam daiktas legatu paskirtas bendrai su kitais legatoriais, jeigu turės palikuonių, įgis pirmenybę prieš įpėdinius, nors šie ir turėtų palikuonių.

208. Kas dėl tų teisės nuostatų, *lex Papia* įtvirtintų legatorių, kuriems daiktas paskirtas bendrai, atžvilgiu, daugelis yra įsitikinę, jog nėra skirtumo, ar daiktas paskirtas užrašant daiktiniu (vindikaciniu), ar prievoliniu (damnaciniu) legatu.

209. Legatas, kuriuo įpėdinis įpareigojamas leisti legatoriui pasiimti daiktą, užrašomas šitaip: TEGUL MANO ĮPĖDINIS BŪNA ĮPAREIGOTAS LEISTI, KAD L. TITAS PASIIMTŲ IR SAU PASILIKTŲ VERGĄ STICHĄ.

210. Ši legato atmaina suteikia daugiau galimybių nei daiktinis (vindikacinis), tačiau mažiau nei prievolinis (damnacinis) legatas. Kadangi šiuo būdu testatorius gali tinkamai paskirti ne tik nuosavą, bet taip pat ir jo įpėdiniui priklausantį daiktą, kai tuo tarpu daiktiniu (vindikaciniu) legatu ne savo daikto paskirti negali, o prievoliniu (damnaciniu) legatu gali užrašyti bet kuriam kitam asmeniui priklausantį daiktą.

211. Jeigu testatoriaus mirties momentu daiktas priklauso pačiam testatoriui arba įpėdiniui, legatas, savaime suprantama, yra galiojantis net jei sudarant testamentą daiktas nebūtų priklausęs nei vienam iš jų.

212. Quod si post mortem testatoris ea res heredis esse coeperit, quaeritur, an utile sit legatum. Et plerique putant inutile esse. Quid ergo est? Licet aliquis eam rem legaverit, quae neque eius umquam fuerit neque postea heredis eius umquam esse coeperit, ex senatusconsulto Neroniano proinde videtur, ac si per damnationem relicta esset.

213. Sicut autem per damnationem legata res non statim post aditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet heredis eo usque, donec is tradendo vel mancipando vel in iure cedendo legatarii eam fecerit, ita et in sinendi modo legato iuris est; et ideo huius quoque legati nomine in personam actio est: QUIDQUID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE FACERE OPORTET.

214. Sunt tamen qui putant ex hoc legato non videri obligatum heredem, ut mancipet aut in iure cedat aut tradat, sed sufficere, ut legatarium rem sumere patiatur: quia nihil ultra ei testator imperavit, quam ut sinat, id est patiatur, legatarium rem sibi habere.

215. Maior illa dissensio in hoc legato intervenit, si eandem rem duobus pluribusve disiunctim legasti. Quidam putant utrisque solidam deberi [sicut per vindicationem]; nonnulli occupantis esse meliorem condicionem aestimant, quia, cum eo genere legati damnetur heres patientiam praestare ut legatarius rem habeat, sequitur, ut si priori patientiam praestiterit et is rem sumpserit, securus sit adversus eum, qui postea legatum petierit, quia neque habet rem, ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit, quo minus eam rem haberet.

212. Jeigu tas daiktas įpėdinio nuosavybe tapo po testatoriaus mirties, kyla klausimas, ar legatas galioja, ir daugelis yra įsitikinę, jog legatas yra negaliojantis. Tad kaipgi yra iš tiesų? Net jei kas paskirtų legatu tokį daiktą, kuris nei niekuomet jam nepriklausė, nei niekada vėliau nepradėjo priklausyti jo įpėdiniui, remiantis Nerono iniciatyva paskelbtu senato nutarimu, laikoma tarytum daiktas būtų buvęs paskirtas prievoliniu (damnaciniu) legatu.

213. Taip, kaip ir daiktas, paskirtas prievoliniu (damnaciniu) legatu, netampa legatoriaus nuosavybe iš karto po to, kai priimamas palikimas, tačiau ir toliau priklauso įpėdiniui tol, kol jis mancipacijos arba procesinės cesijos būdu neperduos daikto legatoriui nuosavybėn, tokia pati nuostata taikoma ir legatui, kuriuo įpėdinis įpareigojamas netrukdyti legatoriui pasiimti daiktą. Todėl ir šio legato pagrindu priklauso asmeninis (prievolinis) ieškinys dėl to, KĄ ĮPĖDINIS PRIVALO DUOTI, ATLIKTI PAGAL TESTAMENTĄ.

214. Kita vertus, esama tokių, kurie įsitikinę, jog neatrodo legatorių esant šiuo legatu įpareigotą atlikti mancipaciją arba procesinę cesiją arba neformaliu būdu perduoti daiktą, o pakanka, jog neprieštarautų tam, kad legatorius daiktą pasiima, nes testatorius neįsakė jam nieko daugiau kaip tik tai, kad leistų arba toleruotų, jog legatorius pasilieka daiktą sau.

215. Dar daugiau skirtingų nuomonių dėl šio legato kyla, jei daiktą legatu atskirai užrašei dviem arba keletui asmenų. Vieni yra įsitikinę, kad kiekvienam iš legatorių priklauso visas daiktas taip, kaip ir daiktinio (vindikacinio) legato atveju; tuo tarpu kiti palankesne laiko daiktą užvaldančio legatoriaus padėtį, kadangi esant šiai legato rūšiai įpėdinį saisto pareiga netrukdyti legatoriui valdyti daiktą; iš to išeina, kad jei pirmajam nekliudė ir šis daiktą pasiėmė, lieka nebeatsakingas tam, kuris vėliau pareikalauja įvykdyti legatą, kadangi nei turi daikto, kurį galėtų leisti pasiimti, nei kita vertus, nebuvo jokios jo tyčios, kad daikto nebeturėtų.

216. Per praeceptionem hoc modo legamus: L. TITIUS HOMINEM STICHUM PRAECIPITO.

217. Sed nostri quidem praeceptores nulli alii eo modo legari posse putant, *nisi ei qui aliqua* ex parte heres scriptus esset: praecipere enim esse praecipuum sumere; quod tantum in eius persona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis praecipuum legatum habiturus sit.

218. Ideoque si extraneo legatum fuerit, inutile est legatum; adeo ut Sabinus existimaverit ne quidem ex *senatus* consulto Neroniano posse convalescere: „nam eo" inquit, „senatusconsulto ea tantum confirmantur, quae verborum vitio iure civili non valent, non quae propter ipsam personam legatarii non deberentur". Sed Iuliano et Sexto placuit etiam hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum: nam ex verbis etiam hoc casu accidere, ut iure civili inutile sit legatum, unde manifestum esse, quod eidem aliis verbis recte legatur, veluti per vindicationem, per damnationem, sinendi modo; tunc autem vitio personae legatum non valere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, veluti peregrino, cum quo testamenti factio non sit: quo plane casu senatusconsulto locus non est.

216. Legatas, kuriuo leidžiama daiktą pasiimti iš anksto, yra užrašomas tokiu būdu: TEGUL L. TITAS IŠ ANKSTO PASIIMA VERGĄ STICHĄ.

217. Tačiau mūsų mokytojai laikosi nuomonės, jog šiuo būdu būtų galima užrašyti legatą tik tam, kuris kaip įpėdinis buvo paskirtas paveldėti kokią nors palikimo dalį; kadangi *praecipere* ir reiškia ne ką kita kaip „pasiimti aplenkiant kitus", kas atsitinka tik su tuo, kuris buvo paskirtas paveldėti kokią nors palikimo dalį, kadangi be paveldėjimo teisės jam priklausys ir legatas, suteikiantis teisę pasiimti daiktą iš anksto, tai yra iki padalijant palikimą.

218. Dėl šios priežasties, jeigu legatu paskirtas pašaliniam asmeniui priklausantis daiktas, legatas yra negaliojantis ir iki tokio laipsnio, kad Sabinas buvo įsitikinęs net ir pagal Nerono iniciatyva priimtą senato nutarimą nesant galimybės jį konvaliduoti: „Remiantis šiuo senato nutarimu, – tarė jis, – „teisinę galią įgyja tik tie, kurie pagal *ius civile* yra negaliojantys dėl pavartotų netinkamų žodžių, o ne tie, kurie yra neprivalomi atsižvelgiant į paties legatoriaus asmenybę". Tačiau Julianas* ir Sekstas** pripažino, jog šiuo atveju legatas įsigalioja atsižvelgiant į senato nutarimą, nes ir šiuo atveju legato negaliojimą pagal *ius civile* nulemia netinkamų žodinių formulių vartojimas. Taigi, akivaizdu, kad vartojant kitus žodžius, tam pačiam asmeniui daiktas legatu būtų paskirtas tinkamai, pavyzdžiui, įrašant daiktinį (vindikacinį), prievolinį (damnacinį) legatą arba legatą, kuriuo įpėdinis įpareigojamas leisti legatoriui pasiimti daiktą. Kadangi dėl legatoriaus asmenybės legatas yra negaliojantis tuomet, kai kam nors jokiu būdu negalima paskirti legato, pavyzdžiui, svetimšaliui, kuris negali būti skiriamas testamentiniu įpėdiniu. Akivaizdu, kad šiuo atveju senato nutarimas netaikomas.

* Gyveno II amžiuje.

** Gyveno II amžiuje.

219. Item nostri praeceptores quod ita legatum est nulla <*alia*> ratione putant posse consequi eum, cui ita fuerit legatum, quam iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est dividunda, accipi solet: officio enim iudicis id contineri, ut ei quod per praeceptionem legatum est adiudicetur.

220. Unde intellegimus nihil aliud secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse, nisi quod testatoris sit; nulla enim alia res quam hereditaria deducitur in hoc iudicium. Itaque si non suam rem eo modo testator legaverit, iure quidem civili inutile erit legatum; sed ex senatusconsulto confirmabitur. Aliquo tamen casu etiam alienam rem <*per*> praeceptionem legari posse fatentur: veluti si quis eam rem legaverit, quam creditori fiduciae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant *soluta pecunia luere* eam rem, ut possit *praecipere is*, cui ita legatum sit.

221. Sed diversae scholae auctores putant etiam extraneo per praeceptionem legari posse, proinde ac si ita scribatur: TITIUS HOMINEM STICHUM CAPITO, supervacuo adiecta PRAE syllaba: ideoque per vindicationem eam *rem* legatam videri. Quae sententia dicitur divi Hadriani constitutione confirmata esse.

219. Mūsų mokytojai taip pat laikosi nuomonės, jog tas, kuriam paskirtas šios rūšies legatas, jam paskirto turto negali reikalauti niekaip kitaip, kaip tik proceso dėl turto padalijimo, kuris paprastai vyksta siekiant panaikinti dėl paveldėjimo tarp įpėdinių atsiradusią bendrąją nuosavybę, t. y. padalinti palikimą, tvarka; kadangi teisėjo galioje yra priteisti tai, kas buvo paskirta kaip legatas, kuriuo leidžiama pasiimti daiktą iš anksto, tai yra iki padalijant palikimą.

220. Iš to seka, kad sutinkamai su mūsų mokytojų nuomone, legatu, kuriuo legatoriui leidžiama pasiimti daiktą iš anksto, gali būti paskiriama tik tai, kas priklauso testatoriui, nes joks kitas daiktas, kaip tik priklausantis palikimui, negali būti šio teismo proceso dalykas. Todėl jei testatorius šiuo būdu paskirs ne savo daiktą, pagal *ius civile* legatas bus negaliojantis, tačiau įsigalios (bus konvaliduotas) senato nutarimo pagrindu. Kita vertus, jie sutinka, kad pirmuoju atveju legatu, kuriuo leidžiama daiktą pasiimti iš anksto, galima užrašyti net ir svetimą daiktą, kaip kad, pavyzdžiui, jei kas užrašys tokį daiktą, kurį mancipavo įkeisdamas kreditoriui fiducijos būdu; kadangi yra įsitikinę, jog tarpininkaujant teisėjui, bendraįpėdiniai gali būti įpareigojami atgauti daiktą sumokant kreditoriui skolą tam, kad tas, kuriam daiktas paskirtas legatu, galėtų jį pasiimti iš anksto, tai yra iki padalijant palikimą.

221. Kita vertus, priešingos mokyklos atstovai mano, jog net ir ne vienam iš įpėdinių galima užrašyti legatą, kuriuo legatoriui leidžiama daiktą pasiimti iš anksto, taip pat tarytum tai būtų užrašyta tokiu būdu: TEGUL TITAS PASIIMA VERGĄ STICHĄ be nereikalingo žodžio PRIEŠ TAI. Todėl atrodytų, jog tas daiktas yra paskirtas daiktiniu (vindikaciniu) legatu. Sakoma, kad ši pozicija yra patvirtinta imperatoriaus Adriano konstitucijoje.

222. Secundum hanc igitur opinionem, si ea res ex iure Quiritium defuncti fuerit, potest a legatario vindicari, sive is unus ex heredibus sit sive extraneus; quod si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi vero familiae erciscundae iudicis officio praestabitur: quod si nullo iure fuerit testatoris, tam heredi quam extraneo ex senatusconsulto utile erit.

223. Sive tamen heredibus secundum nostrorum opinionem, sive etiam extraneis secundum illorum opinionem, duobus pluribusve eadem res coniunctim aut disiunctim legata fuerit, singuli partes habere debent.

[Ad legem Falcidiam.] 224. Sed olim quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare nec quicquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; idque lex XII tabularum permittere videbatur, qua cavetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his verbis: UTI LEGASSIT SUAE REI, ITA IUS ESTO. Qua *de causa* qui scripti heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moriebantur.

225. Itaque lata est lex Furia, qua, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mille assibus legatorum nomine mortisve causa capere permissum non est. Sed [et] haec lex non perfecit quod voluit; qui enim verbi gratia quinque milium aeris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis millenos asses legando totum patrimonium erogare.

222. Sutinkamai su ta nuomone, jeigu daiktas buvo mirusiojo kviritinė nuosavybė, legatorius gali jo reikalauti arba kaip vienas iš bendraįpėdinių, arba kaip pašalinis asmuo. Tuo tarpu jei daiktas būtų priklausęs testatoriui kaip bonitarinė nuosavybė, pašaliniam asmeniui legatas bus galiojantis atsižvelgiant į senato nutarimą, o įpėdiniui perduotas teisėjo sprendimu, priimtu padalinant palikimą; jeigu daiktas nepriklausė testatoriui jokiu teisiniu pagrindu, pagal senato nutarimą legatas bus galiojantis tiek įpėdiniui, tiek ir pašaliniam asmeniui.

223. Jeigu tas pats daiktas būtų bendrai arba skyriumi užrašytas dviem arba keletui asmenų – arba, remiantis mūsų mokytojų nuomone, bendraįpėdiniams, arba, anųjų įsitikinimu, pašaliniams, kiekvienam priklauso gauti po dalį.

[Apie *lex falcidia*] 224. Kadaise buvo leidžiama legatais bei vergų paleidimais į laisvę išdalinti visą turtą ir įpėdiniui nepalikti nieko, išskyrus įpėdinio vardą. Laikyta, jog tai leidžiantys XII lentelių įstatymai, nustatę, jog bet koks testamente esantis su turtu susijęs potvarkis laikytinas galiojančiu ir tai išreiškiantys žodžiai: BET KURIS POTVARKIS DĖL TURTO TEGUL TURI ĮSTATYMO GALIĄ. Dėl šios priežasties tie, kurie testamente nurodyti kaip įpėdiniai, atsisakydavo priimti palikimą ir daugelis mirdavo be testamento.

225. Dėl to buvo priimtas *lex Furia*, kuris, išskyrus kai kuriuos asmenis, visiems likusiems neleidžia legatų ir dovanojimų mirties atvejui būdu gauti daugiau kaip tūkstantį asų. Tačiau įstatymas neįgyvendino to, ko buvo siekiama, nes, pavyzdžiui, tas, kurio turtas vertas penkių tūkstančių asų, galėjo paskirdamas legatus penkiems asmenims, kiekvienam po tūkstantį, išdalinti visą savo turtą.

226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisve causa capere liceret, quam heredes *caperent.* Ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere videbantur, sed tamen fere vitium simile nascebatur; nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio poterat <*testator*> adeo heredi minimum relinquere, ut non expediret heredi huius lucri gratia totius hereditatis onera sustinere.

227. Lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus ei legare liceat quam dodrantem. Itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat. Et hoc nunc iure utimur.

228. In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Fufia Caninia, sicut in primo commentario rettulimus.

[De inutiliter relictis legatis.] **229.** Ante heredis institutionem *inutiliter* legatur, scilicet quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, et ob id velut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio.

230. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari potest.

231. Nostri praeceptores nec tutores eo loco dari posse *existimant;* sed Labeo et Proculus tutorem posse dari, quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione.

226. Dėl to vėliau buvo priimtas *lex Voconia*, kuriuo nustatyta, kad niekas legatų ar dovanojimų mirties atvejui pagrindu negali gauti daugiau nei tenka įpėdiniams. Atrodytų, kad remiantis šiuo įstatymu nors kažkas atiteks įpėdiniams. Kita vertus, vis dėlto išaiškėjo panašus netobulumas, nes išdalinęs turtą daugeliui asmenų, kurių naudai paskiriami legatai, testatorius galėjo palikti įpėdiniui tiek mažai, jog įpėdinis nebuvo suinteresuotas dėl tokios neženklios naudos prisiimti palikimo skolų.

227. Dėl to buvo priimtas *lex Falcidia*, kuriuo nustatyta, jog nevalia legatais išskirstyti daugiau nei ¾, todėl būtina, kad įpėdiniui atitektų ¼ palikimo dalis. Ir ši nuostata dabar taikoma.

228. Pernelyg didelę laisvę išlaisvinti vergus suvaržė ir *lex Fufia Caninia*, tai [kokiu būdu] aptarėme pirmajame komentare[*].

[Apie negaliojančius legatus.] **229.** Legatas, kuris užrašomas prieš paskiriant įpėdinį, yra negaliojantis, o taip yra todėl, kad testamento galia randasi iš įpėdinio paskyrimo ir dėl šios priežasties įpėdinio paskyrimas laikomas tarytum viso testamento pradžia ir pagrindu.

230. Dėl tos pačios priežasties taip pat laisvė negali būti suteikta prieš paskiriant įpėdinį.

231. Mūsų mokytojai mano toje vietoje taip pat esant negalima skirti globėjų, tačiau Labeonas ir Prokulas tvirtina, jog globėją paskirti galima, nes dėl globėjo paskyrimo palikimas nesumažta.

* I, 42 ir toliau.

232. Post mortem quoque heredis inutiliter legatur, id est hoc modo: CUM HERES MEUS MORTUUS ERIT, DO LEGO, aut DATO. Ita autem recte legatur: CUM HERES <MEUS> MORIATUR, quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo vitae eius tempore. Rursum ita non potest legari: PRIDIE QUAM HERES MEUS MORIETUR; quod non pretiosa ratione receptum videtur.

233. Eadem et de libertatibus dicta intellegemus.

234. Tutor vero an post mortem heredis dari possit quaerentibus eadem forsitan poterit esse quaestio, quae de <*eo*> agitatur, qui ante heredum institutionem datur.

[DE POENAE CAUSA RELICTIS LEGATIS.] **235.** Poenae quoque nomine inutiliter legatur. Poenae autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres aliquid faciat aut non faciat; veluti quod ita legatur: si HERES MEUS FILIAM SUAM TITIO IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIT, X <MILIA> SEIO DATO, vel ita: SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIUM NON COLLOCAVERIS, X MILIA TITIO DATO; sed et si heredem, *si* verbi gratia intra biennium monumentum sibi non fecerit, X <*milia*> Titio dare iusserit <*testator*>, poenae nomine legatum est; et denique ex ipsa definitione multas similes species circumspicere possumus.

236. Nec libertas quidem poenae nomine dari potest quamvis de ea re fuerit quaesitum.

232. Negaliojantis yra ir legatas po įpėdinio mirties, tai yra užrašomas šitokiu būdu: KAI MANO ĮPĖDINIS MIRS, DUODU, UŽRAŠAU arba: TEGUL DUODA. Tuo tarpu tinkamai paskirtu laikomas taip užrašytas legatas: MANO ĮPĖDINIUI MIRŠTANT, nes yra paliekamas ne po įpėdinio mirties, tačiau paskutiniu jo gyvenimo momentu. Ir atvirkščiai – negalima užrašyti šitaip: DIENĄ PRIEŠ MANO ĮPĖDINIUI MIRŠTANT, nors pastarojo draudimo, atrodo, priimta laikytis be rimtesnių argumentų.

233. Tą patį laikysime esant pasakyta apie išlaisvinimus.

234. Klausimas, ar galima paskirti globėją po įpėdinio mirties, greičiausiai, yra tolygus klausimui, ar galima paskirti globėją nepaskyrus įpėdinio.

[APIE LEGATUS, KURIE PASKIRIAMI SIEKIANT NUBAUSTI] **235.** Negaliojantis yra legatas, kuris paskiriamas turint tikslą nubausti. Legatu, kuriuo siekiama nubausti, laikoma tai, kas buvo palikta turint tikslą, kad arba įpėdinis ką nors padarytų, arba ko nors nedarytų, kas, pavyzdžiui, yra užrašoma šitaip: JEIGU MANO ĮPĖDINIS IŠTEKINS SAVO DUKTERĮ UŽ TITO, TEGUL DUODA SĖJUI 10 000, arba taip: JEIGU NEIŠTEKINSI DUKTERS UŽ TITO, DUOK TITUI 10 000. Tačiau legatas taip pat užrašomas siekiant nubausti, kai testatorius paliepia sumokėti Titui 10 000, jeigu, pavyzdžiui, per du metus jam nebūsiantis pastatytas paminklas. Galiausiai, remiantis pačiu apibrėžimu, galima surasti daugybę panašių pavyzdžių.

236. Net ir laisvės negalima suteikti siekiant nubausti, nors dėl to buvo abejojama.

237. De tutore vero nihil possumus quaerere, quia non potest datione tutoris heres compelli quidquam facere aut non facere; ideoque <*etsi secundum mentem testatoris is qui tutor*> datur poenae nomine tutor datus fuerit, magis sub condicione quam poenae nomine datus videbitur.

238. Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. Incerta autem videtur persona, quam per incertam opinionem animo suo testator subicit, veluti *cum* ita legatum sit: QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VENERIT, EI HERES MEUS X <MILIA> DATO. Idem iuris est, si generaliter omnibus legaverit: QUICUMQUE AD FUNUS MEUM VENERIT. In eadem causa est quod ita relinquitur: QUICUMQUE FILIO MEO IN MATRIMONIUM FILIAM SUAM CONLOCAVERIT, EI HERES MEUS X MILIA DATO. Illud quoque quod ita relinquitur: QUI POST TESTAMENTUM <SCRIPTUM PRIMI> CONSULES DESIGNATIERUNT, aeque incertis personis legari videtur. Et denique aliae multae huiusmodi species sunt. Sub certa vero demonstratione incertae personae recte legatur, veluti: EX COGNATIS MEIS QUI NUNC SUNT QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VENERIT, EI X MILIA HERES MEUS DATO.

239. Libertas quoque non videtur incertae personae dari posse, quia lex Fufia Caninia iubet nominatim servos liberari.

240. Tutor quoque certus dari debet.

237. Dėl globėjo negalime turėti jokių abejonių, nes skiriant globėją negalima priversti įpėdinį ką nors atlikti arba nuo ko nors susilaikyti. Dėl šios priežasties, net jei, testatoriaus nuomone, skirdamas globėją, tai daro siekdamas nubausti, globėjas bus greičiau laikomas paskirtas su sąlyga nei siekiant nubausti.

238. Legatas yra negaliojantis, jei paskiriamas neapibrėžtam asmeniui. Neapibrėžtu laikomas asmuo, kuris testatoriaus sąmonėje suvokiamas nekonkrečiai, pavyzdžiui, kai užrašoma taip: TAM, KURIS PIRMASIS ATEIS Į MANO LAIDOTUVES, ĮPĖDINIS TEGUL DUODA 10 000. Ta pati nuostata galioja, kai tokia bendra forma užrašoma visiems: BET KURIAM, KURIS ATEIS Į MANO LAIDOTUVES. Taip pat esti ir kai paliekama šitaip: TEGUL MANO ĮPĖDINIS DUODA 10 000 BET KURIAM, KURIS IŠLEIS SAVO DUKTERĮ UŽ MANO SŪNAUS. Taip pat ir tai, kas paliekama šitaip: TIEMS, KURIE PO TESTAMENTO SURAŠYMO PIRMIEJI BŪTŲ PASKIRTI KONSULAIS, taip pat laikoma esant paskirta neapibrėžtiems asmenims. Galiausiai, esama daugybės kitų šios rūšies atvejų. Tuo tarpu konkrečiai įvardinant neapibrėžtam asmeniui paskirtas legatas yra galiojantis, pavyzdžiui: TEGUL MANO ĮPĖDINIS SUMOKA 10 000 TAM IŠ DABARTINIŲ MANO KOGNATŲ, KURIS PIRMASIS APSILANKYS MANO LAIDOTUVĖSE.

239. Esąs galimas neatrodo ir laisvės suteikimas neapibrėžtam asmeniui, nes *lex Fufia Caninia* įpareigoja suteikiant vergams laisvę įvardyti juos vardu.

240. Taip pat ir globėju privalo būti skiriamas konkretus asmuo.

241. Postumo quoque alieno inutiliter legatur. <*Est*> autem alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est. Ideoque ex emancipato quoque filio conceptus nepos extraneus postumus *est; item qui* in utero est eius, quae iure civili non intellegitur uxor, extraneus postumus patris intellegitur.

242. Ac ne heres quidem potest institui postumus alienus; est enim incerta persona.

243. Cetera vero, quae supra diximus, ad legata proprie pertinent. Quamquam non immerito quibusdam placeat poenae nomine heredem institui non posse: nihil enim interest, utrum legatum dare iubeatur heres, si fecerit aliquid aut non fecerit, an coheres ei adiciatur, quia tam coheredis adiectione quam legati datione compellitur, ut aliquid contra propositum suum faciat aut non faciat.

241. Negalioja taip pat ir svetimam po mirties gimusiam kūdikiui paskirtas legatas. Svetimas po mirties gimęs kūdikis yra tas, kuris gimęs netampa testatoriaus namų įpėdiniu. Todėl ir vaikaitis, kuris yra emancipuoto sūnaus sūnus, laikomas svetimu po mirties gimusiu kūdikiu. Lygiai taip pat ir esantysis įsčiose tos, kuri pagal *ius civile* nelaikoma žmona, traktuojamas kaip svetimas po tėvo mirties gimęs kūdikis.

242. Svetimas po mirties gimęs kūdikis, be to, negali būti net ir skiriamas įpėdiniu, nes yra neapibrėžtas asmuo.

243. Galiausiai, visa kita, ką aukščiau nurodėme, galioja būtent legatų atžvilgiu, nors kai kurie yra įsitikinę, jog negalima skirti įpėdiniu siekiant nubausti. Kadangi nesama skirtumo, ar įpėdinis yra įpareigojamas perduoti legatu paskirtą daiktą, jeigu ką nors atliks, arba jei ko nors nepadarys, arba jei papildomai yra paskiriamas bendraįpėdinis, nes tiek paskiriant bendraįpėdinį, tiek apsunkinant legatu yra priverčiamas priešingai savo ketinimams ką nors atlikti ar ko nors nepadaryti.

244. An ei, qui in potestate sit eius, quem heredem instituimus, recte legemus, quaeritur. Servius recte legari putat, sed evanescere legatum, si quo tempore dies legatorum cedere solet adhuc in potestate sit; ideoque sive pure legatum sit et vivo testatore in potestate heredis esse desierit, sive sub condicione et ante condicionem id acciderit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte legari, pure non recte, putant: licet enim vivo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intellegi oportere, quia quod nullas vires habiturum foret, si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo valere, quia vitam longius traxerit, absurdum esset. *Sed* diversae scholae auctores nec sub condicione recte legari, quia, quos in potestate habemus, eis non magis sub condicione quam pure debere possumus.

245. Ex diverso constat ab eo, qui in potestate <*tua*> est, herede instituto recte tibi legari; sed si tu per eum heres extiteris, evanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si vero filius emancipatus aut servus manumissus erit vel in alium translatus, et ipse heres extiterit aut alium fecerit, deberi legatum.

246. *Nunc* transeamus ad fideicommissa.

247. Et prius de hereditatibus videamus.

248. In primis igitur sciendum est opus esse, ut aliquis heres recto iure instituatur eiusque fidei committatur, ut eam hereditatem alii restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo recto iure heres instituitur.

244. Kyla klausimas, ar galioja legatas, užrašomas esančiam valdžioje to, kurį skiriame įpėdiniu. Servijus laiko, jog legatas galioja, tačiau netenka galios, jeigu legatorius liks įpėdinio valdžioje iki tol, kol įgyja teisę į legatą. Todėl galima reikalauti įvykdyti legatą, jei jis buvo užrašytas besąlygiškai, o legatorius testatoriui esant gyvam nustojo būti pavaldus įpėdiniui, arba taip pat ir tada, kai legatas yra užrašytas su sąlyga, bet tai atsitinka iki sąlygai įvykstant. Sabinas ir Kasijus yra įsitikinę, jog legatas su sąlyga yra galiojantis, o besąlyginis – negalioja. Nors dar testatoriui esant gyvam legatorius gali nustoti buvęs pavaldus įpėdiniui, nepaisant to, legatą reikia laikyti negaliojančiu, nes būtų absurdiška, jog tai, kas nesukeltų teisinių pasekmių, jei testatorius mirtų iš karto po testamento sudarymo, būtų pripažinta galiojant dėl to, kad testatorius išgyveno ilgiau. Tačiau priešingos mokyklos atstovai yra įsitikinę, kad ir legatas su sąlyga negalioja, nes tų, kuriems turime valdžią, atžvilgiu negalime būti įpareigoti nei su sąlyga, nei besąlygiškai.

245. Priešingai, yra aišku, jog galioja legatas, kurį tau užrašo tas, kuris yra tavo valdžioje ir yra paskirtas įpėdiniu. Tačiau jei jis paskirs tave savo įpėdiniu, legato nebelieka, nes negali būti įpareigotas ką nors įvykdyti savo paties naudai. Kita vertus, jeigu sūnus bus emancipuotas arba vergas išlaisvintas, arba perleistas kitam ir pats taps įpėdiniu, arba ką nors kitą paskirs savo įpėdiniu, legatas galioja.

246. Dabar pereikime prie fideikomisų.

247. Tačiau pirmiausia aptarkime paveldėjimus.

248. Taigi visų pirma privalu žinoti esant būtina ką nors paskirti įpėdiniu pagal *ius civile* ir jo gerai valiai patikėti to palikimo perdavimą kitam asmeniui, nes priešingu atveju testamentas, kuriuo niekas nepaskirtas civiliniu įpėdiniu, yra negaliojantis.

249. Verba autem [utilia] fideicommissorum haec [recte] maxime in usu esse videntur: PETO, ROGO, VOLO, FIDEI COMMITTO; quae proinde firma singula sunt, atque si omnia in unum congesta sint.

250. Cum igitur scripserimus: <L.> TITIUS HERES ESTO, possumus adicere: ROGO TE, L. TITI, PETOQUE A TE, UT CUM PRIMUM POSSIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, C. SEIO REDDAS RESTITUAS. Possumus autem et de parte restituenda rogare; et liberum est vel sub condicione vel pure relinquere fideicommissa vel ex die certa.

251. Restituta autem hereditate is qui restituit nihilo minus heres permanet; is vero qui recipit hereditatem aliquando heredis loco est, aliquando legatarii.

252. Olim autem nec heredis loco erat nec legatarii, sed potius emptoris. Tunc enim in usu erat ei, cui restituebatur hereditas, nummo uno eam hereditatem dicis causa venire; et quae stipulationes <*inter venditorem hereditatis et emptorem interponi solent, eaedem interponebantur*> inter heredem et eum, cui restituebatur hereditas, id est hoc modo: heres quidem stipulabatur ab eo, cui restituebatur hereditas, ut quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, sive quid alias bona fide dedisset, eo nomine indemnis esset, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur; ille vero qui recipiebat hereditatem invicem stipulabatur, ut si quid ex hereditate ad heredem pervenisset, id sibi restitueretur, ut etiam pateretur eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi.

249. Atrodo, kad dažniausiai fideikomisams vartojami žodžiai yra: REIKALAUJU, PRAŠAU, NORIU, PAVEDU GERAI VALIAI, iš kurių kiekvienas sukeltų tokias pačias pasekmes kaip ir juos visus pavartojus drauge.

250. Todėl jeigu parašysime: L. TITAS TEBŪNIE ĮPĖDINIS, GALIME PRIDURTI: PRAŠAU TAVĘS, L. TITAI, IR REIKALAUJU IŠ TAVĘS, KAD KAI TIK GALĖSI PRIIMTI MANO PALIKIMĄ, ATIDUOTUM IR PERDUOTUM JĮ GAJUI SĖJUI. Taip pat galime prašyti perduoti palikimo dalį. Mūsų valioje yra nustatyti fideikomisą su salyga arba besąlygiškai arba su apibrėžtu terminu.

251. Perdavęs palikimą tas, kuris jį perdavė, nepaisant to, išlieka įpėdinis, o tas, kuris jį priėmė, vienais atvejais užima įpėdinio, o kitais – legatoriaus padėtį.

252. Tuo tarpu kadaise jis neužimdavo nei įpėdinio, nei legatoriaus padėties, o greičiau pirkėjo padėtį. Kadangi anuomet buvo įprasta, kad tam, kuriam buvo perduodamas palikimas, jis buvo formaliai parduodamas už vieną monetą, o tokios pačios žodinės sutartys (stipuliacijos), kokias tarpusavyje paprastai sudaro pardavėjas ir perkantysis, buvo sudaromos tarp įpėdinio ir to, kuriam perduodamas palikimas, tai yra tokiu stipuliacijos būdu įpėdinis iš to, kuriam atitekdavo palikimas, gaudavo užtikrinimą, jog nepatirsiąs nuostolių dėl to, kas iš jo bus priteista kaip iš įpėdinio, arba ką kitu pagrindu perduosiąs gera valia ir apskritai, jei kas pareikštų jam su palikimu susijusį ieškininį reikalavimą, busiantis tinkamai apgintas. Tuo tarpu tas, kuriam atitekdavo palikimas, savo ruožtu stipuliacijos būdu užsitikrindavo, kad jeigu įpėdiniui bus įvykdytos kokios nors su palikimu susijusios prievolės, gautas turtas būsiantis perduotas jam, o be to, kad įpėdinis netrukdysiantis jam, kaip procesiniam atstovui – prokuratoriui arba kognitoriui, reikšti su palikimu susijusius ieškinius.

253. Sed posterioribus temporibus Trebellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones, quae iure civili heredi et in heredem conpeterent, <*ei*> et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Per quod senatusconsultum desierunt illae cautiones in usu haberi. Praetor enim utiles actiones ei et in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit, eaeque in edicto proponuntur.

254. Sed rursus quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, postea Pegaso et Pusione <*consulibus*> senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, proinde liceret quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis *retinere* conceditur. Ex singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Per quod senatusconsultum ipse <*heres*> onera hereditaria sustinet; ille autem, qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est, id est eius legatarii, cui pars bonorum legatur: quae species legati partitio vocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem. Unde effectum est, ut quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eaedem interponantur inter eum, qui ex fideicommissi causa recipit hereditatem, et heredem, id est ut et lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit.

253. Kita vertus, vėlesniaisiais laikais, Trebelijui Maksimui ir Enėjui Senekai einant konsulų pareigas[*], buvo priimtas senato nutarimas, kuriuo nustatyta, kad jei kam nors fideikomiso pagrindu bus perduotas palikimas, ieškinius, kuriuos *ius civile* suteikia teisę pareikšti įpėdiniui ir kurie gali būti pareikšti jam, reikia suteikti tam ir prieš tą, kuriam fideikomiso pagrindu buvo perduotas palikimas. Priėmus šį senato nutarimą, nustota teikti anuos užtikrinimus. Kadangi pretorius pradėjo teikti ieškinius pagal analogiją tam ir prieš tą, kuriam atiteko palikimas tarytum įpėdiniui arba prieš įpėdinį; tokie ieškiniai buvo numatyti edikte.

254. Tačiau vėlgi, kadangi paskirtieji įpėdiniai, iš kurių dažnai buvo reikalaujama perduoti visą palikimą arba beveik visą, atsisakydavo jį priimti, nes jiems tai buvo visai nenaudinga arba mažai naudinga ir dėl to fideikomisai netekdavo galios, vėliau, Pegasui ir Pusionui einant konsulų pareigas, senatas nustatė, kad tam, iš kurio buvo reikalaujama perduoti palikimą, taip pat būtų leista pasilikti sau vieną ketvirtąją dalį taip, kaip pagal *lex Falcidia* suteikiama teisė pasilikti legatų atveju. Taip pasilikti leidžiama ir tuomet, kai fideikomisu yra paskirti pavieniai daiktai. Pagal šį senato nutarimą visos su palikimu susijusios prievolės saisto patį įpėdinį, tuo tarpu tas, kuriam fideikomiso pagrindu atitenka likusioji palikimo dalis, užima dalinio legatoriaus, tai yra tokio, kuriam paskiriama palikimo dalis, padėtį. Ši legato rūšis yra vadinama daliniu legatu, nes legatorius dalijasi palikimą su įpėdiniu. To padarinys buvo tai, jog tokios pačios žodinės sutartys (stipuliacijos), kokias tarpusavyje sudaro įpėdinis ir palikimo dalies legatorius, yra sudaromos ir tarp to, kuriam fideikomiso pagrindu atitenka palikimas, ir įpėdinio tam, kad iš palikimo gaunama nauda ir nuostoliai jų būtų patiriami bendrai, proporcingai priklausančioms dalims.

* 55–57 metai.

255. Ergo si quidem non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tum ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hereditas, et in utrumque actiones hereditariae pro rata parte dantur, in heredem quidem iure civili, in eum vero, qui recipit hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano. Quamquam heres etiam pro ea parte quam restituit heres permanet eique et in eum solidae actiones competunt; sed non ulterius oneratur nec ulterius illi dantur actiones, quam apud eum commodum hereditatis remanet.

256. At si quis plus quam dodrantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus est Pegasiano senatusconsulto.

257. Sed is, qui semel adierit hereditatem, si modo sua voluntate adierit, sive retinuerit quartam partem sive noluerit retinere, ipse universa onera hereditaria sustinet; sed quarta quidem retenta quasi partis et pro parte stipulationes interponi debent tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si vero totam hereditatem restituerit, ad exemplum emptae et venditae hereditatis stipulationes interponendae sunt.

255. Todėl jeigu testamentinis įpėdinis bus prašomas perduoti ne daugiau nei ¾ palikimo, tuomet palikimas privalo būti perduodamas sutinkamai su *senatusconsultum Trebellianum*, o su palikimu susiję ieškiniai gali būti reiškiami ir vienam, ir kitam proporcingai jiems tenkančioms dalims; įpėdiniui ieškiniai reiškiami pagal *ius civile*, tuo tarpu tam, kuriam atitenka palikimas – *senatusconsultum Trebellianum* pagrindu. Nepaisant to, kad įpėdinis lieka įpėdiniu net ir tos dalies, kurią perduoda, atžvilgiu ir jam bei prieš jį priklauso ieškiniai dėl viso palikimo, tačiau jis nėra atsakingas už palikimo skolas ir taip pat jam nesuteikiama teisė pareiškiant ieškinius reikalauti daugiau nei sudaro jo iš palikimo gautoji nauda.

256. Tačiau jei kieno nors būtų reikalaujama perduoti daugiau nei ¾ arba net ir visą palikimą, yra taikomas *senatusconsultum Pegasianum**.

257. Tas, kuris kartą priėmė palikimą, jeigu tik tai padarė savo valia, tiek jei pasilieka sau vieną ketvirtadalį, tiek jei nenori pasilikti, yra pats atsakingas už visas palikimo skolas. Kita vertus, pasilikus vieną ketvirtadalį, reikia sudaryti vadinamąją *partis et pro parte* stipuliaciją – tokią pačią, kokia yra sudaroma tarp palikimo dalį gaunančio legatoriaus ir įpėdinio. Tuo tarpu jei yra perduodamas visas palikimas, turi būti sudaromos tokios stipuliacijos, kurios sudaromos palikimo pirkimo-pardavimo atveju.

* Tiksli senato nutarimo paskelbimo data nėra žinoma. Manoma, kad apytiksliai jis galėjo būti priimtas apie 73–75 metus.

258. Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur *Pegasiano* senatusconsulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu praetoris adeat et restituat, proindeque ei et in eum qui receperit <*hereditatem*> actiones dentur, ac iuris esset ex senatusconsulto Trebelliano. Quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic qui restituit securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur, qui receperit hereditatem.

259. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres *institutus* aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partis partem restituere rogetur; nam et hoc casu de quarta parte eius partis ratio ex Pegasiano senatusconsulto haberi solet.

260. Potest autem quisque etiam res singulas per fideicommissum relinquere, veluti fundum hominem vestem argentum pecuniam, et vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non possit.

261. Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis aut legatarii aut cuiuslibet alterius. Itaque et legatarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei legata sit, sed etiam de alia, sive ipsius legatarii sive aliena sit. Sed hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogetur aliis restituere, quam ipse ex testamento ceperit; nam quod amplius est, inutiliter relinquitur.

258. Tačiau jeigu testamente įvardytasis įpėdinis atsisakytų priimti palikimą, tvirtindamas turintis įtarimų, jog palikimas esantis nuostolingas, *senatusconsultum Pegasianum* nustatyta, kad reikalaujant tam, kuriam įpėdinis yra prašomas perduoti palikimą, privalo, pretoriaus palieptas, palikimą priimti ir perduoti, o, be to, nustatyta, kad tam ir prieš tą, kuriam atiteko palikimas, reikia suteikti ieškinius pagal *senatusconsultum Trebellianum* nustatytąją teisę. Šiuo atveju nereikalingos jokios stipuliacijos, nes tuo pačiu yra tiek suteikiamas užtikrinimas tam, kuris perduoda palikimą, tiek su palikimu susiję ieškiniai pereina tam ir prieš tą, kuris palikimą gavo.

259. Nėra jokio skirtumo ar tas, kuris yra paskirtas viso turto paveldėtoju, yra prašomas perduoti visą palikimą ar jo dalį, ar tas, kuris yra paskirtas dalies paveldėtoju, yra prašomas perduoti visą jam tenkančią dalį ar tik jam tenkančios dalies dalį, nes ir šiuo atveju turi būti laikomasi *senatusconsultum Pegasianum* nuostatų dėl ¼ dalies.

260. Taip pat bet kas gali fideikomisu paskirti ir pavienius daiktus, pavyzdžiui: žemės sklypą, vergą, drabužį, sidabrą, pinigus ir prašyti arba patį įpėdinį, kad kam nors perduotų, arba legatorių, nors legatoriaus nevalia apsunkinti legatu.

261. Fideikomisu galima palikti ne tik paties testatoriaus nuosavą, tačiau taip pat įpėdinio arba legatoriaus arba bet kurio kito asmens daiktą. Todėl taip pat ir legatoriaus gali būti prašoma ne tik, kad perduotų kam nors jam legatu paskirtą daiktą, bet taip pat ir kitą, tiek paties legatoriaus, tiek ir svetimą daiktą. Reikia paisyti tik to, kad niekieno nebūtų prašoma perduoti daugiau nei pats būtų gavęs pagal testamentą; nes tai, kas fideikomisu paskirta viršijant palikimą, negalioja.

262. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere et praestare, aut aestimationem *eius* solvere, *sicut iuris est, si* per damnationem aliena res legata sit. Sunt tamen qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non vendat, extingui fideicommissum; sed aliam esse causam per damnationem legati.

263. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut vel heres rogetur manumittere vel legatarius.

264. *Nec interest, utrum de suo proprio* servo testator roget an de eo, qui ipsius heredis aut legatarii vel etiam extranei sit.

265. Itaque et alienus servus redimi et manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, sane extinguitur fideicommissaria libertas, quia hoc *casu* pretii computatio nulla intervenit.

266. Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus *fuerit,* sed eius qui manumittit.

267. At qui directo testamento liber esse iubetur, veluti hoc modo: STICHUS SERVUS <MEUS> LIBER ESTO. Vel hoc: STICHUM SERVUM MEUM LIBERUM ESSE IUBEO, is *ipsius* testatoris fit libertus. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris ex iure *Quiritium fuerit, et quo* faceret testamentum et quo moreretur.

262. Tuo tarpu kai fideikomisu paliekamas svetimas daiktas, tas, kurio prašoma, privalo tą daiktą nupirkti ir perduoti arba sumokėti daikto vertę kaip esti tuo atveju, kai svetimas daiktas yra paskiriamas prievoliniu (damnaciniu) legatu. Kita vertus, esama teisininkų, kurie laiko, jog jei savininkas atsisako parduoti fideikomisu paliktą daiktą, fideikomisas netenka galios; tačiau kitaip esti prievolinio (damnacinio) legato atveju.

263. Fideikomisu taip pat galima suteikti laisvę vergui, prašant, kad arba įpėdinis, arba legatorius jį išlaisvintų.

264. Reikšmės neturi tai, ar testatorius prašo išlaisvinti nuosavą vergą, ar tokį, kuris priklauso pačiam įpėdiniui arba legatoriui, arba net ir svetimą.

265. Todėl ir svetimas vergas turi būti nuperkamas ir išlaisvinamas. Jeigu savininkas jo neparduotų, laisvės suteikimas fideikomisu, žinoma, netenka galios, kadangi šiuo atveju negali būti jokios kalbos apie kainos nustatymą.

266. Tas, kuris paleidžiamas į laisvę fideikomisu, netampa testatoriaus išslaivintuoju (libertinu), nors ir būtų testatoriaus vergas, o to, kuris jį paleidžia į laisvę.

267. Savo ruožtu tas, kurį paleisti į laisvę tiesiogiai nurodoma testamente, pavyzdžiui, tokiu būdu: STICHAS, MANO VERGAS, TEGUL BŪNA LAISVAS, arba taip: ĮSAKAU, KAD MANO VERGAS STICHAS BŪTŲ LAISVAS, tampa paties testatoriaus išlaisvintuoju (libertinu). Niekas kitas negali tiesiogiai pagal testamentą gauti laisvės kaip tik tas, kas abiem momentais priklausė testatoriui pagal kviritų teisę: tuomet, kai sudarė testamentą ir tuomet, kai numirė.

268. Multum autem differunt *ea,* quae per fideicommissum relinquntur, ab his, quae directo iure legantur.

269. Nam ecce per fideicommissum *etiam ab herede* heredis relinqui potest; cum alioquin legatum *ita relictum* inutile sit.

270. Item intestatus moriturus potest ab eo, ad quem bona eius pertinent, fideicommissum alicui relinquere; cum alioquin ab eo legari non possit.

270a. *Item legatum codicillis* relictum non aliter valet, quam si a testatore confirmati fuerint, id est nisi in testamento caverit testator, ut quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit; fideicommissum vero etiam non confirmatis codicillis relinqui potest.

271. Item a legatario legari non potest; sed fideicommissum relinqui potest. Quin etiam ab eo quoque, cui per fideicommissum relinquimus, rursus alii per fideicommissum relinquere possumus.

272. Item servo alieno directo libertas dari non potest; sed per fideicommissum potest.

273. Item codicillis nemo heres institui potest neque exheredari, quamvis testamento confirmati sint; at is, qui testamento heres institutus est, potest codicillis rogari, ut eam hereditatem alii totam vel ex parte restituat, quamvis testamento codicilli confirmati non sint.

274. Item mulier, quae ab eo, qui centum milia aeris census est, per legem Voconiam heres institui non potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest.

268. Esama didelio skirtumo tarp to, kas palikta fideikomisu, ir to, kas tiesiogiai užrašyta legatu.

269. Fideikomisu galima vienam iš įpėdinių suteikti turtinės naudos kito įpėdinio sąskaita, kai tuo tarpu taip paskirtas legatas yra negaliojantis.

270. Lygiai taip pat tas, kuris turi mirti nesudaręs testamento, gali kieno nors naudai apsunkinti fideikomisu tą, kuriam atitenka jo turtas, kai tuo tarpu apsunkinti legatu – negali.

270a. Lygiai taip pat legatas, kuris yra užrašomas kodiciluose, galioja tik tuomet, jeigu kodicilai bus testatoriaus patvirtinti, tai yra, jei testatorius testamente numatys, kad tai, kas įrašyta kodiciluose, turi privalomąją galią. Tuo tarpu fideikomisas gali būti paliekamas net ir nepatvirtintuose kodiciluose.

271. Panašiai legatoriaus negalima apsunkinti legatu, o fideikomisu – galima. Dar daugiau, tą, kuriam ką nors palikome fideikomisu, galime įpareigoti įvykdyti fideikomisą, kurį paliekame kieno nors kito naudai.

272. Panašiai ir svetimam vergui – tiesiogiai laisvės suteikti negalima, tačiau galima tai padaryti fideikomisu.

273. Lygiai taip pat niekas negali būti kodiciluose paskirtas įpėdiniu arba nuo paveldėjimo nušalintas, nors jie ir būtų patvirtinti testamentu; tuo tarpu tą, kuris yra paskirtas įpėdiniu testamente, galima kodicilais prašyti perduoti kam nors kitam visą palikimą ar jo dalį, nors kodicilai ir nebūtų patvirtinti testamentu.

274. Panašiai ir moteris, kuri pagal *lex Voconia* negali būti skiriama įpėdine to, kurio turtas būtų įvertintas 100 000 asų, gali priimti turtą, kuris jai paliktas fideikomisu.

275. Latini quoque, qui hereditates legataque directo iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt.

276. Item cum senatusconsulto prohibitum sit proprium servum minorem annis XXX liberum et heredem instituere, plerisque placet posse nos iubere liberum esse, cum annorum XXX erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas.

277. Item quamvis non <*possimus*> post mortem eius, qui nobis heres extiterit, alium in locum eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare, ut cum morietur alii eam hereditatem totam vel ex parte restituat. Et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus: CUM TITIUS HERES MEUS MORTUUS ERIT, VOLO HEREDITATEM MEAM AD P. MAEVIUM PERTINERE. Utroque autem modo, tam hoc quam illo, Titius heredem suum obligatum relinquit de fideicommisso restituendo.

278. Praeterea legata <*per*> formulam petimus; fideicommissa vero Romae quidem apud consulem vel apud eum praetorem, qui praecipue de fideicommissis ius dicit, persequimur, in provinciis vero apud praesidem provinciae.

279. Item de fideicommissis semper in urbe ius dicitur; de legatis vero, cum res aguntur.

275. Taip pat ir lotynai, kuriems *lex Iunia* draudžia betarpiškai priimti palikimus bei legatus, gali gauti turtą fideikomiso pagrindu.

276. Taip pat, nepaisant, kad senato nutarimas draudžia nuosavą vergą, jaunesnį nei trisdešimties metų amžiaus, išlaisvinti ir skirti įpėdiniu, dauguma teisininkų laikosi nuomonės, jog galime paliepti, kad taptų laisvas sulaukęs trisdešimties bei prašyti, kad tuomet jam būtų perduotas palikimas.

277. Taip pat nors negalime po mirties to, kuris taps mūsų įpėdiniu, skirti jo vietoj kito, tačiau galime jį prašyti, kad prieš mirdamas visą palikimą arba jo dalį perduotų kitam. O kadangi įpėdiniui mirus galima paskirti fideikomisą, to paties galėsime pasiekti, jeigu parašysime taip: KAI MIRS TITAS, MANO ĮPĖDINIS, NORIU, KAD MANO PALIKIMAS ATITEKTŲ P. MEVIJUI. Taigi, abiem būdais – tiek pirmuoju, tiek antruoju Titas įpareigoja savo įpėdinį įvykdyti fideikomisą.

278. Be to, legato įvykdymo reikalaujame pareikšdami ieškinį formulinio proceso tvarka, o tuo tarpu dėl fideikomiso įvykdymo Romoje kreipiamės į konsulą arba pretorių, įgyvendinantį jurisdikciją ginčuose, susijusiuose su fideikomisais, o provincijose – į provincijos vietininkus.

279. Tokiu būdu ginčai dėl fideikomisų Romoje nagrinėjami bet kuriuo metu, o dėl legatų – tik tomis dienomis, kuriomis gali vykti teismo procesai.

280. Item fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit qui fideicommissum debebit; legatorum vero usurae non debentur: idque rescripto divi Hadriani significatur. Scio tamen Iuliano placuisse in eo legato, quod sinendi modo relinquitur, idem iuris esse quod in fideicommissis: quam sententiam et his temporibus magis optinere video.

281. Item legata Graece scripta non valent; fideicommissa vero valent.

282. Item si legatum per damnationem relictum heres infitietur, in duplum cum eo agitur; fideicommissi vero nomine semper in simplum persecutio est.

283. Item <*quod*> quisque ex fideicommisso plus debito per errorem solverit, repetere potest; at id quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. Idem scilicet iuris est de eo [legato], quod non debitum vel ex hac vel ex illa causa per errorem solutum fuerit.

284. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non sunt.

285. Ut ecce peregrini poterant fideicommissa capere; et fere haec fuit origo fideicommissorum. Sed postea id prohibitum est; et nunc ex oratione divi Hadriani senatusconsultum factum est, ut ea fideicommissa fisco vindicarentur.

280. Panašiai jei tas, kuris privalo įvykdyti fideikomisą, per nustatytą terminą to nepadarė, privalo mokėti palūkanas ir grąžinti gautus vaisius, o neįvykdžius legato, palūkanų mokėti nepriklauso ir taip yra nurodyta imperatoriaus Adriano reskripte. Kita vertus, man žinoma, jog Julijanas laikėsi nuomonės, kad užrašius legatą, kuriuo įpėdinis įpareigojamas leisti legatoriui pasiimti daiktą, taikoma tokia pati nuostata kaip ir fideikomiso atveju. Matau, jog šiuo metu tokiai nuomonei pritaria daugelis teisininkų.

281. Lygiai taip pat tie legatai, kurie yra užrašyti graikiškai, negalioja, o fideikomisai – galioja.

282. Panašiai, jei įpėdinis ginčija esant paskirtą prievolinį (damnacinį) legatą, jam pareiškiamas ieškinys, kuriuo reikalaujama dvigubos legatu paskirto turto vertės, tuo tarpu jei turtas paskirtas fideikomisu, galima reikalauti tik tiek, kiek tas turtas yra vertas.

283. Panašiai galima pareikalauti sugrąžinti, jei vykdant fideikomisą per klaidą perduota daugiau turto nei privalu, o negalima išreikalauti to, kas per klaidą buvo perduota viršijant prievolinio (damnacinio) legato vertę. Žinoma, tokia pati nuostata taikoma ir esant legatui, kurio apskritai nereikėjo vykdyti, arba kuris dėl vienos ar kitos priežasties buvo įvykdytas per klaidą.

284. Būta ir kitų skirtybių, kurių šiuo metu nebelikę.

285. Taip, pavyzdžiui, svetimšaliai galėjo priimti fideikomisus ir greičiausiai iš to ir kilo fideikomisai, tačiau vėliau tai buvo uždrausta ir šiuo metu, remiantis imperatoriaus Adriano pateikto siūlymo pagrindu priimtu senato nutarimu, tokie fideikomisai atitenka iždui.

286. Caelibes quoque, qui per legem *Iuliam* hereditates legataque capere prohibentur, olim fideicommissa videbantur capere posse.

286a. Item orbi, qui per legem Papiam [ob id quod liberos non habebant] dimidias partes *hereditatum* legatorumque perdunt, olim solida fideicommissa videbantur capere posse. Sed postea senatusconsulto Pegasiano proinde fideicommissa quoque ac legata hereditatesque capere posse prohibiti sunt; eaque translata sunt ad eos, qui <*in eo*> testamento liberos habent, aut si *nulli* liberos habebunt, ad populum, sicut iuris est in legatis et in hereditatibus, quae eadem aut simili ex causa <*caduca fiunt*>.

287. Item olim incertae personae vel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamvis neque heres institui neque legari ei posset; sed senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, idem in fideicommissis quod in legatis hereditatibusque constitutum est.

288. Item poenae nomine iam non dubitatur nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

289. Sed quamvis in multis iuris partibus longe latior causa sit fideicommissorum quam eorum quae directo relinquuntur, in quibusdam tantundem valeant, tamen tutor non aliter testamento dari potest quam directo, veluti hoc modo: LIBERIS MEIS TITIUS TUTOR ESTO, vel ita: LIBERIS MEIS TITIUM TUTOREM DO; per fideicommissum dari vero non potest.

---

286. Atrodo, jog kadaise taip pat ir nesusituokusieji, kuriems *lex Iulia* draudžia priimti palikimus ir legatus, galėjo priimti fideikomisus.

286a. Panašiai ir bevaikiai, kurie pagal *lex Papia* netenka pusės palikimų ir legatų, nes neturi vaikų, kadaise, atrodo, galėjo gauti visą fideikomisą. Tačiau vėliau, remiantis *senatusconsultum Pegasianum*, jiems uždrausta priimti fideikomisus, kaip ir legatus, ir palikimus, ir jie atitenka tiems, kurie yra įvardyti testamente ir turi vaikų, o jeigu vaikų niekas neturėtų – tuomet tautai, sutinkamai su nuostata, taikoma legatų ir palikimų, kurie dėl tos pačios ar panašios priežasties tampa išmariniai, atžvilgiu.

287. Kadaise taip pat buvo galima ir neapibrėžtam asmeniui ar pašaliniam po mirties gimusiam kūdikiui ką nors palikti fideikomisu, nors jų nevalia buvo paskirti įpėdiniais nei legatoriais. Tačiau senato nutarimas, kuris buvo priimtas imperatoriaus Adriano iniciatyva, fideikomiso atžvilgiu pritaikė tai, kas galioja legatams ir palikimams.

288. Taip pat jau nekyla abejonių, kad turint tikslą nubausti, negalima ko nors palikti ir fideikomisu.

289. Ir nors daugelyje teisinių santykių fideikomiso taikymas yra platesnis nei potvarkių, kuriais turtas paliekamas tiesiogiai, kai kuriais atvejais fideikomisas sukelia tokias pačias teisines pasekmes. Kita vertus, globėjas gali būti skiriamas tik tiesiogiai testamente, pavyzdžiui, šitaip: TITAS TEBŪNIE MANO VAIKŲ GLOBĖJAS, arba taip: SAVO VAIKŲ GLOBĖJU SKIRIU TITĄ; tuo tarpu fideikomisu globėjas negali būti paskiriamas.

Commentarius Tertius

Trečioji knyga

1. *Intestatorum hereditates ex lege XII tabularum primum ad suos heredes pertinent.*

2. *Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerunt, veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote filio nato prognatus prognatave. Nec interest, utrum naturales sint liberi an adoptivi. Ita demum tamen nepos neptisve et pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit sive alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per id tempus, quo quisque morietur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. Idem et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus.*

3. *Uxor quoque quae in manu eius qui moritur est ei sua heres est, quia filiae loco est: item nurus quae in filii manu est, nam et haec neptis loco est: sed ita demum erit sua heres, si filius, cuius in manu fuerit, cum pater moritur, in potestate, eius non sit. Idemque dicemus et de ea quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est.*

4. *Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.*

5. *Idem iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto post* mortem patris causa probatur. Nam et hi vivo patre causa probata in potestate eius futuri essent.

1. Tų, kurie mirė nesudarę testamento, palikimas pagal XII lentelių įstatymus pirmąja eile atitenka „saviesiems“ įpėdiniams.

2. „Savaisiais“ įpėdiniais laikomi descendentai (palikuonys), kurie buvo palikėjo valdžioje jam mirštant, kaip antai, sūnus arba duktė, sūnaus palikuonys – vaikaitis arba vaikaitė, vaikaičio (gimusio sūnui) palikuonys – provaikaitis ar provaikaitė. Nesvarbu, ar jie yra tikrieji vaikai ar įvaikintieji. Kita vertus, vaikaitis ir vaikaitė, provaikaitis ir provaikaitė „saviesiems“ įpėdiniams priskiriami tik tuomet, jeigu prieš juos einantis artimiausias protėvis jau nebuvo pavaldus savo aukštutinės eilės agnatui. Nesvarbu, ar taip atsitiko dėl aukštesniosios eilės agnato mirties ar dėl kitos priežasties, pavyzdžiui, dėl emancipacijos. Todėl jeigu tuo metu, kai kas miršta, sūnus yra jam pavaldus, tai sūnui gimęs vaikas (t. y. mirusiojo vaikaitis) jau negali būti „savasis“ įpėdinis. Laikysime, jog tai, kas pasakyta, galioja ir tolimesnio laipsnio descendentams (palikuonims).

3. Taip pat žmona, esanti sutuoktinio valdžioje jam mirštant, yra jo „savoji“ įpėdinė, nes užima dukters vietą. Taip pat ir marti, kuri yra sūnaus valdžioje, laikoma „savąja“ įpėdine, nes ir ji užima vaikaitės vietą. Tačiau „savoji“ įpėdinė marti bus tik tuo atveju, jeigu sūnus, kurio, kaip vyro, valdžiai ji buvo pasidavusi, nebuvo pavaldus savo tėvui jo mirties metu. Tą patį pasakytume ir apie tą moterį, kuri dėl sudarytos santuokos pavaldi vaikaičiui, nes ji užima provaikaitės vietą.

4. Lygiai ir gimusieji po tėvo mirties, kurie būtų pavaldūs tėvui, jei būtų gimę jam tebeesant gyvam, taip pat laikomi „savaisiais“ įpėdiniais.

5. Ši taisyklė taikoma taip pat ir tiems asmenims, kurie, remdamiesi *lex Aelia Sentia* arba senato nutarimu, po tėvo mirties teisme įrodys savo teises; nes jei būtų įrodę savo teises tėvui esant gyvam, jie būtų tėvui pavaldūs.

6. Quod etiam de eo filio, qui ex prima secundave mancipatione post mortem patris manumittitur, intellegemus.

7. Igitur cum filius filiave et ex altero filio nepotes neptesve extant, pariter ad hereditatem vocantur; nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. Aequum enim videbatur nepotes neptesve in patris sui locum portionemque succedere. Pari ratione et si nepos neptisve sit ex filio et ex nepote pronepos proneptisve, simul omnes vocantur ad hereditatem.

8. Et quia placebat nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis sui locum succedere, conveniens esse visum est non in capita, stirpes hereditatem dividi, ita ut filius partem dimidiam hereditatis ferat et ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam; item si ex duobos filiis nepotes extent et ex altero filio unus forte vel duo, ex altero tres aut quattuor, ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat et ad tres aut quattuor altera dimidia.

9. Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege XII tabularum ad adgnatos.

10. Vocantur autem adgnati qui legitima cognatione iuncti sunt. Legitima autem cognatio est ea, quae per virilis sexus personas *coniungitur. Itaque eodem* patre nati fratres agnati *sibi sunt, qui etiam consanguinei* vocantur, nec requiritur, an etiam matrem eandem habuerint. Item patruus fratris filio et invicem is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique etiam consobrinos vocant. Qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus.

6. Manome, kad tai taikoma ir sūnui, kuris po tėvo mirties išlaisvinamas iš valdžios dėl pirmosios arba antrosios mancipacijos.

7. Taigi, jeigu yra sūnus ir duktė ir nuo kito sūnaus turimi vaikaičiai ir vaikaitės, tai visi jie lygiai šaukiami paveldėti ir pagal laipsnį artimesnis nenušalina nuo paveldėjimo tolimesnio. Mat laikyta esant teisinga, kad vaikaičiai arba vaikaitės įstotų į savo tėvo vietą ir paveldėtų jam priklausančią palikimo dalį. Dėl tos pačios priežasties, jei būtų sūnaus, sūnus ir duktė (vaikaičiai) ir vaikaičio sūnus ir duktė (provaikaičiai), jie visi kartu šaukiami paveldėti.

8. Kadangi pripažinta, kad vaikaičiai, o taip pat ir provaikaičiai paveldi vietoje savo ascendento, tai buvo laikoma tikslinga palikimą dalinti ne pagalviui (ne pagal asmenų skaičių), bet kartoms, kad sūnus gautų vieną pusę palikimo, o du ar daugiau kito sūnaus vaikų (palikėjo vaikaičių) – kitą pusę. Lygiai taip pat, jei yra dviejų sūnų vaikai (palikėjo vaikaičiai) – vieno vienas arba du, kito trys arba keturi, tai viena palikimo pusė priklauso vienam arba dviems, o kita – trims arba keturiems.

9. Jeigu nebūtų nieko iš „savųjų" įpėdinių, tai pagal tuos pačius XII lentelių įstatymus palikimas atitenka agnatams.

10. Agnatais vadinami tie, kuriuos sieja teisinė (civilinė) giminystė. Tuo tarpu teisinė giminystė yra toji, kuri susiklosto per vyriškos lyties asmenis. Todėl broliai, gimę iš to paties tėvo, vienas kitam yra agnatai; jie taip pat vadinami gimusiais iš vieno tėvo, nepaisant, ar ir jų motina buvo ta pati. Lygiai taip pat ir dėdė (tėvo brolis) sūnėnui ir, atvirkščiai – šis savo dėdei bus agnatas. Į šį skaičių patenka ir dviejų brolių vaikai, kuriuos dauguma dar vadina pusbroliais. Tokiu būdu mes galėtume priskaičiuoti daug agnatinės giminystės laipsnių.

11. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex XII tabularum hereditatem, sed his qui tum, cum certum est aliquem intestatum decessisse, proximo gradu sunt.

12. Nec in eo iure successio est: ideoque si agnatus proximus hereditatem omiserit vel antequam adierit decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege competit.

13. Ideo autem non mortis tempore quis proximus fuerit requirimus, sed eo tempore, quo certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia si quis *testamento* facto decesserit, melius esse visum est tunc ... requiri proximum, cum certum esse coeperit neminem ex eo testamento fore heredem.

14. Quod ad feminas tamen attinet, in hoc iure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum [bonis] ab his capiendis. Nam feminarum hereditates proinde ad nos agnationis iure redeunt atque masculorum; nostrae vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. Itaque soror fratri sororive legitima heres est, amita vero et fratris filia legitima heres esse <*non potest. Sororis autem nobis loco est*> etiam mater aut noverca, quae per in manum conventionem apud patrem nostrum iura filiae nacta est.

15. Si ei, qui defunctus erit, sit frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur, frater prior est, quia gradu praecedit. Sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes.

11. Tačiau XII lentelių įstatymai teisę paveldėti vienu metu pripažįsta ne visiems agnatams, o tik tiems, kurie tuomet, kai paaiškėja, jog kas mirė nesudaręs testamento, yra artimiausi pagal giminystės laipsnį.

12. Šiuo, t. y. agnatų paveldėjimo, atveju nėra paveldėjimo teisės perėjimo. Todėl jeigu artimiausias agnatas atsisakys palikimo arba mirs prieš jį priimdamas, tolimesniesiems agnatams jokia paveldėjimo pagal įstatymą teisė nepriklauso.

13. Todėl tai, kuris giminaitis artimiausias, apsprendžiama ne mirties momentu, bet tuo metu, kai paaiškėja, kad palikėjas mirė nesudaręs testamento, nes laikyta, jog tuo atveju, kai mirusysis yra sudaręs testamentą, artimiausio giminaičio esti geriau ieškoti tuomet, kai tampa aišku, kad niekas netaps įpėdiniu pagal tą testamentą.

14. Kita vertus, moterų atžvilgiu šiose teisės nuostatose kas kita yra numatoma tiems atvejams, kai paveldima po moters mirties, o kas kita tiems, kai moterys paveldi kitų asmenų turtą. Kadangi palikimas po moterų mirties pereina mums agnatinės giminystės pagrindu taip pat, kaip ir po vyrų; tuo tarpu mūsų palikimas moterims neatitenka, išskyrus tas, kurios kilusios iš to paties tėvo. Taigi, sesuo yra įstatyminė brolio arba sesers įpėdinė, o teta ir brolio duktė negali būti įstatyminės įpėdinės. Tuo tarpu sesers vietą mūsų atžvilgiu taip pat užima motina ir pamotė, kuri, patekdama vyro valdžion, mūsų tėvo atžvilgiu įgyja dukters teises.

15. Jeigu mirusysis turi brolį ir kito brolio sūnų, tai, brolis, kaip yra aišku iš to, kas nurodyta aukščiau, turės pirmenybę todėl, kad pagal giminystės laipsnį, jis yra artimesnis. „Savųjų" įpėdinių atžvilgiu šios teisės nuostatos buvo aiškinamos kitaip.

16. Quod si defuncti nullus frater extet, <*sed*> sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, veluti ex uno unus vel duo, ex altero tres vel quattuor, utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. Iam dudum tamen placuit in capita dividendam esse hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas dividetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

17. Si nullus agnatus sit, eadem lex XII tabularum gentiles ad hereditatem vocat. Qui sint autem gentiles, primo commentario rettulimus: et cum illic admonuerimus totum gentilicium ius in desuetudinem abiisse, supervacuum est hoc quoque loco de eadem re curiosius tractare.

18. Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum hereditates. Quod ius quemadmodum strictum fuerit, palam est intellegere.

19. Statim enim emancipati liberi nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse.

20. Idem iuris est, si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo civitate Romana donati nec ab imperatore in potestatem redacti fuerint.

21. Item agnati capite deminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione perimitur.

16. Jeigu po mirusiojo nelieka nei vieno brolio, o tik brolių vaikai, tai palikimas priklauso visiems. Kita vertus, kyla klausimas tuo atveju, jei jų skaičius būtų nevienodas, pavyzdžiui, vienas arba du vieno brolio, o kito – trys arba keturi, ar palikimą dera dalinti kartomis, kaip tai daroma tarp „savųjų" įpėdinių, ar verčiau pagalviui? Tačiau jau kurį laiką įprasta šiuo atveju dalinti palikimą pagalviui. Todėl kiek iš kiekvienos pusės bus asmenų, į tiek dalių bus dalijamas palikimas, kad kiekvienas gautų savo dalį.

17. Nesant jokio agnato, tie patys XII lentelių įstatymai numato gentainių (*gentiles*) teisę paveldėti. Kas gi yra *gentiles*, mes apibrėžėme pirmojoje knygoje*. Kadangi ten paminėjome, jog visa gentinė teisė nebetaikoma, taip pat bergždžias būtų ir detalus to paties dalyko nagrinėjimas iš naujo šioje vietoje.

18. Šitaip XII lentelių įstatymais buvo reglamentuotas paveldėjimas po asmenų, nesudariusių testamento, mirties. Nesunku suprasti, kokia griežta tai buvusi teisė.

19. Tokiu būdu, pavyzdžiui, emancipuoti palikuonys pagal šį įstatymą netenka teisės paveldėti po savo ascendentų mirties, kai tik nustoja būti „savaisiais" įpėdiniais.

20. Tokia pati nuostata taikoma ir vaikams, jeigu jie nėra pavaldus savo tėvui dėl to, kad Romos pilietybė buvo kartu suteikta ir tėvui, ir jiems, tačiau imperatorius nenustatė juos esant pavaldžius tėvui.

21. Taip pat agnatai, kurių teisinis subjektiškumas apribotas (*capitis deminutio*), pagal šį įstatymą nešaukiami paveldėti, kadangi teisinio subjektiškumo apimties susiaurėjimas naikina agnatinę giminystę.

* Neaišku, kurioje tiksliai vietoje Gajus apie tai minėjo.

22. Item proximo agnato non adeunte hereditatem, nihilo magis sequens iure legitimo admittitur.

23. Item feminae agnatae, quaecumque consanguineorum gradum excedunt, nihil iuris ex lege habent.

24. Similiter non admittuntur cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur; adeo quidem, ut nec inter matrem et filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendae ius competat, praeterquam si per in manum conventionem consanguinitatis iura inter eos constiterint.

25. Sed hae iuri iniquitates edicto praetoris emendatae sunt.

26. Nam *eos* omnes, qui legitimo iure deficiuntur, vocat ad hereditatem, proinde ac si in potestate parentis mortis tempore fuissent, sive soli sint sive etiam sui heredes, id est qui in potestate patris fuerunt, concurrant.

27. Agnatos autem capite deminutos non secundo gradu post suos heredes vocat, id est non eo gradu vocat, quo per legem vocarentur, si capite minuti non essent, sed tertio proximitatis nomine: licet enim capitis deminutione ius legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent. Itaque si quis alius sit qui integrum ius agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit.

22. Tokiu būdu, jeigu artimiausias agnatas nepriėmė palikimo, kitas – tolimesnio laipsnio agnatas nešaukiamas paveldėti pagal įstatymą.

23. Lygiai taip pat ir moterys agnatės, jei tik jos nepriklauso iš to paties tėvo kilusių asmenų ratui, neturi jokios paveldėjimo pagal įstatymą teisės.

24. Panašiai nešaukiami paveldėti ir kraujo giminaičiai (kognatai), kurie yra susiję giminyste per moteriškos lyties asmenis; ir net tarp motinos ir sūnaus bei dukters nėra paveldėjimo po vieni kitų mirties teisės, nebent dėl pasidavimo vyro valdžiai, tarp jų atsirastų iš vieno tėvo kilusių asmenų teisės.

25. Tačiau šios teisingumo neatitinkančios teisės nuostatos buvo pakoreguotos pretoriaus ediktu.

26. Kadangi pretorius visus tuos, kurie neturi teisės paveldėti pagal XII lentelių įstatymus, lygiai taip pat šaukia paveldėti tarytum jie būtų buvę ascendento valdžioje jo mirties momentu; ir visiškai nepriklausomai nuo to, ar į palikimą pretenduoja tik jie vieni, ar konkuruoja su namų įpėdiniais, t. y. su tais, kurie buvo pavaldūs tėvui.

27. Agnatų, kuriuos ištiko *capitis deminutio* (kurių teisinis subjektiškumas apribotas), pretorius nešaukia paveldėti antrąja eile po „savųjų" įpėdinių, kitaip tariant, nešaukia paveldėti toje eilėje, kurioje jie būtų šaukiami paveldėti pagal įstatymą, jei jų teisinis subjektiškumas nebūtų apribotas, bet trečiąja eile. Kadangi nors apribojus teisinį subjektiškumą nutrūksta agnatinės giminystės ryšiai ir prarandama paveldėjimo pagal įstatymą (t. y. pagal *ius civile*) teisė, išsaugomos teisės, kurias teikia kraujo (kognatinė) giminystė. Todėl jeigu atsirastų disponuojantis agnatinės giminystės teikiamų įgalinimų visuma, jam priklausytų pirmumo teisė paveldėti, nors jis ir būtų tolimesnio laipsnio palikėjo giminaitis.

28. Idem iuris est, ut quidam putant, in eius agnati persona, qui proximo agnato omittente hereditatem nihilo magis iure legitimo admittitur. Sed sunt qui putant nunc eodem gradu a praetore vocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur.

29. Feminae certe agnatae, quae consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu vocantur, id est si neque suus heres neque agnatus ullus erit.

30. Eodem gradu vocantur etiam eae personae, quae per feminini sexus personas copulatae sunt.

31. Liberi quoque qui in adoptiva familia sunt ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

32. Quos autem praetor vocat ad hereditatem, hi heredes ipso quidem iure non fiunt; nam praetor heredes facere non potest; *per legem enim tantum vel similem iuris constitutionem heredes fiunt,* veluti per senatusconsultum et constitutionem principalem. Sed *cum eis praetor dat bonorum possessionem,* loco heredum *constituuntur.*

33. *Adhuc autem* etiam alios complures gradus *praetor facit in bonorum possessionibus dandis, dum* id agit, *ne quis sine successore moriatur.* De quibus in his commentariis consulto *non agimus, cum (quia)* hoc ius totum propriis commentariis *executi simus.*

28. Kai kurių teisininkų nuomone, tokia pati taisyklė taikoma ir tam agnatui, kuris, artimiausiam agnatui nepriėmus palikimo, vis tiek negalėdavęs paveldėti pagal įstatymą (t. y. pagal *ius civile*). Kita vertus, esama ir tokių, kurie mano pretorių šaukiant jį paveldėti su ta pačia įpėdinių eile, kurioje įstatymas leidžia paveldėti agnatams.

29. Be abejo, moterys agnatės, nepriklausančios asmenų, kilusių iš vieno tėvo, ratui, yra šaukiamos paveldėti trečiojoje eilėje, t. y., jeigu nebus namų įpėdinio ir jokio agnato.

30. Toje pačioje eilėje šaukiami paveldėti ir tie asmenys, kurie yra susiję giminyste per moteriškos lyties asmenis.

31. Taip pat ir descendentai, kurie agnatinės šeimos nariais tapo dėl įvaikinimo, šaukiami paveldėti po biologinių ascendentų (tikrųjų tėvų) toje pačioje eilėje.

32. Tuo tarpu tie, kuriuos paveldėti šaukia pretorius, netampa įpėdiniais *ipso iure*, nes pretorius nei vieno negali padaryti įpėdiniu; mat įpėdinio teisės įgyjamos tik įstatymo arba panašaus į jį akto, kaip, pavyzdžiui, senato nutarimo arba imperatoriaus konstitucijos pagrindu. Tačiau jeigu pretorius suteikia jiems faktinį paveldimo turto valdymą (*bonorum possessio*), jie užima įpėdinio padėtį.

33. Pretorius, suteikdamas *bonorum possessio*, nustato ir daugelį kitų laipsnių, nes taip elgiasi stengdamasis, kad niekas nenumirtų neturėdamas įpėdinio. Nurodytų laipsnių mes šiuose komentaruose nenagrinėsime sąmoningai, kadangi visas šias teisės nuostatas esame aptarę kituose komentaruose.

33a. *Hoc* solum admonuisse sufficit ....

....

(14 versus legi nequeunt)

....

(19 versus legi nequeunt)

34. *Aliquando tamen neque emendandi neque impugnandi veteris iuris sed magis confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessio nem. Item ab* intestato heredes suos et agnatos ad bonorum possessionem vocat. Quibus casibus beneficium eius in eo solo videtur aliquam utilitatem habere, ut is, qui ita bonorum possessionem petit, interdicto, cuius principium est QUORUM BONORUM, uti possit. Cuius interdicti quae sit utilitas, suo loco proponemus. Alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet iure civili.

35. Ceterum saepe quibusdam ita datur bonorum possessio, ut is, cui data sit, <*non*> optineat hereditatem; quae bonorum possessio dicitur sine re.

33a. Pakaks tik to, kad pažymėsime (...33 eilutės...)

34. Kita vertus, kai kuriais atvejais pretorius žada *bonorum possessio* ne siekdamas pataisyti arba panaikinti senąją teisę, bet greičiau ją patvirtinti. Nes tiems, kurie paskirti įpėdiniais testamentu, sudarytu laikantis teisės nustatytų formalių reikalavimų, pretorius suteikia *bonorum possesio* pagal testamentą. Lygiai taip pat, jeigu testamento nėra, valdyti palikimą (*bonorum possessio*) pretorius šaukia „savuosius" įpėdinius ir agnatus. Atrodo, jog šiais atvejais pretoriaus pagalba naudinga tik tiek, kad tas, kuris siekia tapti palikimo valdytoju, gali pasinaudoti interdiktu, prasidedančiu žodžiais TURTO, KURIS (*quorum bonorum*); kuo naudingas šis interdiktas, mes paaiškinsime atitinkamoje vietoje*. Be to, ir be pretoriaus teikiamo faktinio palikimo valdymo (*bonorum possessio*), palikimas jiems priklauso pagal civilinę teisę (*ius civile*).

35. Galiausiai *bonorum possessio* kai kuriems neretai suteikiamas taip, jog tas, kuris pripažintas palikimo valdytoju, palikimo negauna. Toks palikimo valdymas vadinamas „be turto" (*bonorum possessio sine re*).

* IV, 144.44.4.

36. Nam si verbi gratia iure facto testamento heres institutus creverit hereditatem, sed bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere noluerit, contentus eo, quod iure civili heres sit, nihilo minus ii, qui nullo facto testamento ad intestati bona vocantur, possunt petere bonorum possessionem; sed sine re ad eos hereditas pertinet, cum testamento scriptus heres evincere hereditatem possit.

37. Idem iuris est, si intestato aliquo mortuo suus heres noluerit petere *bonorum* possessionem, contentus *legitimo iure. Nam* et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, quia evinci hereditas a suo herede potest. Et illud convenienter *dicetur:* si ad agnatum iure civili pertinet hereditas et is adierit hereditatem, sed bonorum possessionem petere noluerit, et si quis ex proximis cognatis petierit, sine re habebit bonorum possessionem propter eandem rationem.

38. Sunt et alii quidam similes casus, quorum aliquos superiore commentario tradidimus.

39. Nunc de libertorum bonis videamus.

36. Jei, pavyzdžiui, įpėdinis, kuris paskirtas testamentu, sudarytu laikantis teisės nustatytų formalių reikalavimų, priims palikimą, bet nesikreips dėl *bonorum possessio* pagal testamentą pasitenkindamas tuo, kad jis esantis įpėdinis pagal *ius civile*, tai nepaisant to, asmenys, kurie, testamentui esant negaliojančiam, galėtų būti šaukiami paveldėti pagal įstatymą, gali kreiptis dėl palikimo valdymo (*bonorum possessio*). Tačiau palikimas jiems priklauso „be turto“, kadangi testamentinis įpėdinis gali jį išsireikalauti pareikšdamas teisme ieškinį (*hereditatis petitio*).

37. Ta pati taisyklė taikoma ir tuo atveju, jeigu po testamento nesudariusio palikėjo mirties, jo „savasis“ įpėdinis nepareikalaus palikimo valdymo (*bonorum possessio*), tenkindamasis paveldėjimo pagal įstatymą teise. Kadangi net agnatui priklauso palikimo valdymas (*bonorum possessio*), tačiau „be turto“, nes „savasis“ įpėdinis gali iš jo palikimą išsireikalauti pareikšdamas ieškinį. Sutinkamai su tuo galima teigti: jeigu palikimas priklauso agnatui pagal civilinę teisę ir jis jį priims, bet nesikreips dėl paveldėto turto valdymo (*bonorum possessio*), o kas nors iš artimiausių kognatų to pareikalaus, tai dėl tos pačios priežasties jam priklausys *bonorum possessio* „be turto“.

38. Esama ir kitų panašių atvejų; kai kuriuos iš jų mes apžvelgėme ankstesniojoje knygoje*.

39. Dabar imsimės aptarti išlaisvintųjų turtą.

* II, 119; 148 ir toliau.

40. Olim itaque licebat liberto patronum suum impune testamento praeterire. Nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus nullo suo herede relicto. Itaque intestato quoque mortuo liberto, si is suum heredem reliquerat, nihil in bonis eius patrono iuris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur esse querella; si vero vel adoptivus filius filiave vel uxor, quae in manu esset, <*suus vel*> sua heres esset, aperte iniquum erat nihil iuris patrono superesse.

41. Qua de causa postea praetoris edicto haec iuris iniquitas emendata est. Sive enim faciat testamentum libertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinquat, et si aut nihil aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio; si vero intestatus moriatur suo herede relicto adoptivo filio *vel* uxore, quae in manu ipsius esset, vel nuru, quae in manu filii eius fuerit, datur aeque patrono adversus hos suos heredes partis dimidiae bonorum possessio. Prosunt autem liberto ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, sed etiam emancipati et in adoptionem dati, si modo aliqua ex parte heredes scripti *sint, aut praeteriti* contra tabulas testamenti bonorum possessionem ex edicto petierint; nam exheredati nullo modo repellunt patronum.

40. Kadaise išlaisvintasis nevaržomas galėjo nepaminėti savo patrono testamente. Iš tiesų pagal XII lentelių įstatymus patronas šauktas paveldėti išlaisvintojo turtą tik jei išlaisvintasis mirdavo nesudaręs testamento ir nepalikęs jokio „savojo“ įpėdinio. Todėl po išlaisvintojo, net ir nesudariusio testamento, mirties, jei jis palikdavęs „savąjį“ įpėdinį, patronas neturėjo jokios teisės į išlaisvintojo turtą. Ir jeigu išlaisvintojo „savasis“ įpėdinis buvo kuris nors jo tikrųjų vaikų (palikuonių), laikyta ieškinį esant nepagrįstą; tuo tarpu jeigu „savasis“ įpėdinis arba įpėdinė buvo įsūnis arba įdukra, arba žmona, esanti vyro valdžioje, būtų buvę aiškiai neteisinga nesuteikti patronui jokios paveldėjimo teisės.

41. Dėl šios priežasties toji teisingumo neatitinkanti teisės nuostata vėliau buvo pataisyta pretoriaus ediktu. Kadangi jei išlaisvintasis sudarydavo testamentą, jis privalėjo turtą paskirstyti taip, kad patronui tektų pusė išlaisvintojo turto, o jeigu patronui išlaisvintasis nepalikdavo nieko arba mažiau nei pusę savo turto, patronui, nepriklausomai nuo testamento turinio, buvo suteikiamas faktinis pusės išlaisvintojo palikto turto valdymas. Tuo tarpu jeigu išlaisvintasis miršta nesudaręs testamento, palikdamas „savaisiais“ įpėdiniais įsūnį arba žmoną, kuri buvo jo valdžioje, arba marčią, kuri buvo jo sūnaus valdžioje, tai patronui prieš tokius „savuosius“ įpėdinius suteikiamas faktinis pusės palikimo valdymas. Patroną nuo paveldėjimo nušalindavo tikrieji išlaisvintojo vaikai (palikuonys) ir ne tik tie, kurie buvo palikėjo valdžioje jo mirties metu, bet taip pat emancipuoti ir atiduoti įvaikinti; svarbu tik, kad jie būtų testamentu paskirti kurios nors palikimo dalies paveldėtojais arba kaip tie, kurie testamente liko nepaminėti, remdamiesi pretoriaus ediktu, prašytų suteikti faktinį palikimo valdymą nepriklausomai nuo to, kaip turtas paskirstytas testamentu, mat nušalintieji nuo paveldėjimo anaiptol neatima iš patrono galimybės paveldėti.

42. Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum, quod ad locupletiores libertos pertinet. Cautum est enim ea lege, ut ex bonis eius, qui sestertiorum *centum milium plurisve* patrimonium reliquerit, et pauciores quam tres liberos habebit, sive is testamento facto sive intestato mortuus erit, virilis pars patrono debeatur. Itaque cum unum filium unamve filiam heredem reliquerit libertus, proinde pars dimidia patrono debetur, ac si sine ullo filio filiave moreretur; cum vero duos duasve heredes reliquerit, tertia pars debetur; si tres relinquat, repellitur patronus.

43. In bonis libertinarum nullam iniuriam antiquo iure patiebantur patroni. Cum enim hae in patronorum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere poterant quam patrono auctore. Itaque sive auctor ad testamentum faciendum factus erat *aut de se queri debebat, quod heres a liberta* relictus *non erat, aut ipsum ex testamento, si heres ab ea relictus erat, sequebatur* hereditas; si vero auctor ei factus non erat, et intestata liberta moriebatur, ad *eundem, quia suos heredes femina habere non potest, hereditas* pertinebat; nec enim ullus olim *alius iure civili heres erat qui* posset patronum a bonis libertae *intestatae* repellere.

44. Sed postea lex Papia cum quattuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret et eo modo concederet eis etiam sine tutoris auctoritate *condere testamentum, prospexit,* ut pro numero liberorum, *quos liberta mortis tempore* habuerit, virilis pars patrono debeatur; ergo ex bonis eius quae *omnes quattuor incolumes liberos reliquerit, quinta pars patrono debetur; quodsi omnibus liberis superstes fuerit, tota hereditas* ad patronum pertinet.

42. Vėliau *lex Papia* išplėtė patronų paveldėjimo po turtingų išlaisvintųjų mirties teises. Kadangi tame įstatyme buvo numatyta, kad po mirties to, kurio palikto turto vertė didesnė nei 100 000 sestercijų ir kuris turi mažiau nei tris vaikus, nesvarbu, ar mirė sudaręs testamentą ar be jo, patronas paveldi lygiomis dalimis su kitais įpėdiniais. Tokiu būdu, jeigu išlaisvintojo įpėdinis būtų vienas sūnus arba viena duktė, patronui priklauso pusė palikimo, tarytum išlaisvintasis būtų miręs nepalikdamas sūnaus arba dukters; tuo tarpu jei palikdavęs du įpėdinius arba įpėdines, patronui priklausydavusi viena trečioji palikimo dalis; jeigu palikdavęs tris, patronas netekdavęs teisės paveldėti.

43. Senoji teisė nenustatė jokių apribojimų patronams paveldėti išlaisvintosios moters turtą. Kadangi išlaisvintosioms taikyta įstatyminė patronų globa, jos negalėdavusios sudaryti testamento kitaip, kaip tik gavusios patrono leidimą. Taigi, jei patronas leisdavęs sudaryti testamentą, tai arba turėdavęs pats save kaltinti dėl to, jog nebuvo paskirtas išlaisvintosios įpėdiniu, arba palikimas jam atitekdavo pagal testamentą, jeigu išlaisvintoji paskirdavo jį įpėdiniu. Tuo tarpu, jeigu leidimo išlaisvintajai sudaryti testamentą nesuteikdavo ir ši mirdavo nesudariusi testamento, palikimas atitekdavęs patronui, nes moteris negali turėti „savųjų“ įpėdinių. Mat kadaise pagal civilinę teisę nebūta jokio įpėdinio, kuris galėtų nušalinti patroną nuo išlaisvintosios, kuri mirė nesudariusi testamento, turto paveldėjimo.

44. Kita vertus, vėliau *lex Papia*, kuris paskelbė išlaisvintąsias, pagimdžiusias ketvertą vaikų, tampant laisvas nuo patronų globos ir tokiu būdu leido joms sudaryti testamentą be patrono sutikimo (leidimo), nustatė, kad patronas paveldi atsižvelgiant į išlaisvintosios mirties momentu turėtą vaikų skaičių. Tokiu būdu patronui priklausytų penktoji išlaisvintosios, palikusios keturis vaikus, iš kurių visi yra gyvi, palikimo dalis, o tuo atveju, jei patronas pergyventų visus vaikus, jam atitektų visas palikimas.

45. Quae diximus de patrono, eadem intellegemus et de filio patroni; item de nepote ex filio <*et de*> pronepote *ex nepote* filio nato prognato.

46. Filia vero patroni et *neptis* ex filio et proneptis *ex* nepote filio nato prognata olim quidem <*habebant idem ius, quod*> lege XII tabularum patrono datum est, praetor *autem non nisi virilis* sexus patronorum liberos *vocat. Filia vero ut contra tabulas* testamenti liberti <*aut*> ab intestato contra filium adoptivum vel uxorem nurumve, quae in manu fuerit, bonorum possessionem petat, trium liberorum iure lege Papia consequitur; aliter hoc ius non habet.

47. Sed ut ex bonis libertae testatae quattuor liberos habentis virilis pars ei debeatur, ne liberorum quidem iure consequitur, ut quidam putant. Sed tamen intestata liberta mortua verba legis Papiae faciunt, ut ei virilis pars debeatur. Si vero testamento facto mortua sit liberta, tale ius ei datur, quale datum est contra tabulas testamenti liberti, id est quale et virilis sexus patronorum liberi contra tabulas testamenti liberti habent; quamvis parum diligenter ea pars legis scripta sit.

48. Ex his apparet extraneos heredes patronorum longe remotos esse ab omni eo iure, quod vel in intestatorum bonis vel contra tabulas testamenti patrono competit.

45. Visa, ką mes pasakėme apie patroną, laikysime galiojant ir patrono sūnui, o taip pat vaikaičiui (sūnaus sūnui) ir provaikaičiui, kurio susilaukė vaikaitis, turimas nuo sūnaus.

46. Tuo tarpu patrono dukteriai ir vaikaitei (patrono sūnaus dukteriai), o taip pat provaikaitei, kurios susilaukė vaikaitis, turimas nuo sūnaus, kadaise priklausė tokia pati teisė, kurią XII lentelių įstatymai suteikė patronui. Kita vertus, pretorius paveldėti šaukia tik vyriškos lyties patronų palikuonis. Gi duktė gali konkuruoti su įsūniu arba žmona ar marčia, buvusiomis palikėjo valdžioje, ir reikalauti suteikti jai išlaisvintojo palikto turto *bonorum possessio* nepriklausomai nuo testamento turinio arba *bonorum possessio* pagal įstatymą; o tai yra nulemta *lex Papia* pagimdžiusiai trejetą vaikų suteikiamos teisės. Priešingu atveju tokia teisė jai nepriklauso.

47. Tačiau, priešingai nei mano kai kurie teisininkai, net ir pranašesnė ketvertą vaikų pagimdžiusios padėtis nesuteikia patrono dukteriai teisės į išlaisvintosios, kuri turėjo ketvertą vaikų ir mirė sudariusi testamentą, palikimo dalį. Tačiau jeigu išlaisvintoji mirė nesudariusi testamento, tai iš *lex Papia* seka tai, jog patrono dukteriai priklauso atitinkama palikimo dalis. Jeigu išlaisvintoji mirė sudariusi testamentą, tai dukteriai suteikiama tokia pati teisė, kuri yra pripažįstama prieš išlaisvintojo testamentą, t. y. tokia, kokią turi vyriškos lyties patrono vaikai prieš išlaisvintojo testamentinę valią; nors ši įstatymo dalis nevisiškai tiksliai ir aiškiai išdėstyta.

48. Iš to seka, kad pašaliniams patronų įpėdiniams toli gražu nesuteikiama jokių teisių, kurias turi patronas, paveldėdamas išlaisvintojo turtą pagal įstatymą arba kitaip (priešingai) nei turtas paskirstytas testamentu.

49. Patronae olim ante legem Papiam hoc solum ius habebant in bonis libertorum, quod etiam patronis ex lege XII tabularum datum est. Nec enim ut contra tabulas testamenti ingrati liberti vel ab intestato contra filium adoptivum vel uxorem nurumve bonorum possessionem partis dimidiae peterent, praetor similiter ut de patrono liberisque eius curabat.

50. Sed lex Papia duobus liberis honoratae ingenuae patronae, libertinae tribus, eadem fere iura dedit, quae ex edicto praetoris patroni habent; trium vero liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, quae per eandem legem patrono data sunt; libertinae autem patronae non idem iuris praestitit.

51. Quod autem ad libertinarum bona pertinet si quidem intestatae decesserint nihil novi patronae liberis honoratae lex Papia praestat. Itaque si neque ipsa patrona neque liberta capite deminuta sit, ex lege XII tabularum ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertae liberi. Quod iuris est etiam si liberis honorata non sit patrona: numquam enim, sicut supra diximus, feminae suum heredem habere possunt. Si vero vel huius vel illius capitis deminutio interveniat, rursus liberi libertae excludunt patronam, quia legitimo iure capitis deminutione perempto evenit, ut liberi libertae cognationis iure potiores habeantur.

49. Anksčiau, iki priimant *lex Papia*, patronėms į išlaisvintųjų turtą buvo pripažįstama tokia pati teisė, kokia pagal XII lentelių įstatymus priklausė patronams. Kita vertus, pretorius nesirūpino, kad jos, panašiai kaip patronas ir jo palikuonys, galėtų, nepriklausomai nuo testamento turinio, reikalauti suteikti faktinį valdymą į pusę nedėkingo išlaisvintojo palikimo arba, jeigu testamento nėra ir paveldima pagal įstatymą, pareikšti reikalavimą dėl pusės palikimo faktinio valdymo įsūniui arba žmonai, arba marčiai.

50. Tačiau *lex Papia* laisvai gimusiai ir dvejetą vaikų pagimdžiusiai patronei, o išlaisvintajai – pagimdžiusiai trejetą vaikų, suteikė beveik tokias pačias teises, kokios pagal pretoriaus ediktą priklausė patronams. Gi laisvai gimusiai ir trejetą vaikų pagimdžiusiai patronei *lex Papia* suteikė tokias pačias teises, kurias šis įstatymas numatė ir patronui; tuo tarpu išlaisvintosios (moters) patronei tokių teisių įstatymas nesuteikė.

51. Kas dėl išlaisvintųjų (moterų) turto, tai jei mirtų nesudariusios testamento, jokių naujų teisių patronei, turinčiai vaikų, *lex Papia* nesuteikia. Tokiu būdu, jeigu nei pačios patronės, nei išlaisvintosios teisinis subjektiškumas neapribotas, palikimas, remiantis XII lentelių įstatymais, priklauso patronei, o išlaisvintosios vaikai netenka teisės paveldėti; ta pati nuostata galioja nors patronė ir negalėtų remtis teisėmis, kurių suteikia vaikų turėjimas, kadangi, kaip jau sakėme anksčiau*, moterys negali turėti „savųjų" įpėdinių. Kita vertus, jeigu vienos ar kitos teisinis subjektiškumas būtų apribotas, tai vėlgi išlaisvintosios vaikai nušalina nuo paveldėjimo patronę, kadangi dėl teisinio subjektiškumo apribojimo išnykus agnatinėms teisėms, išlaisvintosios vaikai, kaip kraujo giminaičiai (kognatai), laikomi turinčiais daugiau teisių.

---

* II, 161.61.1.

52. Cum autem testamento facto moritur liberta, ea quidem patrona quae liberis honorata non est nihil iuris habet contra libertae testamentum; ei vero, quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra tabulas liberti.

53. Eadem lex patronae filio liberis honorato *fere* patroni iura dedit: sed in huius persona etiam unitus filii filiaeve ius sufficit.

54. Hactenus omnia iura quasi per indicem tetigisse satis est: alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est.

55. Sequitur, ut de bonis Latinorum libertinorum dispiciamus.

52. Kita vertus, kai išlaisvintoji miršta sudariusi testamentą, patronė, negalinti remtis pranašesne padėtimi, kurią suteikia vaikų turėjimas, neturi jokių teisių prieš išlaisvintosios testamentą. Tuo tarpu patronei, kuriai vaikų turėjimas suteikia pranašesnę padėtį, pagal *lex Papia* suteikiama tokia pati teisė paveldėti, kokią pretoriaus ediktas, nepriklausomai nuo to, kaip turtas paskirstytas išlaisvintojo testamente, suteikia patronui.

53. Tas pats įstatymas patronės sūnui, kurio padėtis yra pranašesnė dėl turimų vaikų, suteikia bemaž patrono teises, tačiau šio asmens atžvilgiu pakanka, kad jis turėtų vieną sūnų arba dukterį.

54. Iki šiol pakako, kad bendrais bruožais aptarėme visas šias teises. Nuodugnesnė jų analizė pateikiama atskiruose veikaluose.*

55. Dabar mums būtina aptarti išlaisvintųjų-lotynų turtą.

* Šiems klausimams skirti atskiri Gajaus veikalai neišliko.

56. Quae pars iuris ut manifestior fiat, admonendi sumus id, quod alio loco diximus, eos, qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium servos fuisse, sed auxilio praetoris in libertatis forma servari solitos; unde etiam res eorum peculii iure ad patronos pertinere solita est. Postea vero per legem Iuniam eos omnes, quos praetor in libertate tuebatur, liberos esse coepisse et appellatos esse Latinos Iunianos: Latinos ideo, quia lex eos liberos proinde esse voluit, atque si essent cives Romani ingenui qui ex urbe Roma in Latinas colonias deducti Latini coloniarii esse coeperunt; Iunianos ideo, quia per legem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non essent cives Romani. Legis itaque Iuniae lator cum intellegeret futurum, ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos pertinere desinerent, quia scilicet neque ut servi decederent, ut possent iure peculii res eorum ad patronos pertinere, neque liberti Latini hominis bona possent manumissionis iure ad patronos pertinere, necessarium existimavit, ne beneficium istis datum in iniuriam patronorum converteretur, cavere [voluit], ut bona eorum proinde ad manumissores pertinerent, ac si lex lata non esset: itaque iure quodam modo peculii bona Latinorum ad manumissores ea lege pertinent.

57. Unde accidit, ut longe differant ea iura, quae in bonis Latinorum ex lege Iunia constituta sunt, ab his, quae in hereditate civium Romanorum libertorum observantur.

56. Kad ši teisės dalis taptų aiškesnė, privalome prisiminti tai, ką jau pasakėme kitoje vietoje, jog tie, kurie dabar vadinami *latini Iuniani*, kažkada pagal kviritų teisę buvo vergai, tačiau pretoriui padedant paprastai gyvendavo kaip laisvieji. Todėl ir jų turtas paprastai priklausydavo patronams, remiantis teisės normomis, reglamentuojančiomis pekulijų. Tuo tarpu vėliau, pagal *lex Iunia*, visi tie, kuriuos pretorius traktavo kaip laisvuosius, įgijo juridinę laisvę ir buvo pavadinti *latini Iuniani*. Lotynais todėl, kad įstatymo tikslas buvo, kad jie būtų laisvi, kaip ir laisvi gimę Romos piliečiai, kurie iš Romos miesto persikėlę į lotyniškąsias kolonijas, tapdavo kolonijų lotynais; Junijaus lotynais (*latini Iuniani*) todėl, kad laisvę įgijo pagal *lex Iunia*, nors jie nebuvo Romos piliečiai. *Lex Iunia* rengėjas, supratęs, kad dėl šios fikcijos atsitiktų taip, jog mirusių lotynų turtas nebepriklausys patronams, kadangi akivaizdu, jog lotynai nemirdavo kaip vergai, kurių turtas atitektų patronams pagal teisės, reglamentuojančios vergų pekulijų, nuostatas, bei, kad savo ruožtu išlaisvintųjų lotynų turtas negalėjo atitekti patronui atsižvelgiant į tai, kad jie buvo išlaisvinti, pripažino esant būtina, kad lotynams suteikta lengvata neatneštų žalos patronams ir nustatė jų turtą atitenkant išlaisvinantiesiems (patronams) taip tarytum tas įstatymas apskritai nebūtų buvęs paskelbtas; todėl lotynų turtas pagal tą įstatymą atitenka išlaisvinantiesiems, tarytum tai tam tikra prasme būtų pekulijus.

57. Iš čia seka, kad teisės nuostatos, kurias *lex Iunia* nustatė lotynų turto atžvilgiu, ženkliai skiriasi nuo tų, kurios taikomos paveldint išlaisvintųjų, tapusių Romos piliečiais, turtą.

58. Nam civis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni nullo modo pertinet; ad filium autem patroni nepotesque ex filio et pronepotes ex nepote <*filio nato*> prognatos omni modo pertinet, etiamsi <a> parente fuerint exheredati. Latinorum autem bona tamquam peculia servorum etiam ad extraneos heredes pertinent, et ad liberos manumissoris exheredatos non pertinent.

59. Item civis Romani liberti hereditas ad duos pluresve patronos aequaliter pertinet, licet dispar in eo servo dominium habuerint; bona vero Latinorum pro ea parte pertinent, pro qua parte quisque eorum dominus fuerit.

60. Item in hereditate civis Romani liberti patronus alterius patroni filium excludit, et filius patroni alterius patroni nepotem repellit; bona autem Latinorum et ad ipsum patronum et ad alterius patroni heredem simul pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent.

61. Item si unius patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, hereditas civis Romani liberti in capita dividitur, id est tres fratres tres portiones ferunt et unus quartam; bona vero Latinorum pro ea parte ad successores pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent.

58. Išlaisvintojo, kuris yra Romos pilietis, palikimas jokiais atvejais neatitenka pašaliniams patrono įpėdiniams, tačiau visuomet priklauso patrono sūnui ir vaikaičiams (sūnaus vaikams) bei provaikaičiui, net ir tuo atveju, jei protėvis būtų juos nuo paveldėjimo nušalinęs. Lotynų gi turtas taip, kaip ir vergų pekulijus, gali būti paveldimas pašalinių įpėdinių, tačiau neatitenka nuo paveldėjimo nušalintiems laisvę suteikusiojo palikuonims.

59. Lygiai taip pat išlaisvintojo, kuris yra Romos pilietis, palikimas lygiomis dalimis atitenka dviem arba daugiau patronų net ir tuo atveju, jei jų turėtos nuosavybės teisės į tą vergą dalys būtų buvusios nelygios; lotynų gi turtas jiems atitenka proporcingai turėtoms nuosavybės teisės dalims.

60. Lygiai taip pat paveldint po išlaisvintojo, kuris yra Romos pilietis, mirties, patronas nušalina nuo paveldėjimo kito patrono sūnų, o patrono sūnus – kito patrono vaikaitį. Lotynų gi turtas priklauso pačiam patronui ir kito patrono įpėdiniui, kuriam atitenka tokia dalis, kuri priklausytų pačiam išlaisvintojui (patronui).

61. Lygiai taip pat, jeigu, pavyzdžiui, yra trys vieno patrono sūnūs ir vienas kito patrono sūnus, tai išlaisvintojo, kuris buvo Romos pilietis, palikimas dalijamas pagalviui, t. y. trims broliams tenka trys dalys, o vienas (kito patrono) vaikas gauna ketvirtąją dalį; tuo tarpu lotynų turtas įpėdiniams paskirstomas tokiomis dalimis, kokios priklausytų pačiam išlaisvintojui.

62. Item si alter ex *his* patronis suam partem in hereditate civis Romani liberti spernat, vel ante moriatur quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet; bona autem Latini pro parte *deficientis* patroni caduca fiunt et ad populum pertinent.

63. Postea Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut bona Latinorum primum ad eum pertinerent, qui eos liberasset; deinde ad liberos eorum non nominatim exheredatos, uti quisque proximus esset; tunc antiquo iure ad heredes eorum, qui liberassent, pertinerent.

64. Quo senatusconsulto quidam <*id*> actum esse putant, ut in bonis Latinorum eodem iure utamur, quo utimur in hereditate civium Romanorum libertinorum: idque maxime Pegaso placuit. Quae sententia aperte falsa est. Nam civis Romani liberti hereditas numquam ad extraneos patroni heredes pertinet, bona autem Latinorum etiam ex hoc ipso senatusconsulto non obstantibus liberis manumissoris etiam ad extraneos heredes pertinent. Item in hereditate civis Romani liberti liberis manumissoris nulla exheredatio nocet, in bonis Latinorum nocere nominatim factam exheredationem ipso senatusconsulto significatur. Verius est ergo hoc solum eo senatusconsulto actum esse, ut manumissoris liberi, qui nominatim exheredati non sint, praeferantur extraneis heredibus.

62. Lygiai taip pat, jeigu vienas iš tokių patronų atsisakytų savo dalies paveldint po išlaisvintojo, kuris buvo Romos pilietis, mirties arba mirtų nesuspėjęs priimti palikimo, tai visas palikimas atitenka antrajam patronui; tuo tarpu lotyno palikimo dalis, turėjusi atitekti jo atsisakiusiam arba priimti nespėjusiam patronui, tampa išmarine ir atitenka valstybei.

63. Vėliau, einant konsulo pareigas Lupui ir Largui, senatas nustatė*, kad lotynų turtas privalo pirmąja eile atitekti tam, kas juos išlaisvino, toliau – pagal giminystės laipsnį artimiausiems jų palikuonims, kurie nebuvo vardiškai nuo paveldėjimo nušalinti; pagaliau, pagal senąją teisę, turėdavęs atitekti įpėdiniams tų, kurie juos (lotynus) išlaisvino.

64. Kai kurie mano šį senato nutarimą nulėmus, kad lotynų turtui mes taikome tokią pačią teisę, kurios laikomės ir išlaisvintųjų, įgijusių Romos pilietybę, palikimo atžvilgiu. Tokios nuomonės tvirtai laikėsi Pegasas. Ši nuomonė yra aiškiai klaidinga. Mat išlaisvintojo, kuris įgijo Romos pilietybę, palikimas niekada neatitenka pašaliniams patrono įpėdiniams; lotynų gi turtas to paties senato nutarimo pagrindu atitenka ir pašaliniams įpėdiniams, jeigu tik jų nuo paveldėjimo nenušalina išlaisvinusiojo palikuonys. Tokiu būdu paveldint išlaisvintojo, įgijusio Romos pilietybę, palikimą, išlaisvinusiojo vaikams visiškai netrukdo jų nušalinimas nuo paveldėjimo, o paveldint lotynų turtą, pagal minėtą senato nutarimą, trukdo vardinis jų nušalinimas nuo paveldėjimo. Labiau panašu į tiesą tai, jog senato nutarimas nulėmė, kad išlaisvinusiojo palikuonys, kurie vardiškai nenušalinti nuo paveldėjimo, turi pirmenybę paveldėti prieš pašalinius įpėdinius.

42 metais.

65. Itaque emancipatus filius patroni praeteritus quamvis contra tabulas testamenti parentis sui bonorum possessionem non petierit, tamen extraneis heredibus in bonis Latinorum potior habetur.

66. Item filia ceterique sui heredes, licet iure civili inter ceteros exheredati sint et ab omni hereditate patris sui summoveantur, tamen in bonis Latinorum, nisi nominatim a parente fuerint exheredati, potiores erunt extraneis heredibus.

67. Item ad liberos, qui ab hereditate parentis se abstinuerunt, *nihilo minus* bona Latinorum pertinent; *nam hi quoque* exheredati nullo modo dici possunt, non magis quam qui testamento silentio praeteriti sunt.

68. Ex his omnibus satis illud apparet, si is qui Latinum fecerit

....

....

(21 fere versus exceptis paucis verbis desiderantur)

69. Item illud quoque constare videtur, si solos liberos ex disparibus partibus patronus *heredes instituerit, ex iisdem partibus bona Latini, si patri heredes* existant, ad eos pertinere, quia nullo interveniente extraneo herede senatusconsulto locus non est.

65. Dėl to emancipuotas patrono sūnus, kuris nepaminėtas testamente, nors ir nereikalautų suteikti faktinį palikimo valdymą neatsižvelgiant į tėvo testamento turinį, vis tiek laikomas turinčiu pirmumo teisę paveldėti lotyno palikimą prieš pašalinius įpėdinius.

66. Lygiai taip pat ir duktė bei kiti „savieji" įpėdiniai, nors ir būtų pagal civilinę teisę *inter ceteros* („ir visi likusieji tegul būna nuo paveldėjimo nušalinti") būdu nušalinti nuo paveldėjimo bei netektų galimybės paveldėti jokio turto po jų tėvo mirties, paveldint lotynų palikimą, turės pirmenybę prieš pašalinius įpėdinius, nebent savo ascendento būtų vardiškai nuo paveldėjimo nušalinti.

67. Lygiai taip pat vaikai, atsisakę tėvo palikimo, nepaisant to, turi teisę paveldėti lotynų turtą; taip esti, žinoma, dėl to, kad jokiu būdu negalima sakyti šiuos įpėdinius esant nuo paveldėjimo nušalintus taip pat, kaip tuos, apie kuriuos testamente nutylėta.

68. Iš viso to pakankamai aiškiai matosi, jog tas, kuris lotynu padarė (...21 eilutė...).

69. Taip pat atrodo esant tikra tai, kad jeigu patronas palikimo paveldėtojais nelygiomis dalimis paskyrė vien vaikus, tai lotyno turtas tarp jų yra padalijamas ne pagalviui (t. y. į lygias dalis), o proporcingai dalims, kurios nurodytos testamente, kadangi senato nutarimas netaikomas, jeigu nėra jokio pašalinio įpėdinio.

70. *Sed* si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reliquerit, Caelius Sabinus ait tota bona pro virilibus partibus ad liberos defuncti pertinere, quia cum extraneus heres intervenit, non habet lex Iunia locum, sed senatusconsultum. Iavolenus autem ait tantum eam partem ex senatusconsulto liberos patroni pro virilibus partibus habituros esse, quam extranei heredes ante senatusconsultum lege Iunia habituri essent, reliquas vero partes pro hereditariis partibus ad eos pertinere.

71. Item quaeritur, an hoc senatusconsultum ad eos patroni liberos pertineat, qui ex filia nepteve procreantur, id est ut nepos meus ex filia potior sit in bonis Latini mei quam extraneus heres. Item <*an*> ad maternos Latinos hoc senatusconsultum pertineat quaeritur, id est ut in bonis Latini materni potior sit patronae filius quam heres extraneus matris. Cassio placuit utroque casu locum esse senatusconsulto. Sed huius sententiam plerique improbant, quia senatus de his liberis *patronorum* nihil sentiat, qui aliam familiam sequerentur. Idque ex eo *apparet,* quod nominatim exheredatos *summovet,* nam videtur de his sentire qui exheredari a parente solent, si heredes non instituantur; neque autem matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de iure civili quaeramus, sive de edicto praetoris, quo praeteritis liberis contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur.

70. Tačiau jeigu be patrono vaikų esama ir pašalinio įpėdinio, tai, Celijaus Sabino* nuomone, visas palikimas mirusiojo vaikams padalijamas lygiomis dalimis, todėl, kad tuo atveju, kai yra pašalinis įpėdinis, taikomas ne Junijaus įstatymas, bet senato nutarimas. Javolenas** gi teigia, kad, sutinkamai su senato nutarimu, patrono vaikai lygiomis dalimis paveldės tokią palikimo dalį, kuri, iki priimant senato nutarimą, pagal *lex Iunia* būtų tekusi pašaliniams įpėdiniams, o likusi palikimo dalis jiems bus paskirstyta proporcingai dalims, nurodytoms testamente.

71. Taip pat kyla klausimas, ar šis senato nutarimas taikomas tiems patrono palikuonims, kurie yra pagimdyti dukters ar vaikaitės, kitaip tariant, ar mano vaikaitis – dukters sūnus turi pirmumo teisę prieš pašalinį įpėdinį paveldint lotyno turtą; be to, ar šis senato nutarimas apima motinos lotynus, t. y. ar paveldint motinos lotyno palikimą, patronės sūnus turės pirmenybę prieš pašalinį motinos įpėdinį. Kasijus laikėsi nuomonės, kad abiem atvejais taikomas senato nutarimas, tačiau dauguma jo nuomonei nepritarė, kadangi senatas nieko nenumatė dėl patronų vaikų, kurie paveldi kitoje šeimoje; tai tampa aišku iš to, kad senatas eliminuoja vardiškai nušalintus nuo paveldėjimo. Mat greičiausiai senatas turėjo galvoje tuos, kuriuos tėvas paprastai nušalina nuo paveldėjimo, jeigu jų nepaskiria įpėdiniais. Kadangi nėra reikalo nei motinai nušalinti sūnų arba dukrą nuo paveldėjimo, nei seneliui iš motinos pusės nušalinti vaikaitį, jeigu jo arba jos nepaskiria įpėdiniais nepriklausomai nuo to, ar vertinsime tai civilinės teisės ar pretoriaus edikto, kuriame testamente nepaminėtiems vaikams žadama suteikti faktinį palikimo valdymą nepaisant testamento sąlygų, požiūriu.

* Gyveno I amžiuje.

** Gyveno I–II amžiuje.

72. Aliquando tamen civis Romanus libertus tamquam Latinus moritur, veluti si Latinus salvo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit. Nam, ut divus Traianus constituit, si Latinus invito vel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit, [quibus casibus] dum vivit iste libertus, ceteris civibus Romanis libertis similis est et iustos liberos procreat, moritur autem Latini iure, nec ei liberi eius heredes esse possunt; et in hoc tantum habet testamenti factionem, ut patronum heredem instituat eique, si heres esse noluerit, alium substituere possit.

73. Et quia hac constitutione videbatur effectum, ut ne umquam isti homines tamquam cives Romani morerentur, quamvis eo iure postea usi essent, quo vel ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto cives Romani essent, divus Hadrianus iniquitate rei motus auctor fuit senatusconsulti faciundi, ut qui ignorante vel recusante patrono ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia vel ex senatusconsulto, si Latini *mansissent*, civitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur, ac si lege Aelia Sentia vel senatusconsulto ad civitatem Romanam pervenissent.

74. Eorum autem, quos lex Aelia Sentia dediticiorum numero facit, bona modo quasi *civium Romanorum* libertorum, modo quasi Latinorum ad patronos pertinent.

72. Kita vertus, kartais išlaisvintasis, kuris yra Romos pilietis, miršta kaip lotynas, pavyzdžiui, kai imperatorius suteikia lotynui Romos pilietybę palikdamas galioti patronato teises. Kadangi, kaip nustatė imperatorius Trajanas*, jeigu imperatorius suteikia lotynui pilietybę be patrono žinios arba prieš jo valią, tai tol, kol šis išlaisvintasis gyvas, jis prilyginamas kitiems išlaisvintiesiems – Romos piliečiams, jo palikuonys laikomi teisėtais, tačiau miršta jis kaip lotynas ir jo palikuonys netampa jo įpėdiniais; jo teisė palikti turtą testamentu apsiriboja tuo, jog jis gali testamentiniu įpėdiniu paskirti patroną, o jeigu patronas nepanorėtų tapti įpėdiniu, skirti vietoje jo pakaitinį įpėdinį.

73. O kadangi atrodo, jog toji konstitucija nulėmė, kad šie žmonės niekuomet nemirdavo kaip Romos piliečiai, nors po to ir būtų pasinaudoję teise įgyti Romos pilietybę pagal *lex Aelia Sentia* arba senato nutarimą, imperatorius Adrianas, sujaudintas esamos padėties neteisingumo, iniciavo senato nutarimą, nustatantį, jog tie, kuriems imperatorius Romos pilietybę suteikė be jų patrono žinios arba prieš patrono valią, jei vėliau mėgintų pasinaudoti teise įgyti Romos pilietybę pagal *lex Aelia Sentia* arba senato nutarimą, tačiau liktų lotynai, būtų laikomi tarytum įgijusiais Romos pilietybę pagal *lex Aelia Sentia* arba senato nutarimą.

74. Turtas tų, kuriuos *lex Aelia Sentia* priskiria svetimšaliams, užkariautiems ginklu, patronams atitenka taip tarytum tai būtų arba išlaisvintųjų – Romos piliečių, arba Junijaus lotynų turtas.

* Valdė 98–117 metais.

75. Nam eorum bona qui, si in aliquo vitio non essent, manumissi cives Romani futuri essent, quasi civium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur. Non tamen hi habent etiam testamenti factionem; nam id plerisque placuit, nec inmerito: nam incredibile videbatur pessimae condicionis hominibus voluisse legis latorem testamenti faciendi ius concedere.

76. Eorum vero bona qui, si non in aliquo vitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde tribuuntur patronis, ac si Latini decessissent. Nec me praeterit non satis in ea re legis latorem voluntatem suam verbis expressisse.

77. Videamus autem et de ea successione, quae nobis ex emptione bonorum competit.

78. Bona autem veneunt aut vivorum aut mortuorum. Vivorum veluti eorum, qui fraudationis causa latitant nec absentes defenduntur; item eorum, qui ex lege Iulia bonis cedunt; item iudicatorum post tempus, quod eis partim lege XII tabularum partim edicto praetoris ad expediendam pecuniam tribuitur. Mortuorum bona veneunt veluti eorum, quibus certum est neque heredes neque bonorum possessores neque ullum alium iustum successorem existere.

75. Kadangi turtas tų, kurie, jei tik nebūtų įstatyminių kliūčių, išlaisvinti taptų Romos piliečiais, pagal tą patį įstatymą atitenka patronams tarytum tai būtų Romos piliečių turtas. Tie asmenys (išlaisvintieji) taip pat neturi teisės sudaryti testamento. Tokios nuomonės laikosi daugelis teisininkų ir ne be pagrindo; mat atrodytų neįtikėtina, kad įstatymų leidėjas būtų ketinęs suteikti teisę sudaryti testamentus žemiausios teisinės padėties asmenims.

76. Tuo tarpu turtas tų, kurie, jei nebūtų įstatyminių kliūčių, suteikus laisvę, taptų lotynais, atitenka patronams taip tarytum jie būtų mirę kaip lotynai. Bet, kaip man atrodo, įstatymų leidėjas šiuo klausimu nepakankamai aiškiai išreiškė savo valią.

77. Toliau aptarsime tą (teisių į turtą) perėmimą, kuris vyksta turto pirkimo iš viešųjų varžytinių pagrindu.

78. Parduodamas arba gyvų, arba mirusių asmenų turtas. Gyvųjų turtas parduodamas, pavyzdžiui, tų, kurie turėdami tikslą apgaudinėti, slapstosi ir, kaip nesantieji, nesigina nuo jiems reiškiamo reikalavimo, lygiai kaip ir tų, kurie pagal *lex Iulia* jį perleidžia savo kreditoriams; taip pat turtas parduodamas ir pagal teismo sprendimą, priimamą kai pasibaigia iš dalies XII lentelių įstatymais, o iš dalies – pretoriaus ediktu paskirtas terminas kreditorių reikalavimams įvykdyti, kuris (skolininkui) nustatomas tam, kad turėtų laiko rasti reikiamų lėšų. Mirusiųjų skolininkų turtas parduodamas tuomet, kai tampa aišku juos neturint nei įpėdinių pagal *ius civile*, nei pagal pretorių teisę, nei jokių kitų teisėtų teisių perėmėjų.

79. <*Et*> si quidem vivi bona veneant, iubet ea praetor per dies continuos XXX *possideri et* proscribi; si vero mortui, per dies XV. Postea iubet convenire creditores et ex eo numero magistrum creari, id est eum, per quem bona veneant. Itaque si vivi bona veneant, in diebus <X *legem bonorum vendundorum*> fieri iubet, si mortui, in dimidio. Diebus itaquo vivi bona XXX, mortui vero XX emptori addici iubet. Quare autem tardius viventium bonorum venditionem compleri iubet, illa ratio est, quia de vivis curandum erat, ne facile bonorum venditiones paterentur.

80. Neque autem bonorum possessorum neque *bonorum emptorum res* pleno iure fiunt, sed in bonis efficiuntur; *ex iure Quiritium* autem ita demum adquiruntur, si usuceperunt. Interdum quidem bonorum emptoribus ne usus quidem capio contingit, veluti si *peregrinus sit* bonorum emptor *nec* senatusconsultum concesserit *eius civitati ius* quo, *quae civibus eius populi a civibus Romanis alienantur,* usu *capere possunt.*

81. Item quae debita *sunt ei cuius fuerunt bona,* aut ipse debuit, neque bonorum possessor neque bonorum emptor ipso iure debet *aut ipsis debentur, et ideo* de omnibus rebus *utilibus actionibus et agunt et conveniuntur, quas* in sequenti commentario proponemus.

79. Jeigu parduodamas gyvųjų turtas, tai pretorius įsako, kad skolininko turtas būtų nepertraukiamai valdomas trisdešimt dienų ir viešai išstatomas parduoti varžytinėse; jeigu parduodamas mirusio turtas – penkiolika dienų. Po to pretorius įsako susirinkti kreditoriams ir iš savo tarpo išrinkti licitatorių (turto pardavėją). Taigi, jei parduodamas gyvo asmens turtas, tai pretorius įsako jį parduoti per dešimt dienų, jei mirusiojo – per dvigubai trumpesnį terminą. Galiausiai pretorius įsako gyvo asmens turtą priteisti pirkėjui per 30 dienų, o mirusiojo – per 20 dienų. Priežastis, kodėl gyvųjų asmenų turto pardavimas iš varžytinių privalo būti vykdomas vėliau, glūdi tame, jog gyvųjų atveju reikėdavę užtikrinti, kad vykdymo procesas nebūtų pradedamas pernelyg lengvai.

80. Tačiau turtas netampa nei pretoriaus paskirtų įpėdinių (palikimo valdytojų), nei varžytinėse jį įgijusių asmenų visiška nuosavybe, o jiems suteikiamas tik daiktų valdymas. Jų kviritine nuosavybe turtas tampa tik įgijus nuosavybės teisę įgyjamosios senaties būdu. Kartais įgyjamoji senatis yra netaikoma asmenų, nusipirkusių turtą varžytinėse, atžvilgiu. Pavyzdžiui, tuomet, kai pirkėjas yra svetimšalis (peregrinas), o senato nutarimas jo pilietybės valstybei nesuteikė teisės, kuria remdamiesi šios užsienio valstybės piliečiai, jei Romos piliečiai tokį daiktą jiems parduoda, galėtų jį įgyti nuosavybėn dėl senaties.

81. Panašiai ir reikalavimo teisės, priklausiusios parduoto turto savininkui, kaip ir jo skolos *ipso iure* nepereina nei pretoriniam įpėdiniui, nei įsigijusiajam viešosiose varžytinėse parduotą turtą. Jie *ipso iure* neturi teisės nieko pareikalauti; todėl prievolių įvykdymo iš jų reikalaujama bei jie patys gali pareikalauti tik pareikšdami ieškinius pagal analogiją, kuriuos aptarsime kitame komentare (knygoje).

82. Sunt autem etiam alterius generis successiones, quae neque lege XII tabularum neque praetoris edicto, sed eo iure, <*quod*> *consensu* receptum est, introductae sunt.

83. Etenim cum pater familias se in adoptionem dedit mulierque in manum convenit, omnes eius res incorporales et corporales, quaeque ei debitae sunt, patri adoptivo coemptionatorive adquiruntur, exceptis his, quae per capitis deminutionem pereunt, quales sunt ususfructus, operarum obligatio *libertorum* quae per iusiurandum contracta est, et *lites contestatae* legitimo iudicio.

84. Ex diverso quod is debuit, *qui se in* adoptionem dedit *quaeve* in manum convenit, *non* transit ad coemptionatorem aut ad patrem adoptivum, nisi si hereditarium aes alienum fuerit: *tunc* enim, quia ipse pater adoptivus aut coemptionator heres fit, directo tenetur iure; is *vero, qui* se adoptandum dedit quaeque in manum convenit, desinit esse heres. De eo vero, quod proprio nomine eae personae debuerint, licet neque pater adoptivus teneatur neque coemptionator, *et ne* ipse quidem, qui se in adoptionem dedit *quaeque* in manum convenit, maneat obligatus obligataque, quia *scilicet* per capitis deminutionem liberetur, tamen in eum eamve utilis actio datur rescissa capitis deminutione; et si adversus hanc actionem non defendantur, quae bona eorum futura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent, universa vendere creditoribus praetor permittit.

82. Esama ir kitų turto perėmimo būdų, kurių nenustatė nei XII lentelių įstatymai, nei pretoriaus ediktas, bet bendru sutarimu priimta teisė – t. y. teisinis paprotys.

83. Iš tikrųjų, kai šeimos galva (tėvas) pasiduoda įvaikinamas, arba kai moteris patenka vyro valdžion, visi jų daiktai – tiek materialieji, tiek ir nematerialieji, o taip pat ir tie, kuriuos kas nors privalo jiems perduoti, atitenka įvaikintojui arba vyrui, kurio valdžion patenka moteris, išskyrus tuos, kurie išnyksta susiaurėjus teisinio subjektiškumo apimčiai (įvykus *capitis deminutio*), pavyzdžiui, uzufruktas, priesaikos pagrindu atsiradusi išlaisvintojo prievolė teikti paslaugas patronui ir ieškinio reikalavimai, dėl kurių pradėtas įstatymu paremtas procesas (*iudicium legitimum*) yra pasiekęs *litis contestatio* stadiją*.

84. Antra vertus, pasidavusio įvaikinamam ir tos, kuri pateko vyro valdžion, skolos nepereina vyrui ar įvaikintojui, nebent tai būtų į palikimo sudėtį įeinanti skola. Šiuo atveju taip atsitinka todėl, kad įvaikintojas arba vyras pats tampa įpėdiniu ir pats yra atsakingas už prievolės įvykdymą, kai tuo tarpu tas, kuris pasidavė įvaikinamas bei toji, kuri pateko vyro valdžion, nustoja buvę įpėdiniai. Tuo tarpu už tų skolinių įsipareigojimų, kuriuos šie asmenys buvo prisiėmę savo vardu, įvykdymą nei įvaikintojas, nei vyras neatsako; neatsako nei tas, kuris pasidavė įvaikinamas arba toji, kuri pateko vyro valdžion, kadangi dėl įvykusio *capitis deminutio*, jie tampa nuo prievolės laisvi, tačiau panaikinus *capitis deminutio* pasekmes prieš juos suteikiamas ieškinys pagal analogiją ir jeigu jie nuo šio ieškinio nebus ginami, pretorius suteikia kreditoriams teisę parduoti visą turtą, kuris jiems priklausytų, jeigu nebūtų patekę svetimon valdžion.

* IV, 34–38.8.

85. *Item si* legitimam *hereditatem heres antequam* cernat aut pro herede gerat alii in iure cedat, pleno iure fit ille heres, cui cessa est hereditas, *proinde ac si ipse per* legem ad hereditatem vocaretur. Quodsi postea quam heres extiterit cesserit, adhuc heres manet, et ob id [a] creditoribus ipse tenebitur; sed res corporales transferet proinde ac si singulas in iure cessisset, debita vero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt.

86. Idem iuris est, si testamento scriptus heres, posteaquam heres extiterit, in iure cesserit hereditatem: ante aditam vero hereditatem cedendo nihil agit.

87. Suus autem et necessarius <*et servus necessarius*> heres an aliquid *agant* in iure cedendo, quaeritur. Nostri praeceptores nihil eos agere existimant; diversae scholae auctores idem eos agere putant, quod ceteri post aditam hereditatem: nihil enim interest, utrum aliquis cernendo aut pro herede gerendo heres fiat, an iuris necessitate hereditati adstringatur.

88. <*Nunc transeamus*> ad obligationes. Quarum summa divisio in duas species diducitur: omnis enim obligatio vel ex contractu nascitur vel ex delicto.

85. Jeigu įpėdinis savo palikimą perleido kitam *in iure cessio* būdu prieš jį iškilmingai priimdamas, t. y. atlikdamas *cretio*, arba prieš pradėdamas jį faktiškai valdyti, visateisiu įpėdiniu tampa tas, kuriam palikimas perleistas *in iure cessio* būdu, tarytum jis būtų buvęs šaukiamas paveldėti pagal įstatymą. Kita vertus, jei palikimą perleistų po to, kai jau būtų jį priėmęs ir tapęs įpėdiniu, laikoma, kad jis ir toliau lieka įpėdinis, todėl pats yra atsakingas prieš kreditorius. Tačiau į palikimo sudėtį įeinantys materialieji daiktai atitenka tiems, kam perleistas palikimas taip tarytum kiekvienas šių daiktų būtų perleistas *in iure cessio* būdu, o tuo tarpu palikimo skolos išnyksta ir tokiu būdu naudos patiria palikėjo skolininkai.

86. Tokios pačios nuostatos laikomasi, jeigu paveldėti pagal testamentą šaukiamas įpėdinis, priėmęs palikimą, jį perleidžia *in iure cessio* būdu. Tačiau jei perleistų palikimą prieš jį priimdamas, tai nesukeltų jokių teisinių pasekmių.

87. Kyla klausimas, ar namų ir privalomasis įpėdinis bei įpėdiniu paskirtas vergas, perleisdamas palikimą *in iure cessio* būdu, sukelia kokias nors teisines pasekmes? Mūsų mokytojai mano, kad tai nesukelia jokių teisinių pasekmių; kitos mokyklos (prokuliečių) atstovai tvirtina šiuos įpėdinius sukeliant tokias pačias pasekmes, kokias sukelia kiti įpėdiniai, priėmę palikimą, kadangi nėra skirtumo, ar kas tampa įpėdiniu laisva valia, t. y. iškilmingai pareikšdamas apie palikimo priėmimą (atlikdamas *cretio*) arba pradėdamas jį faktiškai valdyti, ar dėl to, kad įstatymas jį įpareigoja palikimą priimti.

88. Dabar pereisime prie prievolių, kurios bendriausiai skirstomos į dvi rūšis, nes kiekviena prievolė kyla arba iš sutarties, arba iš teisės pažeidimo (delikto).

89. Et prius videamus de his, quae ex contractu nascuntur. Harum autem quattuor genera sunt: aut enim re contrahitur obligatio aut verbis aut litteris aut consensu.

90. Re contrahitur obligatio veluti mutui datione. <*Mutui autem datio*> proprie in his [fere] rebus contingit, quae [res] pondere numero mensura constant, qualis est pecunia numerata vinum oleum frumentum aes argentum aurum. Quas res aut numerando aut metiendo aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant et quandoque nobis non eaedem, sed aliae eiusdem naturae reddantur. Unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita tibi a me datum est ex meo tuum fit.

91. Is quoque, qui non debitum accepit ab eo qui per errorem solvit, re obligatur: nam proinde ei condici potest si PARET EUM DARE OPORTERE, ac si mutuum accepisset. Unde quidam putant pupillum aut mulierem, cui sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est, non teneri condictione, non magis quam mutui datione. Sed haec species obligationis non videtur ex contractu consistere, quia is, qui solvendi animo dat, magis distrahere vult negotium quam contrahere.

92. Verbis obligatio fit ex interrogatione et responsione, veluti DARI SPONDES? SPONDEO, DABIS? DABO, PROMITTIS? PROMITTO, FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO, FIDEIUBES? FIDEIUBEO, FACIES? FACIAM.

89. Pirmiausiai išnagrinėsime tas, kurios kyla iš sutarčių; jų yra keturios rūšys: prievolę sukuria daikto perdavimas, žodis, raštas arba susitarimas.

90. Prievolė atsiranda perduodant daiktą, pavyzdžiui, suteikiant paskolą. Perduoti paskolai galima tokius daiktus, kurie apibūdinami svoriu, skaičiumi, matu; kokie yra, pavyzdžiui, tam tikra pinigų suma, vynas, alyva, grūdai, varis, sidabras, auksas. Šiuos daiktus suskaičiuodami, pamatuodami arba pasverdami, perduodame turėdami tikslą, kad jie taptų gaunančiųjų nuosavybe, o kada nors mums būtų grąžinti ne tie patys, o kiti tos pačios rūšies daiktai. Iš čia kilo ir paskolos (*mutuum*) pavadinimas, kadangi tai, ką aš tau daviau ir kas prieš tai buvo mano, tampa tavo (*meum* + *tuum* = *mutuum*).

91. Iš daikto perdavimo prievolė atsiranda ir tam, kuris gavo tai, kas jam nepriklauso, iš to, kuris sumokėjo per klaidą; jam gali būti pareikštas ieškinys pagal formulę JEI PAAIŠKĖS, KAD PRIVALO DUOTI tarytum jis būtų gavęs paskolą. Štai kodėl kai kurie galvoja, kad mažametis arba moteris, kuriems be globėjo sutikimo per klaidą duota tai, kas jiems nepriklauso, neatsako už nepagrįstą praturtėjimą lygiai taip pat, kaip neprivalo ir sugrąžinti jiems suteiktos paskolos. Atrodo, kad ši prievolių rūšis nekyla iš sutarties, kadangi tas, kuris duoda siekdamas sumokėti, greičiau nori nutraukti prievolinius teisinius santykius nei juos užmegzti.

92. Žodine forma prievolė atsiranda iš klausimo ir atsakymo: AR IŠKILMINGAI PAŽADI DUOTI? IŠKILMINGAI PAŽADU; AR DUOSI? DUOSIU; AR PAŽADI? PAŽADU; AR DUODI GARBĖS ŽODĮ? DUODU GARBĖS ŽODĮ; AR UŽTIKRINI GARBĖS ŽODŽIU? UŽTIKRINU GARBĖS ŽODŽIU; AR PADARYSI? PADARYSIU.

93. Sed haec quidem verborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO propria civium Romanorum est; ceterae vero iuris gentium sunt, itaque inter omnes homines sive cives Romanos sive peregrinos valent. Et quamvis ad Graecam vocem expressae *fuerint*, veluti hoc modo <Δώσειζ; Δώσω 'Ομολογείζ; 'Ομολογώ Πίστει κελεύειζ; Πίστεζ κελεύω Ποιήσειζ; Ποιήσω> [etiam haec] tamen inter cives Romanos valent, si modo Graeci sermonis intellectum habeant. Et e contrario quamvis Latine enuntientur, tamen etiam inter peregrinos valent, si modo Latini sermonis intellectum habeant. At illa verborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO adeo propria civium Romanorum est, *ut ne* quidem in Graecum sermonem per interpretationem proprie *transferri* possit, quamvis dicatur a Graeca voce figurata esse.

94. Unde dicitur uno casu hoc verbo peregrinum quoque obligari posse, veluti si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget: PACEM FUTURAM SPONDES? vel ipse eodem modo interrogetur. Quod nimium subtiliter dictum est, quia, si quid adversus pactionem fiat, non ex stipulatu agitur, sed iure belli res vindicatur.

95. Illud dubitari potest, si quis *interroganti dari spondes? respondeat promitto vel dabo, an' recte obligetur;* aut si quis *interroganti promittis? respondeat 'Ομολογώ an recte obligetur.*

93. Tačiau šitoji prievolė: AR IŠKILMINGAI PAŽADI DUOTI? IŠKILMINGAI PAŽADU (t. y. atsirandanti iš žodinės sutarties *sponsio*) galioja tik Romos piliečiams, o tuo tarpu likusios yra reglamentuojamos tautų teisės normomis, todėl tokios prievolės galioja visiems žmonėms – tiek Romos piliečiams, tiek ir svetimšaliams. Ir net jei būtų reiškiamos graikiškais žodžiais: AR DUOSI? DUOSIU; AR PAŽADI? PAŽADU; AR UŽTIKRINI GARBĖS ŽODŽIU? UŽTIKRINU GARBĖS ŽODŽIU; AR PADARYSI? PADARYSIU, galioja ir Romos piliečiams, jeigu tik šie supranta graikų kalbą ir, priešingai, nors jos būtų išreikštos lotyniškai, galioja taip pat ir svetimšaliams, jei tik šie supranta lotynų kalbą. O toji žodine forma atsirandanti prievolė: „AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD BUS DUOTA? IŠKILMINGAI PAŽADU" yra toks Romos piliečiams savitas dalykas, jog net negali būti tiksliai išverstas į graikų kalbą, nors ir yra sakoma, jog tokia forma yra pasisavinta iš graikų kalbos.

94. Todėl yra sakoma, jog vienu atveju ir svetimšalis gali įsipareigoti (susisaistyti prievole) vartodamas šiuos žodžius, o būtent tada, kai mūsų imperatorius kurios nors svetimos valstybės valdovo užklausia: AR IŠKILMINGAI PAŽADI ATEITYJE LAIKYTIS TAIKOS? arba jo paties yra šitaip užklausiama. Tačiau tai yra sakoma labai subtiliai, kadangi sulaužius pažadą, nepradedamas procesas stipuliacijos pagrindu, tačiau keršijama remiantis karo teisės nuostatomis.

95. Galima abejoti dėl to, ar tuo atveju, kai kas į klausimą: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD BUS DUOTA?, atsakytų: PAŽADU arba DUOSIU, prievoliniai teisiniai santykiai užmezgami tinkamai; arba jei kas klausiančiajam AR PAŽADI? atsakytų: *Homologo* (graikiškai tai reiškia „pažadu"), ar prievoliniai teisiniai santykiai užmezgami tinkamai ir atsiranda prievolė.

95a. *Sunt et* aliae obligationes ....

....

(12 fere versus legi nequeunt)

Item si debitor mulieris *iussu eius, dummodo tutore auctore eidem* doti dicat quod debet; alius autem obligari *hoc* modo non potest. Et ideo, si quis alius *pro muliere dotem promittere velit,* communi iure obligare *se debet, id est stipulanti viro promittere.*

96. Item uno loquente *et sine interrogatione alii promittente contrahitur obligatio, si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iuravit,* etsi haec sola causa est, ex qua iureiurando contrahitur obligatio. Sane ex alia nulla causa iureiurando homines obligantur, utique cum quaeritur de iure Romanorum: nam apud peregrinos quid iuris sit, singularum civitatium iura requirentes aliud intellegere poterimus *in aliis valere.*

97. Si id, quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, inutilis est stipulatio, veluti si quis hominem liberum, quem servum esse credebat, aut mortuum, quem vivum esse credebat, aut locum sacrum vel religiosum, quem putabat humani iuris esse, dari stipuletur.

97a. *<Item si quis rem quae in rerum natura esse non potest, veluti hippocentaurum, stipuletur>,* aeque inutilis est stipulatio.

95a. Esama ir kitokių prievolių (...12 eilučių...). Panašiai, jei moters skolininkas, jos įgaliotas (svarbu tiktai, kad būtų globėjo sutikimas), pažada jai kaip kraitį perduoti tai, ką yra skolingas. Kas nors kitas tokiu būdu įsipareigoti negali. Todėl, jei kas nors kitas ketina, dalyvaudamas stipuliacijoje, pažadėti duoti vyrui kraitį, tai jis turi įsipareigoti laikydamasis visuotinai privalomos teisės, kitaip tariant – pažadėti stipuliuojančiam (klausiančiam) vyrui.

96. Lygiai taip pat prievolė atsiranda, kai vienas kalba ir kito nieko neklausiamas pasižada. Pavyzdžiui, jeigu išlaisvintasis, prisiekdamas įsipareigojo padovanoti patronui dovaną arba įvykdyti kokį nors įpareigojimą, arba suteikti paslaugą. Iš tiesų (kiek tai susiję su romėnų teise), jokiu kitu pagrindu prievolė neatsiranda duodant priesaiką. Kokios gi teisinės tvarkos laikosi svetimšaliai? Nagrinėdami atskirų valstybių teisę sužinosime, jog atskirose valstybėse galioja skirtingos nuostatos.

97. Jeigu tai, ką mums stipuliacijos būdu pažadama duoti, negali būti perduota, stipuliacija yra niekinė. Jeigu, pavyzdžiui, kam stipuliacijos būdu prižadama, jog jam bus perduotas laisvas žmogus, kurį jis mano esant vergą, arba miręs, kurį yra įsitikinęs esant gyvą, arba dievogarbai ar mirusiųjų atminimui paskirtos vietos, apie kurias klaidingai manyta jas esant žmogiškosios teisės objektais.

97a. Taip pat esti ir tuo atveju, jeigu kam nors stipuliacijos būdu prižadama perduoti tikrovėje neegzistuojantį (nesantį) daiktą, pavyzdžiui, kentaurą: stipuliacija yra niekinė.

98. Item si quis sub ea condicione stipuletur, quae existere non potest, veluti „si digito caelum tetigerit“, inutilis est stipulatio. Sed legatum sub inpossibili condicione relictum nostri praeceptores proinde deberi putant, ac si sine condicione relictum esset; diversae scholae auctores nihilo minus legatum inutile existimant quam stipulationem. Et sane vix idonea diversitatis ratio reddi potest.

99. Praeterea inutilis est stipulatio, si quis ignorans rem suam esse dari sibi eam stipuletur; quippe quod alicuius est, id ei dari non potest.

100. Denique inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur: POST MORTEM MEAM DARI SPONDES? Vel ita: <POST MORTEM TUAM DARI SPONDES? *Valet autem, si quis ita dari stipuletur:* CUM MORIAR DARI SPONDES *vel ita*>: CUM MORIERIS DARI SPONDES? id est ut in novissimum vitae tempus stipulatoris aut promissoris obligatio conferatur. Nam inelegans esse visum est ab heredis persona incipere obligationem. Rursum ita stipulari non possumus: PRIDIE QUAM MORIAR, aut PRIDIE QUAM MORIERIS, DARI SPONDES? quia non potest aliter intellegi pridie quam aliquis morietur, quam si mors secuta sit; rursus morte secuta in praeteritum reducitur stipulatio et quodam modo talis est: HEREDI MEO DARI SPONDES?, quae sane inutilis est.

98. Panašiai esti ir tuomet, jei kam stipuliacijos būdu įsipareigojama su sąlyga, kuri negali įvykti, pavyzdžiui, „jeigu pirštu palies dangų“, tai stipuliacija yra niekinė. Tačiau legatas (testamentinė išskirtinė) paliktas su neįgyvendinama sąlyga mūsų mokytojų buvo pripažįstamas galiojančiu ir laikoma tarytum sąlyga visai nebuvo numatyta. Priešingos mokyklos šalininkai laikosi tos nuomonės, kad legatas yra lygiai taip pat niekinis kaip ir stipuliacija. Iš tikrųjų sunku surasti motyvų, kurių pakaktų pagrįsti tokiam nuomonių skirtumui.

99. Be to, stipuliacija yra niekinė, jeigu tas, kuriam stipuliacijos būdu prižadama perduoti daiktą, priima pažadą nežinodamas, kad daiktas yra jo; kadangi jei koks nors daiktas jau kam nors priklauso, negali būti jam perduotas.

100. Galiausiai stipuliacija yra niekinė, jeigu kas nors stipuliuoja tokiu būdu: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD PO MANO MIRTIES BUS PERDUOTA? arba šitaip: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD PO TAVO MIRTIES BUS PERDUOTA? Tačiau stipuliacija sukels teisines pasekmes, jeigu kas stipuliavo tokiu būdu: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD BUS PERDUOTA MAN MIRŠTANT? arba taip: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD TAU MIRŠTANT BUS PERDUOTA?, kitaip tariant, tokiu būdu kai prievolės įvykdymas yra atidedamas paskutiniam stipuliatoriaus ir žadančiojo (promisoriaus) gyvenimo momentui. Mat laikyta esant netinkama, kad prievolė prasidėtų nuo įpėdinio. Ir priešingai, negalime pasinaudodami stipuliacija išgauti pažado tokiu būdu: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD BUS PERDUOTA MANO MIRTIES IŠVAKARĖSE? Arba: TAVO MIRTIES IŠVAKARĖSE?, kadangi žodžių junginio TAVO MIRTIES IŠVAKARĖS reikšmė tampa aiški tik tuomet, kai mirtis jau yra įvykusi; savo ruožtu, kai mirtis jau įvyko, stipuliacija yra susijusi su praeitimi ir tam tikra prasme yra šitokia: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD BUS PERDUOTA MANO ĮPĖDINIUI?, o tai, žinoma, nesukelia jokių teisinių pasekmių.

101. Quaecumque de morte diximus, eadem et de capitis deminutione dicta intellegemus.

102. Adhuc inutilis est stipulatio, si quis ad id, quod interrogatus erit, non responderit, veluti si sestertia X a te dari stipuler et tu *nummum sestertium V* milia promittas, aut si ego pure stipuler, tu sub condicione promittas.

103. Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cuius iuri subiecti non sumus. Unde illud quaesitum est, si quis sibi et ei, cuius iuri subiectus non est, dari stipuletur, in quantum valeat stipulatio. Nostri praeceptores putant in universum valere et proinde ei soli, qui stipulatus sit, solidum deberi, atque si extranei nomen non adiecisset. Sed diversae scholae auctores dimidium ei deberi existimant, pro altera vero parte inutilem esse stipulationem.

103a. Alia causa est *si ita stipulatus sim:* MIHI AUT TITIO DARI SPONDES? *quo casu constat mihi* solidum deberi et me solum *ex ea stipulatione agere posse, quamquam* etiam Titio *solvendo liberaris*.

104. *Praeterea* inutilis est stipulatio, si ab eo stipuler, qui iuri meo subiectus est, item si is a me stipuletur. Servus quidem et qui in mancipio est et *filia familias* et quae in manu est non solum ipsi, cuius iuri subiecti subiectaeve sunt, obligari non possunt, sed ne alii quidem ulli.

101. Visa tai, ką mes pasakėme apie mirtį, laikysime esant pasakyta bei taikoma ir teisinio subjektiškumo susiaurėjimo (*capitis deminutio*) atveju.

102. Be to, stipuliacija nesukelia teisinių pasekmių, jeigu kas nors neatsako į tai, apie ką buvo klausiamas; pavyzdžiui, jeigu stipuliuočiau, kad duosi man dešimt sestercijų, o tu pažadėtum penkis tūkstančius sestercijų, arba, jei stipuliuočiau besąlyginį įvykdymą (perdavimą), o tu pažadėtum įvykdyti (perduoti) su sąlyga.

103. Be to, stipuliacija yra niekinė, jeigu stipuliuotume, jog kažkas bus perduota tam, kuriam mes nesame pavaldūs. Štai kodėl kyla klausimas, kokias teisines pasekmes sukelia stipuliacija, jeigu kas nors stipuliuoja, jog kažkas bus perduota jam bei tam, kuriam jis nėra pavaldus. Mūsų mokytojai mano, kad tokia stipuliacija galioja pilna apimtimi, todėl tik tam, kuris stipuliavo, priklauso gauti viską tarytum kito asmens vardo jis visai nebūtų paminėjęs. Tačiau priešingos mokyklos atstovai laikosi nuomonės, kad stipuliatoriui priklauso gauti tik pusę to, kas žadėta, o likusioje dalyje stipuliacija yra negaliojanti.

103a. Kitokio pagrindo esama, kai stipuliuoju šitaip: MAN ARBA TITUI IŠKILMINGAI PAŽADI DUOTI? Tokiu atveju nėra abejonių, kad mano naudai privalo įvykdyti visą prievolę ir tik aš galiu pareikšti ieškinį šios stipuliacijos pagrindu, nors nuo prievolės taptum laisvas ir įvykdydamas ją Titui.

104. Be to, stipuliacija yra niekinė, jei stipuliuoji iš to, kuris yra pavaldus man, lygiai taip pat, kaip ir tuo atveju, kai jis stipuliuoja iš manęs. Kita vertus, ir vergas, ir asmuo *in mancipium* (perduotas svetimos šeimos galvos valdžiai), ir tėvui pavaldi dukra, ir žmona, paklūstanti vyro valdžiai, negali įsipareigoti ne tik tam, kuriam yra pavaldūs ar pavaldžios, bet ir bet kuriam kitam.

105. Mutum neque stipulari neque promittere posse palam est. Idem etiam in surdo receptum est; quia et is qui stipulatur verba promittentis, et qui promittit, verba stipulantis exaudire debet.

106. Furiosus nullum negotium gerere potest, quia non intellegit quid agat.

107. Pupillus omne negotium recte gerit, ut tamen, sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur, veluti si ipse obligetur: nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest.

108. Idem iuris est in feminis, quae in tutela sunt.

109. Sed quod diximus de pupillo, utique de eo verum est, qui iam aliquem intellectum habet. Nam infans et qui infanti proximus est non multum a furioso differt, quia huius aetatis pupilli nullum intellectum habent: sed in his pupillis *propter* utilitatem benignior iuris interpretatio facta est.

110. Possumus tamen ad id quod stipulamur alium adhibere, qui idem stipuletur; quem vulgo adstipulatorem vocamus.

111. *Et* huic proinde actio competit proindeque ei recte solvitur ac nobis; sed quidquid consecutus erit, mandati iudicio nobis restituere cogetur.

105. Akivaizdu, kad nebylys negali nei stipuliuoti, nei žadėti. Ta pati taisyklė taikoma ir kurčiajam, nes ir tas, kuris stipuliuoja, privalo išklausyti žadančiojo žodžius, ir tas, kuris žada – stipuliuojančiojo.

106. Beprotis negali atlikti jokio juridinio veiksmo (sudaryti jokio sandorio), nes nesupranta, ką darąs.

107. Bet kuris globotinio sudarytas sandoris laikomas sudarytu tinkamai ir galioja, jeigu tik esama globėjo leidimo visais tais atvejais, kai tai reikalinga; pavyzdžiui, kai pats globotinis įsipareigoja įvykdyti kokią nors prievolę, nes įpareigoti kitą ką nors įvykdyti jo naudai globotinis gali ir be globėjo leidimo.

108. Ta pati nuostata galioja ir moterų, kurioms taikoma globa, atžvilgiu.

109. Tačiau visa tai, ką mes pasakėme apie globotinius, yra tinkama tik atžvilgiu to, kuris jau turi tam tikrą suvokimą, nes mažamečiai ir tie, kurių amžius yra labai artimas mažametystei, maža tesiskiria nuo psichikos ligonio – mat tokio amžiaus globotiniai neturi jokios nuovokos. Atsižvelgiant į poreikius, tokių globotinių atžvilgiu įprasta teisę aiškinti ne taip griežtai (t. y. jiems palankiau ir naudingiau).

110. Dėl to, kas mums yra žadama stipuliacijos būdu, galime pasitelkti kitą asmenį, kuris stipuliuoja dėl to paties; jis paprastai vadinamas adstipuliatoriumi.

111. Jam priklauso teisė pareikšti ieškinį, o prievolės įvykdymas jam laikomas tinkamu įvykdymu taip tarytum prievolė būtų įvykdyta mums, tačiau ką tik adstipuliatorius gautų, privalės perduoti mums ir yra atsakingas pagal ieškinį iš pavedimo.

112. Ceterum potest etiam aliis verbis uti adstipulator, quam quibus nos usi sumus. Itaque si verbi gratia ego ita stipulatus sim: DARI SPONDES?, ille sic adstipulari potest: IDEM FIDE TUA PROMITTIS? vel IDEM FIDEIUBES? vel contra.

113. *Item minus* adstipulari potest, plus non potest. Itaque si ego sestertia X stipulatus sim, ille sestertia V stipulari potest; contra vero plus non potest. Item si ego pure stipulatus sim, ille sub condicione stipulari potest: contra vero non potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intellegitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare.

114. In hoc autem iure quaedam singulari iure observantur. Nam adstipulatoris heres non habet actionem. Item servus adstipulando nihil agit, *qui* ex ceteris omnibus causis stipulatione domino adquirit. Idem de eo qui in mancipio est magis placuit; nam et is servi loco est. Is autem, qui in potestate patris est, agit aliquid, sed parenti non adquirit, quamvis ex omnibus ceteris causis stipulando ei adquirat. Ac ne ipsi quidem aliter actio competit, quam si sine capitis deminutione exierit de potestate parentis, veluti morte eius aut quod ipse flamen Dialis inauguratus est. Eadem de filia familias et quae in manu est dicta intellegemus.

112. Galiausiai, adstipuliuodamas adstipuliatorius gali vartoti kitus žodžius nei tie, kuriuos vartojome mes. Taigi, jeigu aš stipuliuoju taip: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, JOG BUS DUOTA?, anas gali adstipuliuoti tokiais žodžiais: AR PAŽADI TĄ PATĮ DUODAMAS GARBĖS ŽODĮ? arba AR SĄŽININGAI UŽTIKRINI TĄ PATĮ? arba atvirkščiai.

113. Taip pat galima adstipuliuoti mažiau, tačiau daugiau – negalima. Taigi, jeigu aš stipuliuoju, jog bus sumokėta dešimt sestercijų, tai anam (adstipuliatoriui) gali būti žadama sumokėti penkis sestercijus, o tuo tarpu atvirkščiai, tai yra žadėti sumokėti adstipuliatoriui daugiau – negalima. Panašiai ir tuo atveju, jeigu aš stipuliuoju dėl kokio nors besąlyginio įvykdymo, tai anam (adstipuliatoriui) gali būti pažadama ką nors įvykdyti su sąlyga, tačiau atvirkščiai – negali būti. „Daugiau" ir „mažiau" gali būti susiję ne tik su kiekiu, bet ir su laiku, kadangi daugiau reiškia duoti nedelsiant, o mažiau – duoti praėjus tam tikram laikui.

114. Tačiau šiame teisės dalyke yra laikomasi tam tikrų išimtinių nuostatų. Mat adstipuliatoriaus įpėdiniui nesuteikiamas ieškinys. Lygiai taip pat vergas, kuris visais kitais pagrindais iš stipuliacijos įgyja savo šeimininko naudai, priėmęs pažadą kaip adstipuliatorius, nesukelia jokių teisinių pasekmių. Tai galioja, kaip daugelis yra įsitikinę, ir asmeniui *in mancipio* (t. y. esančiam svetimos šeimos galvos valdžioje), kadangi toks asmuo faktiškai užima vergo padėtį. Tas, kuris pavaldus tėvui, sukelia teisines pasekmes, tačiau neįgyja ascendento (tėvo) naudai, nors stipuliuodamas visais kitais pagrindais įgyja ascendento (tėvo) naudai. Jam taip pat nesuteikiamas ieškinys, nebent taptų laisvas nuo ascendento (tėvo) valdžios neįvykstant *capitis deminutio*, pavyzdžiui, ascendentui (tėvui) mirus arba jam pačiam iškilmingai tapus Jupiterio žyniu. Tą patį laikysime esant pasakyta ir apie tėvui pavaldžią dukterį ir apie tą, kuri pavaldi vyrui.

115. Pro eo quoque, qui promittit, solent alii obligari: quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores appellamus.

116. Sponsor ita interrogatur: IDEM DARI SPONDES? fidepromissor <*ita*> IDEM FIDEPROMITTIS? fideiussor ita: IDEM FIDE TUA ESSE IUBES? Videbimus de his autem, quo nomine possint proprie appellari qui ita interrogantur: IDEM DABIS IDEM PROMITTIS? IDEM FACIES?

117. Sponsores quidem et fidepromissores et fideiussores saepe solemus accipere, dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit: adstipulatorem vero fere tunc solum adhibemus, cum ita stipulamur, ut aliquid post mortem nostram detur. *Quia enim ut ita nobis detur* stipulando nihil agimus, adhibetur adstipulator, ut is post mortem nostram agat; qui si quid fuerit consecutus, de restituendo eo mandati iudicio heredi meo tenetur.

118. Sponsoris vero et fidepromissoris similis condicio <*est*>, fideiussoris valde dissimilis.

119. Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt nisi verborum, quamvis interdum ipse *qui* promiserit non fuerit obligatus, veluti si *mulier* aut pupillus sine tutoris auctoritate aut quilibet post mortem suam dari promiserit. At illud quaeritur, si servus aut peregrinus spoponderit, an pro eo sponsor aut fidepromissor obligetur.

115. Įprasta, jog įvykdyti prievolę už žadantįjį (promisorių, skolininką) įsipareigoja kiti (laiduotojai), kurių vienus vadinsime *sponsores*, kitus – *fideipromissores*, trečius – *fideiussores*.

116. *Sponsor* yra klausiama šitaip AR IŠKILMINGAI PAŽADI DUOTI TĄ PATĮ?, *fideipromissor* – šitaip: AR DUODI GARBĖS ŽODĮ, KAD PAŽADI TĄ PATĮ?, *fideiussor* – AR DUODI GARBĖS ŽODĮ, KAD UŽTIKRINI TĄ PATĮ? Nuspręskime, kokiu vardu galima tinkamai įvardyti tuos, kurių klausiame šitaip: AR DUOSI TĄ PATĮ?, AR PRIŽADI TĄ PATĮ?, AR PADARYSI TĄ PATĮ?

117. Mums įprasta pasitelkti laiduotojus, kuriuos vadiname *sponsores*, *fideipromissores* ir *fideiussores*, nes rūpinamės geresniu mūsų reikalavimo teisių užtikrinimu. Adstipuliatorius mes pasitelkiame tuomet, kai stipuliuojame, kad kas nors būtų perduota po mūsų mirties. Kadangi stipuliuodami, jog bus duota po mūsų mirties, nesukeliame teisinių pasekmių (t. y. stipuliacija yra niekinė), tai pasitelkiame adstipuliatorių, kad jis po mūsų mirties pareikalautų prievolės įvykdymo pareikšdamas ieškinį. Jeigu stipuliatorius gaus kokį nors prievolės įvykdymą, jis privalo tai, ką gavo, perduoti mano įpėdiniui ir atsako pagal ieškinį iš pavedimo.

118. *Sponsor* ir *fideipromissor* teisinė padėtis yra panaši, o *fideiussor* – iš esmės skiriasi.

119. Pirmieji negali dalyvauti jokiuose kituose prievoliniuose teisiniuose santykiuose, išskyrus verbalines (žodines) prievoles, nors kartais žadantysis nebus laikomas skolingu, jeigu pažada, pavyzdžiui, moteris arba globotinis, neturėdami globėjo leidimo, arba jeigu kas pažada, kad bus duota po jo mirties. Tiesa, kyla klausimas: jeigu atlikdamas stipuliaciją pasižadėtų vergas arba svetimšalis (peregrinas), tai ar *sponsor* arba *fideipromissor* privalo už jį įvykdyti prievolę?

119a. Fideiussor vero omnibus obligationibus, id est sive re sive verbis sive litteris sive consensu contractae fuerint obligationes, adici potest. *Ac* ne illud quidem interest, utrum civilis an naturalis obligatio sit, cui adiciatur; adeo quidem, ut pro servo quoque obligetur, sive extraneus sit qui a servo fideiussorem accipiat, sive ipse dominus in id quod sibi debeatur.

120. Praeterea sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur, nisi si de peregrino fidepromissore quaeramus, et alio iure civitas eius utatur. Fideiussoris autem etiam heres tenetur.

121. Item sponsor et fidepromissor *lege Furia* biennio liberantur, et quotquot erunt numero eo tempore, quo pecunia peti potest, in tot partes diducitur inter eos obligatio et singuli <*in*> viriles partes *obligantur.* Fideiussores vero perpetuo tenentur, et quotquot erunt numero, singuli in solidum obligantur. Itaque liberum est creditori a quo velit solidum petere. Sed nunc ex epistula divi Hadriani *compellitur* reditor a singulis, qui modo solvendo sint, partes petere. Eo igitur distat haec epistula a lege Furia, quod si quis ex sponsoribus aut fidepromissoribus solvendo non sit, hoc onus ad <*ceteros non pertinet; sed ex fideiussoribus etsi unus tantum solvendo sit, ad hunc onus*> ceterorum quoque pertinet.

119a. *Fideiussor* gali prisijungti užtikrindamas bet kurios prievolės įvykdymą, kitaip tariant, nesvarbu, ar prievolė atsirado perdavus daiktą, ar buvo sukurta žodžiu, ar raštu, ar kilo iš susitarimo (konsensuso). Neturėjo reikšmės, ar prievolė, už kurios įvykdymą laiduojama, yra civilinė ar prigimtinė; ir net iki tokio laipsnio, jog jis gali įsipareigoti įvykdyti prievolę taip pat ir už vergą; nesvarbu, ar tas, kurį vergas priima kaip laiduotoją, yra pašalinis asmuo, ar tai būtų pats savininkas, kuris laiduoja už tai, kas jam priklauso.

120. Be to, *sponsor* ir *fideipromissor* įpėdinis nėra atsakingas, nebent tai būtų *fideipromissor*, kuris yra užsienietis, o jo pilietybės valstybėje galiotų kitokia teisės nuostata. Gi *fideiussor* įpėdinis taip pat yra atsakingas.

121. Panašiai *sponsor* ir *fideipromissor* atsakomybė, remiantis *lex Furia*, pasibaigdavusi praėjus dvejiems metams ir tiek, kiek jų (*sponsores* ir *fideipromissores*) bus tuo metu, kada galima reikalauti pinigų (prievolės įvykdymo), į tiek dalių tarp jų bus padalinta prievolė, o iš kiekvieno bus reikalaujama įvykdyti jam tenkančią dalį. Tuo tarpu *fideiussores* atsakomybė yra neterminuota ir kiek jų bebūtų, visi jie atsako solidariai (už visos prievolės įvykdymą). Todėl kreditorius gali visos skolos sumokėjimo pareikalauti iš bet kurio. Kita vertus, šiandien, atsižvelgiant į imperatoriaus Adriano reskriptą, kreditorius yra įpareigotas iš kiekvieno, jei tik yra mokus, pareikalauti atitinkamos prievolės dalies įvykdymo. Taigi, šioje vietoje reskriptas nuo *lex Furia* skiriasi tuo, kad, jeigu kuris iš *sponsores* arba *fideipromissores* bus nemokus, jo pareiga vykdyti prievolę nepereina kitiems; tuo tarpu, jeigu kuris nors iš *fideiussores* (nors tiktai vienas iš jų) bus mokus, ši pareiga saisto taip pat ir kitus.

121a. Sed cum lex Furia tantum in Italia locum habeat, evenit ut in ceteris provinciis sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fideiussores in perpetuo teneantur et singuli in solidum obligentur, nisi ex epistula divi Hadriani hi quoque adiuventur in parte.

122. Praeterea inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quandam societatem introduxit. Nam si quis horum plus sua portione solverit, de eo, quod amplius dederit, adversus ceteros actiones constituit. Quae lex ante legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obligabantur. Unde quaeritur, an post legem Furiam adhuc legis Apuleiae beneficium supersit. Et utique extra Italiam superest: nam lex quidem Furia tantum in Italia valet, Apuleia vero etiam in ceteris provinciis. Sed an etiam *in Italia* beneficium legis Apuleiae supersit, valde quaeritur. Ad <*fideiussores autem*> *lex* Apuleia non pertinet. Itaque si creditor ab uno totum consecutus fuerit, huius solius detrimentum erit, scilicet si is, pro quo fideiussit, solvendo non sit. Sed *ut ex* supra dictis apparet, is a quo creditor totum petit poterit ex epistula divi Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio.

121a. Tačiau kadangi *lex Furia* taikomas tik Italijoje, iš to seka, kad visose provincijose tiek *sponsores*, tiek *fideipromissores* atsakomybė yra neterminuota kaip ir *fideiussores* ir kiekvienas iš jų yra atsakingas už visą skolą, nebent ir jų atžvilgiu būtų taikomas palankesnis imperatoriaus Adriano reskriptas, numatantis atsakomybę už tam tikros prievolės dalies įvykdymą.

122. Be to, *lex Apuleia* nustatė tarp *sponsores* ir *fideipromissores* atsirandant tam tikros rūšies bendrovę. Kadangi, jeigu kuris nors sumokėdavo daugiau negu jam priklausė mokėti, jam buvo suteikiamas ieškinys prieš likusiuosius dėl to, kas buvo duota viršijant savąją dalį. Šis įstatymas buvo priimtas anksčiau nei *lex Furia*, kuomet jie buvo atsakingi kaip solidarūs skolininkai. Štai kodėl kyla klausimas, ar po *lex Furia* priėmimo liko lengvata, kurią nustatė *lex Apuleia*? Abejonių nekelia, jog taip yra už Italijos ribų, nes *lex Furia* taikomas tik Italijoje, tuo tarpu *lex Apuleia* – ir likusiose provincijose. Kita vertus, labai ginčytina tai, ar *lex Apuleia* numatyta lengvata liko galioti ir Italijoje. *Fideiussores* atžvilgiu *lex Apuleia* netaikomas. Todėl jeigu kreditorius gavo visos prievolės įvykdymą iš vieno, tai pastarajam pačiam bus nenaudinga, o būtent tuomet, jeigu tas, už kurį jis laidavo *fideiussio* būdu, pasirodys esąs nemokus. Tačiau kaip aiškėja iš to, kas pasakyta aukščiau, tas, iš kurio kreditorius reikalauja visos prievolės įvykdymo, turės teisę, remdamasis imperatoriaus Adriano reskriptu, reikalauti, kad prieš jį būtų suteiktas ieškinys dėl atitinkamos prievolės dalies.

123. Praeterea lege Cicereia cautum est, ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit; et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus intra diem XXX praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit praedictum non esse, liberantur. Qua lege fideiussorum mentio nulla fit. Sed in usu est, etiam si fideiussores accipiamus, praedicere.

124. Sed beneficium legis Corneliae omnibus commune est. Qua lege idem pro eodem apud eundem eodem anno vetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae quam in XX milia. Et quamvis sponsores vel fidepromissores in amplam pecuniam, veluti si sestertium C milia *<se obligaverint, tamen dumtaxat in XX tenentur>*. Pecuniam autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi causa damus, sed omnem, quam tum cum contrahitur obligatio certum est debitum iri, id est *<quae>* sine ulla condicione deducitur in obligationem. Itaque et ea pecunia quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est eam debitum iri, licet post tempus petatur. Appellatione autem pecuniae omnes res in ea lege significantur: itaque *<et>* si vinum vel frumentum et si fundum vel hominem stipulemur, haec lex observanda est.

123. Be to, *lex Cicereia* nustatyta, kad tas, kuris priima *sponsores* ir *fideipromissores* laidavimą, privalo pareikšti ir viešai paskelbti, kokios prievolės įvykdymą užtikrinant yra laiduojama, o taip pat apie tai, kiek *sponsores* ir *fideipromissores* jis priims šiai prievolei užtikrinti. Jeigu iš anksto viešai nepareikštų, tai *sponsores* ir *fideipromissores* suteikiama teisė per trisdešimt dienų pareikšti ieškinį reikalaujant nustatyti, ar buvo taip, kaip nustatyta tame įstatyme, padarytas viešas pareiškimas, ir jeigu priimamas sprendimas, kad tokio pareiškimo nebuvo, tai jie (*sponsores* ir *fideipromissores*) tampa nuo atsakomybės laisvi. Šiame įstatyme nėra jokios užuominos apie *fideiussores*, tačiau paprastai išankstinis pareiškimas daromas ir priimant *fideiussores* laidavimą.

124. Tačiau lengvata, kurią suteikė *lex Cornelia*, taikoma visiems. Šis įstatymas draudžia, kad vienas ir tas pats už tą patį ir tam pačiam, tais pačiais metais įsipareigotų didesnei nei 20 000 sestercijų sumai ir nors *sponsores* arba *fideipromissores* įsipareigotų laiduoti didesnei pinigų sumai, pavyzdžiui, 100 000 sestercijų, jų atsakomybė apsiriboja 20 000 sestercijų. Kaip skolą suprantame ne pinigų sumą, kurią duodame kaip paskolą, tačiau bet kurią, dėl kurios atsirandant prievolei yra aišku, jog jos sugrąžinimo bus galima pareikalauti, kitaip tariant tą, kuri besąlygiškai tampa prievolės dalyku. Taigi, į šią kategoriją patenka ir pinigai, kuriuos atlikdami stipuliaciją prižadame nustatytu terminu perduoti. Kadangi yra akivaizdu, jog jų bus galima pareikalauti, nors sumokėti būtų reikalaujama ir praėjus terminui. Taigi sąvoka „pinigai" (*pecunia*) šiame įstatyme yra apibrėžiami bet kokie daiktai. Todėl jeigu mes stipuliuojame vyną ar grūdus arba žadame perduoti žemės sklypą ar vergą, privalu laikytis šio įstatymo.

125. Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, veluti si dotis nomine, vel cius quod ex testamento tibi debeatur, aut iussu iudicis satis accipiatur. Et adhuc lege vicesima hereditatium cavetur, ut ad eas satisdationes, quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat.

126. In eo quoque iure par condicio est omnium, sponsorum fidepromissorum fideiussorum, quod ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. At ex diverso ut minus debeant obligari possunt, sicut in adstipulatoris persona diximus. Nam ut adstipulatoris, ita et horum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest quam in principali *re.*

127. In eo quoque par omnium causa *est,* quod, si *quid pro reo solverint,* eius reciperandi causa *habent* cum eo mandati iudicium. Et hoc amplius sponsores ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.

128. Litteris obligatio fit veluti in nominibus transcripticiis. Fit *autem* nomen transcripticium duplici modo, vel a re in personam vel a persona in personam.

129. <*A re in personam*> transcriptio fit, veluti si id, quod *tu* ex emptionis causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero.

125. Atskirais atvejais šis įstatymas leidžia prisiimti neribotą laidavimą, pavyzdžiui, jei laiduojant užtikrinamas kraitis arba tai, kas priklauso pagal testamentą arba teisėjo įsakymą. Be to, dar įstatyme, nustatančiame penkių procentų palikimo vertės dydžio mokestį (t. y. *lex Iulia*), numatyta, kad *lex Cornelia* netaikomas tiems užtikrinimo būdams, kuriuos numato šis įstatymas (t. y. *lex Iulia*).

126. Visų *sponsores, fideipromissores* ir *fideiussores* padėtis teisiniu požiūriu yra identiška todėl, kad jie negali įsipareigoti būti skolingi daugiau nei tas, už kurį laiduoja. Antra vertus, įsipareigoti, kad būtų skolingi mažiau, – gali, kaip jau sakėme kalbėdami apie adstipuliatorių. Kaip ir adstipuliatoriaus, pastarųjų prievolė yra papildoma (subsidiari) pagrindinės prievolės atžvilgiu, o papildymas negali būti didesnis nei pagrindinė prievolė.

127. Visų padėtis yra vienoda taip pat ir tuo atžvilgiu, jog jei sumokės ką nors už skolininką, tai siekdami tą, ką įvykdė, susigrąžinti, turi teisę pareikšti jam ieškinį, kylantį iš pavedimo. Be to, *sponsores* pagal *lex Publilia* priklauso atskiras ieškinys – vadinamasis *actio depensi*, kuriuo galima reikalauti dvigubos sumos.

128. Literalinė prievolė atsiranda, pavyzdžiui, padarius įrašą pajamų ir išlaidų knygoje (perrašius skolinį reikalavimą). Skolinio reikalavimo perrašymas gali būti dvejopas: arba nuo daikto – asmeniui arba nuo asmens – asmeniui.

129. Perrašymas nuo daikto–asmeniui yra tuo atveju, kai, pavyzdžiui, tai, ką tu man skolingas pagal pirkimo–pardavimo, nuomos ar bendrovės sutartį, aš įrašysiu į knygą kaip tau išmokėtą sumą.

130. A persona in personam transcriptio fit, veluti si id, quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est si Titius te delegaverit mihi.

131. Alia causa est eorum nominum, quae arcaria vocantur. In his enim *rei,* non litterarum obligatio consistit, quippe non aliter valent, quam si numerata sit pecunia: numeratio autem pecuniae rei facit obligationem. Qua de causa recte dicemus arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere.

132. Unde <*non*> proprie dicitur arcariis nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nomine, sed numeratione pecuniae obligantur: quod genus obligationis iuris gentium est.

133. Transcripticiis vero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur, quia quodam modo iuris civilis est talis obligatio; quod Nervae placuit. Sabino autem et Cassio visum est, si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam peregrinos obligari; si vero a persona in personam, non obligari.

134. Praeterea litterarum obligatio fieri videtur chirographis et syngraphis, id est si quis debere se aut daturum se scribat; ita scilicet, si eo nomine stipulatio non fiat. Quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

130. Perrašymas nuo asmens–asmeniui yra tuo atveju, kai, pavyzdžiui, tai, ką man skolingas Titas, įrašysiu į knygą kaip sumą, kuri yra išmokėta tau, kitaip tariant, jeigu Titas tave delegavo į savo vietą (t. y. Tito skola buvo perkelta tau).

131. Kitoks yra įrašo, kuris vadinamas kasos įrašu (*nomina arcaria*), teisinis pagrindas. Šiuo atveju prievolė yra pagrįsta daiktu, o ne raštu, kadangi ji galioja tik tuomet, kai pinigai buvo išmokėti, o pinigų išmokėjimas kuria realią prievolę. Dėl šios priežasties nesuklysime pasakydami, kad kasos įrašai jokios prievolės nesukuria, o įrodo prievolę atsiradus.

132. Todėl neteisingai teigiama, kad padarant kasos įrašus, prievolėmis susaistomi taip pat ir svetimšaliai (peregrinai); mat pastarieji susaistomi prievolėmis ne dėl paties įrašo, o dėl jiems išmokamų pinigų: ši prievolių rūšis priklauso tautų teisei.

133. Kita vertus, visiškai pagrįstai kyla klausimas, ar įrašais pajamų ir išlaidų knygose (*nomina transcripticia*) gali būti sukuriama prievolė svetimšaliams (peregrinams), kadangi tokios prievolės tam tikra prasme atsiranda pagal Romos piliečių teisę (*ius civile*). Tokią nuomonę yra išreiškęs Nerva. Sabinas ir Kasijus laikė, kad jeigu būta perrašymo nuo daikto (dalyko)–asmeniui, svetimšalį (peregriną) susaisto prievolė, o jeigu perrašymas buvo nuo asmens–asmeniui (t. y. vieno skola perkeliama kitam), prievolė peregrinui neatsiranda.

134. Be to, atrodo, jog rašytinė prievolė atsiranda ir vienu kreditoriui perduodamu egzemplioriumi (chirografas) arba dviem egzemplioriais (singrafa) surašytų skolos raštų pagrindu, t. y., jeigu kas parašys, kad jis skolingas, arba, kad ką nors duos (žinoma, *tik tuomet, kai tuo pagrindu nesudaroma stipuliacija*). Ši prievolių rūšis būdinga svetimšaliams (peregrinams).

135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis.

136. Ideo autem istis modis consensu dicimus obligationes contrahi, *quod* neque verborum neque scripturae ulla proprietas desideratur, sed sufficit eos, qui negotium gerunt, consensisse. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistulam aut per internuntium; cum alioquin verborum obligatio inter absentes fieri non possit.

137. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet; cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat, et in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur.

138. [Sed absenti expensum ferri potest, etsi verborum obligatio cum absente contrahi non possit.].

[DE EMPTIONE ET VENDITIONE.] **139.** Emptio *et venditio contrahitur*, cum de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit: nam quod arrhae nomine datur, argumentum est emptionis et venditionis contractae.

135. Neformalaus šalių susitarimo (konsensuso) dėka atsiranda prievolės iš pirkimo–pardavimo, nuomos, bendrovės, pavedimo.

136. Šiais atvejais sakoma, kad prievolės kyla iš šalių susitarimo, nes čia kokia nors žodinė ar rašytinė forma nereikalinga, pakanka to, kad tie, kurie atlieka juridinį veiksmą (sudaro sandorį), pasiekė susitarimą. Todėl tokie sandoriai sudaromi ir tarp tų, kurie juos sudarant asmeniškai nedalyvauja, pavyzdžiui, sudarant sandorį raštu, per pasiuntinį, kai tuo tarpu verbalinė (žodinė) prievolė negali atsirasti šaliai asmeniškai nedalyvaujant.

137. Panašiai šių sutarčių (civilinių kontraktų) atveju šalys įsipareigoja viena kitai dėl to, ką viena kitai privalo įvykdyti laikydamosi teisingumo ir geros valios; tuo tarpu žodinėse prievolėse vienas stipuliuoja, kitas pažada; įrašų, daromų pajamų ir išlaidų knygose, atveju, vienas, padarydamas įrašą apie išlaidas, tampa kreditoriumi (įgyja reikalavimo teisę), o kitas – prievolę įvykdyti privalančiu skolininku.

138. Įrašas apie jam išmokėtą sumą į pajamų ir išlaidų knygą gali būti įrašomas ir nedalyvaujančiojo atžvilgiu, nors žodinės sutarties su asmeniškai nedalyvaujančiu sudaryti negalima.

[APIE PIRKIMĄ–PARDAVIMĄ]. **139.** Pirkimo–pardavimo sandoris laikomas sudarytu, jei susitariama dėl kainos, nors kaina dar ir nebūtų sumokėta ir net neduoti rankpinigiai, nes tai, kas perduodama kaip rankpinigiai, tėra įrodymas, patvirtinantis pirkimo–pardavimo sutarties sudarymą.

140. Pretium autem certum esse debet. Nam alioquin si ita inter nos convenerit, ut quanti Titius rem aestimaverit, tanti sit empta, Labeo negavit ullam vim hoc negotium habere; cuius opinionem Cassius probat. Ofilius et eam emptionem et venditionem <*esse putavit*>: cuius opinionem Proculus secutus est.

141. Item pretium in numerata pecunia consistere debet: nam in ceteris rebus an pretium esse possit, veluti homo aut toga aut fundus alterius rei <*pretium esse possit*>, valde quaeritur. Nostri praeceptores putant etiam in alia re posse consistere pretium. Unde illud est, quod vulgo putant per permutationem rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis venditionisque vetustissimam esse; argumentoque utuntur Graeco poeta Homero, qui aliqua parte sic ait:
ένυεν άρ' οίνίζοντο κάρηκομόωντες Αχαιοί,
άλλοι μεν χαλκώ, άλλοι δ' αίυνι οϊοήρώ,
άλλοι δε ρινοις, άλλοι δ' αύτησι βόεσσιν,
άλλοι δ' άνδραπόδεσσι>
et reliqua. Diversae scholae auctores dissentiunt aliudque esse existimant permutationem rerum, aliud emptionem et venditionem; alioquin *non posse* rem expediri permutatis rebus, quae videatur res venisse et quae pretii nomine data esse, sed rursus utramque rem videri et venisse et utramque pretii nomine datam esse absurdum videri. Sed ait Caelius Sabinus, si rem tibi venalem habenti, veluti fundum, [acceperim et] pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem videri venisse, hominem autem pretii nomine datum esse, ut fundus acciperetur.

140. Kaina turi būti aiškiai apibrėžta. Kadangi priešingu atveju, jeigu mes susitarsime, kad daiktas bus nupirktas už tiek, kiek jį įvertins Titas, Labeono nuomone, neigtina, jog toks sandoris sukelia kokias nors teisines pasekmes. Kasijus šiai nuomonei pritaria. Ofilijus[*] manė, kad tai esantis pirkimas–pardavimas. Jo nuomonę palaikė ir Prokulas.

141. Kaina turi būti išreikšta pinigų suma. Nemažai buvo svarstyta, ar gali kainą išreikšti kitokie daiktai, kaip antai, ar gali vergas arba toga, arba žemės sklypas būti svetimo daikto kaina. Mūsų mokytojai mano, kad kaina gali būti išreiškiama taip pat ir kitu daiktu. Iš to seka, jog, kaip įprasta manyti, pirkimas–pardavimas sudaromas mainant daiktus ir kad šioji pirkimo ir pardavimo forma esanti pati seniausia, o kaip to įrodymas pasitelkiamas graikų poetas Homeras[**], kuris vienoje vietoje sako šitaip:
O jau achajai kiti garbiniuoti turėjo sau pirktis,
Kas kaip įmanė: variu arba geležia pilka ar oda
Jaučių ar jaučiais pačiais, ar belaisviais, sugautais kovojant [***]
ir taip toliau. Kitai mokyklai priklausantys teisininkai laikosi skirtingos nuomonės ir mano, kad daiktų mainai – tai viena, o pirkimas–pardavimas – visai kas kita. Kitaip mainų atveju neįmanoma būtų nuspręsti, kuris daiktas laikytinas esąs parduotas, o kuris – atiduotas sumokant kainą; taip pat netikęs atrodo esąs ir požiūris, jog kiekvienas iš daiktų buvo ir parduotas, ir perduotas sumokant kainą. Tačiau Celijus Sabinas teigia, kad jeigu iš tavęs, turinčio daiktą, pavyzdžiui, žemės sklypą pardavimui, jį priimčiau ir kaip užmokestį (kainą) duočiau, tarkime, vergą, bus laikoma, kad žemės sklypas buvo parduotas, o tuo tarpu vergas atiduotas sumokant kainą žemei gauti.

[*] Gyveno I amžiuje prieš Kristaus gimimą.
[**] Gyveno IX amžiuje prieš Kristaus gimimą.
[***] Il.VII 472.72.2. Homeras. Iliada (redagavo A. Dambrauskas). Vilnius: Valstybinė grožinės literatūros leidykla, 1962.

142. Locatio autem et conductio similibus regulis *constituitur,* nisi enim merces certa statuta sit, non videtur locatio et conductio contrahi.

143. Unde si alieno arbitrio merces permissa sit, veluti quanti Titius aestimaverit, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur. Qua de causa si fulloni polienda curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dederim, nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus, quanti inter nos convenerit, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur.

144. *Item* si rem tibi utendam dederim et invicem aliam rem utendam acceperim, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur.

145. Adeo autem emptio et venditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere videntur, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum emptio et venditio contrahatur an locatio et conductio. Veluti si qua res in perpetuum locata sit, quod evenit in praediis municipum, quae ea lege locantur, ut quamdiu [id] vectigal praestetur, neque ipsi conductori neque heredi eius praedium auferatur. Sed magis placuit locationem conductionemque esse.

146. Item [quaeritur] si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint, pro sudore denarii XX mihi darentur, in eos vero singulos, qui occisi aut debilitati fuerint, denarii mille, quaeritur, utrum emptio et venditio an locatio et conductio contrahatur. Et magis placuit eorum qui integri exierint locationem et conductionem contractam videri, at eorum qui occisi aut debilitati sunt emptionem et venditionem esse; idque ex accidentibus apparet, tamquam sub condicione facta cuiusque venditione aut locatione. Iam enim non dubitatur, quin sub condicione res veniri aut locari possint.

142. Išnuomojimas ir išsinuomojimas yra paremtas panašiais pagrindais, kadangi jeigu nebuvo susitarta dėl nuomos mokesčio, nelaikoma, jog buvo sudaryta nuomos sutartis.

143. Todėl, jei nustatyti nuomos mokesčio dydį buvo pavesta kam nors kitam, pavyzdžiui, kiek nustatys (įvertins) Titas, kyla klausimas, ar tokiu atveju yra sudaroma nuomos sutartis. Todėl, jei perduočiau vėlėjui drabužį išvalyti arba sutvarkyti, arba siuvėjui jį pataisyti tuo metu nesusitardamas dėl atlyginimo ir ketindamas vėliau sumokėti tiek, kiek sulygsime, kyla klausimas, ar sudaryta nuomos sutartis.

144. Lygiai taip pat, jei perduočiau tau daiktą naudotis ir mainais už tai gaučiau naudotis kitą daiktą, kyla klausimas, ar sudaryta nuomos sutartis.

145. Pirkimas ir pardavimas bei nuoma atrodo esą taip panašūs, jog kai kuriais atvejais įprasta klausti, ar sudaroma pirkimo–pardavimo, ar nuomos sutartis. Pavyzdžiui, jei koks daiktas būtų išnuomojamas visam laikui, kaip kad esti municipijams priklausančios žemės sklypų, kurie nuomininkams perduodami naudotis su sąlyga, jog tol, kol bus mokamas nuomos mokestis, žemės sklypas nebus atimtas nei iš paties nuomininko, nei iš jo įpėdinių, atvejais. Vis dėl to nusvėrė nuomonė, jog tai yra nuoma.

146. Lygiai taip pat kyla klausimas, jei perduočiau tau gladiatorius su sąlyga, kad už darbą tų, kurie po kautynių išliks sveiki, man bus sumokėta po 20 denarų, o tuo tarpu už kiekvieną užmuštą arba sužalotą – po 1000 denarų, ar sudaroma pirkimo–pardavimo, ar nuomos sutartis? Vyrauja nuomonė, jog dėl tų, kurie liks sveiki, sudaryta nuomos sutartis, o dėl tų, kurie žus arba bus sužaloti – pirkimo–pardavimo sutartis. Ir tik iš atsitiktinių aplinkybių tampa aišku, kad pirkimo–pardavimo ar nuomos sandoriai buvo sudaryti tarytum su sąlyga, nes šiuo metu jau nebeabejojama dėl to, jog daiktus galima parduoti arba išnuomoti su sąlyga.

147. Item quaeritur, si cum aurifice mihi convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos mihi faceret, et acciperet verbi gratia denarios CC, utrum emptio et venditio an locatio et conductio contrahatur. Cassius ait materiae quidem emptionem venditionemque contrahi, operarum autem locationem et conductionem. Sed plerisque placuit emptionem et venditionem contrahi. Atqui si meum aurum ei dedero mercede pro opera constituta, convenit locationem conductionem contrahi.

148. Societatem coire solemus aut totorum bonorum aut unius alicuius negotii, veluti mancipiorum emendorum aut vendendorum.

149. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit societas, ut quia maiorem partem lucretur minorem damni praestet. Quod Q. Mucius <*contra naturam societatis esse existimavit. Sed Servius Sulpicius, cuius*> etiam praevaluit sententia, adeo ita coiri posse societatem existimavit, ut dixerit illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni praestet, sed lucri partem capiat, si modo opera eius tam pretiosa videatur, ut aequum sit eum cum hac pactione in societatem admitti. Nam et ita posse coiri societatem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum inter eos commune sit: saepe enim opera alicuius pro pecunia valet.

150. Et illud certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos convenerit, tamen aequis ex partibus commodum *et* incommodum inter eos commune esse. Sed si in altero partes expressae fuerint, velut in lucro, in altero vero omissae, in eo quoque, quod omissum est, similes partes erunt.

147. Panašiai yra klausiama, jei su auksakaliu susitarčiau, kad jis iš savo aukso nukaldintų man nustatyto svorio ir formos žiedą ir už tai paimtų 200 denarų, tai ar sudaroma pirkimo–pardavimo, ar nuomos sutartis. Kasijus teigia, kad medžiagos atžvilgiu esama pirkimo–pardavimo, o darbo atžvilgiu – nuomos. Tačiau dauguma teisininkų pripažino čia esant sudarytą pirkimo–pardavimo sutartį. Kita vertus, jeigu duočiau jam savo auksą nustatydamas atlyginimą už darbą, laikoma, jog sudaryta nuomos sutartis.

148. Bendrovės sutartis paprastai yra sudaroma arba dėl viso turto, arba kokiam nors konkrečiam sandoriui, pavyzdžiui, vergų pirkimui–pardavimui.

149. Iškilo svarbus klausimas, ar galima sudaryti sutartį dėl tokios bendrovės, kurioje kas nors turėtų daugiau teisių į bendrovės gaunamą pelną, o patirtų mažesnius nuostolius. Kvintas Mucijus laikė tai prieštaraujant bendrovės prigimčiai. Tačiau Servijus Sulpicijus, kurio nuomonė susilaukė plataus palaikymo, buvo įsitikinęs tokią bendrovės sutartį esant galimą ir netgi teigė, kad bendrovės sutartis gali būti sudaroma ir taip, jog kas nors apskritai neprivalėtų dengti bendrovės patirtų nuostolių, o gautų pelno dalį, jeigu jo veikla ir darbas yra tokie reikšmingi, kad priimti jį bendrininku tokiomis sąlygomis atrodytų esą teisinga ir verta. Žinoma, kad bendrovės sutartis gali būti sudaryta ir taip, kad vienas įmoka pinigus, o kitas – ne, tačiau pelną dalijasi bendrai; kadangi dažną sykį kieno nors darbas atitinka pinigų vertę.

150. Ir, žinoma, jeigu bendrininkai aiškiai nesusitaria dėl dalyvavimo dalijantis pelną ir dengiant nuostolius, jiems lygiomis dalimis priklauso tiek teisė į gautą naudą, tiek pareiga dengti nuostolius. Tačiau jeigu bus aiškiai nustatytos dalys dėl vieno, pavyzdžiui, dėl bendrininkams tenkančio pelno, o apie kitą (t. y. apie bendrininkų dalyvavimą dengiant bendrovės patirtus nuostolius) neužsimenama, tai ir to, kas nebuvo paminėta, dalys bus tokios pačios.

151. Manet autem societas eo usque, donec in eodem *consensu* perseverant. At cum aliquis renuntiaverit societati, societas solvitur. Sed plane si quis in hoc renuntiaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si mihi totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaciat, cogetur hoc lucrum communicare; si quid vero aliud lucrifecerit quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet. Mihi vero, quidquid omnino post renuntiatam societatem adquiritur, soli conceditur.

152. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit certam, personam sibi eligit.

153. Dicitur etiam capitis deminutione solvi societatem, quia civili ratione capitis deminutio morti coaequatur; sed utique si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

154. Item si cuius ex sociis bona publice aut privatim venierint, solvitur societas. Sed ea quidem societas, de qua loquimur, id est quae consensu contrahitur nudo, iuris gentium est, itaque inter omnes homines naturali ratione consistit.

151. Bendrovės veikla tęsiasi tol, kol bendrininkai laikosi sudaryto susitarimo, tačiau jei kuris nors pasitraukia iš bendrovės (t. y. nutraukia sutartį), bendrovė pasibaigia. Tačiau, žinoma, jei kas pareikštų pasitraukiantis iš bendrovės turėdamas tikslą pats vienas gauti kokios nors naudos, pavyzdžiui, jeigu mano bendrininkas, su kuriuo sudaryta viso turto bendrovės sutartis, būdamas paskirtas kieno nors įpėdiniu, pareikštų pasitraukiantis iš bendrovės tam, kad galėtų pats vienas gauti naudos (t. y. palikimą), jis būtų įpareigojamas pasidalinti tą naudą su manimi. Tuo tarpu jei gautų kokios nors kitos naudos, kurios nesiekė, tai atitenka jam vienam. Tuo tarpu visa tai, kas tik yra įgyjama nutraukus bendrovės sutartį, atitenka man vienam.

152. Be to, bendrovė pasibaigia mirus vienam iš bendrininkų, kadangi tas, kuris sudaro bendrovės sutartį, sau bendrininku pasirenka konkretų asmenį.

153. Sakoma, jog bendrovė pasibaigia taip pat ir įvykus teisinio subjektiškumo susiaurėjimui, kadangi, *ius civile* požiūriu, teisinio subjektiškumo susiaurėjimas yra prilyginamas mirčiai; kita vertus, jei tokiu atveju likę bendrininkai toliau laikosi savo susitarimo, laikoma atsiradus naują bendrovę.

154. Tokiu būdu, jeigu vieno iš bendrininkų turtas bus viešai arba privačiai parduotas, bendrovė pasibaigia. Bendrovė, apie kurią kalbame, t. y. toji, kuri įkuriama šalių susitarimu (t. y. sudarant konsensualinį kontraktą), yra tautų teisės institutas, todėl visos tautos tokios bendrovės veiklą grindžia prigimtinio proto dėsniais.

154a. Est autem aliud genus societatis proprium civium Romanorum. Olim enim mortuo patre familias inter suos heredes quaedam erat legitima simul et naturalis societas, quae appellabatur *ercto non cito, id est dominio non diviso: erctum* enim *dominium est, unde* erus dominus dicitur: ciere *autem* dividere est, unde caedere et secare dicimus.

154b. Alii quoque, qui volebant eandem habere societatem, poterant id consequi apud praetorem certa legis actione. In hac autem societate fratrum suorum ceterorumve, qui ad exemplum fratrum suorum societatem coierint, illud proprium *erat,* quod vel unus ex sociis communem servum manumittendo liberum faciebat et omnibus libertum adquirebat: item unus *rem* communem mancipando *eius faciebat, qui mancipio accipiebat.*

155. Mandatum consistit, sive nostra gratia mandemus sive aliena. Itaque sive ut mea negotia geras, sive ut alterius, mandaverim, contrahitur mandati obligatio, et invicem alter alteri tenebimur in id, quod vel me tibi vel te mihi bona fide praestare oportet.

154a. Tuo tarpu esama ir kitokios bendrovės, kuri būdinga tik Romos piliečiams. Kadangi ankstesniais laikais, mirus šeimos galvai, tarp namų įpėdinių susidarydavo savotiška bendrovė, kuri buvo tuo pačiu ir teisinė, ir natūrali ir vadinosi *ercto non cito*, kitaip tariant, nepadalintos nuosavybės, kadangi *erctum* – tai nuosavybė ir todėl savininkas yra įvardinamas kaip *erus*, o tuo tarpu *ciere* reiškia dalinti, todėl ir sakome – „kirsti“, „kapoti (skaidyti)“.

154b. Taip pat ir kiti, pageidaujantys įsteigti tokią bendrovę, galėjo tai padaryti legisakcinio proceso tvarka dalyvaujant pretoriui. Tokiai brolių arba kitų asmenų, kurie įkūrė bendrovę sekdami brolių, kaip namų įpėdinių, pavyzdžiu, buvo būdinga tai, kad vienam iš bendrininkų paleidžiant į laisvę bendrą vergą, šis tapdavo laisvas ir visų bendrininkų išlaisvintasis; taip pat ir vienam iš bendrininkų mancipacijos būdu perleidžiant bendrą daiktą, nuosavybės teisė į daiktą pereina tam, kuris atlikdamas mancipaciją daiktą priėmė.

155. Pavedimas sudaromas, kai duodame įgaliojimą arba savo, arba svetimais interesais. Taigi, todėl jei įgalioju tave tvarkyti arba mano, arba kieno nors kito reikalus, laikoma esant sudarytą pavedimo sutartį ir vienas kito atžvilgiu tampame atsakingi už tai, ką laikydamiesi geros valios reikalavimų privalome įvykdyti aš tavo naudai arba tu – mano.

156. Nam si tua gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum; quod enim tu tua gratia facturus sis, id de tua sententia, non ex meo mandatu facere debes. Itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerim, ut eam faenerares, quamvis *eam* ei mutuam dederis, a quo servare non potueris, non tamen habebis mecum mandati actionem. Item si hortatus sim, ut rem aliquam emeres, quamvis non expedierit tibi eam emisse, non tamen tibi mandati tenebor. Et adeo haec ita sunt, ut quaeratur, an mandati teneatur qui mandavit tibi, ut Titio pecuniam faenerares. [Sed] Servius negavit, *nec* magis hoc casu obligationem consistere putavit, quam si generaliter alicui mandetur, uti pecuniam suam faeneraret. <*Sed*> sequimur Sabini opinionem contra sentientis, quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.

157. Illud constat, si quis de ea re mandet, quae contra bonos mores est, non contrahi obligationem; veluti si tibi mandem, ut Titio furtum aut iniuriam facias.

158. Item si *quid* post mortem meam faciendum <*mihi*> *mandetur,* inutile mandatum est, quia generaliter placuit ab heredis persona obligationem incipere non posse.

159. Sed recte quoque *contractum* mandatum, si dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.

156. Jeigu duočiau tau pavedimą tavo paties interesais, tai nebūtų pavedimas, kadangi tai, ką tu turi padaryti savo paties interesais, privalai daryti savo paties nuožiūra, bet ne klausydamas mano patarimo. Todėl jei žinodamas tave turint namuose atliekamų grynųjų pinigų, kalbindamas įtikinčiau paskolinti juos už palūkanas, neturėtum teisės pareikšti man ieškinio, kylančio iš pavedimo sutarties, net ir tuo atveju jei paskolintum pinigus *tam, iš kurio neturėtum galimybės jų atgauti.* Lygiai taip pat, jeigu įkalbėčiau tave nupirkti kokį nors daiktą, man nekiltų atsakomybė pavedimo pagrindu nors tai, ką įsigijai, ir pasirodytų tau esant visai nenaudinga. Ir iki tokio laipsnio, jog klausiama, ar pavedimo pagrindu atsako tas, kuris įgaliojo tave paskolinti pinigų Titui už palūkanas. Servijus atsakė neigiamai; jis buvo įsitikinęs, kad šiuo atveju prievolė neatsirandanti lygiai taip pat, kaip ir tuomet, kai apskritai patariama kam nors paskolinti pinigų už palūkanas. Tačiau mes palaikome priešingą – Sabino nuomonę, kadangi *pinigus Titui paskolinai ne kitaip, kaip tik* dėl to, kad gavai mano pavedimą.

157. Akivaizdu, kad tais atvejais, kai kas duoda pavedimą tokiam reikalui, kuris prieštarauja geriems papročiams, prievolė neatsiranda, pavyzdžiui, jeigu duočiau tau įgaliojimą apvogti Titą ar padaryti kokios žalos jo asmeniui (skriaudos).

158. Taip pat, kai man yra pavedama atlikti kokį veiksmą, kuris turi būti padarytas po mano mirties, pavedimo sutartis yra negaliojanti, kadangi visuotinai pripažįstama negalint prievolę prasidėti nuo įpėdinio.

159. Tačiau ir tinkamai sudaryta pavedimo sutartis netenka galios, jeigu pavedimas atšaukiamas iki pradedant jį vykdyti.

160. Item, si adhuc integro mandato mors alterutrius [alicuius] interveniat, id est vel eius qui mandarit vel eius qui mandatum susceperit, solvitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, [ut] si mortuo eo qui mihi mandaverit ignorans eum decessisse executus fuero mandatum, posse me agere mandati actione; alioquin iusta et probabilis ignorantia damnum mihi adferet. Et huic simile est quod plerisque placuit, si debitor meus manumisso dispensatori meo per ignorantiam solverit, liberari eum, cum alioquin stricta iuris ratione non posset liberari eo, quod alii solvisset quam cui solvere deberet.

161. Cum autem is, cui recte mandaverim, egressus fuerit mandatum, ego quidem eatenus cum eo habeo mandati actionem, quatenus mea interest implesse eum mandatum, si modo implere potuerit; at ille mecum agere non potest. Itaque si mandaverim tibi, ut verbi gratia fundum mihi sestertiis C emeres, tu sestertiis CL emeris, non habebis mecum mandati actionem, etiamsi tanti velis mihi dare fundum, quanti emendum *tibi mandassem*; idque maxime Sabino et Cassio placuit. Quod si minoris emeris, habebis mecum scilicet actionem, quia qui mandat, ut C milibus emeretur, is utique mandare intellegitur, uti minoris, si posset, emeretur.

162. In summa sciendum <*est, quotiens faciendum*> aliquid gratis dederim, quo nomine, si mercedem statuissem, locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem; veluti si fulloni polienda curandave vestimenta <*dederim*> aut sarcinatori sarcienda.

160. Taip pat, jeigu dar nepradėjus vykdyti pavedimo, miršta viena iš šalių, t. y. tas, kuris davė pavedimą (įgaliotojas), arba tas, kuriam pavedimas buvo duotas (įgaliotinis), pavedimo sutartis pasibaigia. Praktiniais sumetimais laikomasi nuostatos, jeigu mirus tam, kuris man davė pavedimą, aš, nežinodamas apie įgaliotojo mirtį, pavedimą įvykdysiu, turiu teisę pareikšti iš pavedimo sutarties kylantį ieškinį; kadangi priešingu atveju mano tikėtinas ir įstatymo pateisinamas nežinojimas (apie faktines aplinkybes) atneštų man žalos. Į šią situaciją panaši ir ta, dėl kurios daugelio teisininkų nuomonės sutampa, jog jei mano skolininkas sumokėtų skolą mano dispensatoriui (t. y. vergui, užsiimančiam šeimininko finansų ir sąskaitybos tvarkymu) nežinodamas, jog pastarąjį paleidau į laisvę, taptų laisvas nuo prievolės, nors, jeigu griežtai laikytumėmės teisės nuostatų, nuo prievolės mokėti dar kartą jis neturėtų būti atleidžiamas, nes sumokėjo kitam asmeniui nei privalėjo mokėti.

161. Jei tas, kuriam tinkamai daviau pavedimą, viršytų suteiktą įgaliojimą, turiu teisę pareikšti jam iš pavedimo sutarties kylantį ieškinį, kuriuo galiu pareikalauti tiek, kiek turėjo būti įvykdyta mano interesais, jei tik įgaliotinis gali tai įvykdyti. Tuo tarpu jis neturi teisės su manimi bylinėtis. O būtent, jeigu įgaliočiau tave už 100 sestercijų nupirkti man žemės sklypą, o tu nupirktum už 150 sestercijų, tai neturėtum teisės pareikšti man iš pavedimo sutarties kylančio ieškinio net ir tuomet, jei norėtum perduoti man žemės už tiek, už kiek buvau tave įgaliojęs nupirkti. Jeigu nupirktum pigiau, tada, žinoma, turėtum teisę pareikšti man ieškinį, nes jei kas įgaliojo nupirkti už 100 000, laikoma jį, be jokios abejonės, įgaliojus, esant galimybei, nupirkti pigiau.

162. Galiausiai būtina žinoti, kad ieškinys dėl pavedimo gali būti reiškiamas visais atvejais, kai įgaliojama ką padaryti neatlygintinai, nes jei tik paskiriamas atlyginimas, yra sudaryta nuomos sutartis, pavyzdžiui, jei vėlėjui duočiau drabužį išvalyti ar sutvarkyti arba siuvėjui pataisyti.

163. Expositis generibus obligationum, quae ex contractu nascuntur, admonendi sumus adquiri nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eas personas quae in nostra potestate manu mancipiove sunt.

164. Per liberos quoque homines et alienos servos quos bona fide possidemus adquiritur nobis, sed tantum ex duabus causis, id est si quid ex operis suis vel ex re nostra adquirant.

165. Per eum quoque servum, in quo usum fructum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur.

166. Sed qui nudum ius Quiritium in servo habet, licet dominus sit, minus tamen iuris in ea re habere intellegitur quam usufructuarius et bonae fidei possessor. Nam placet ex nulla causa ei adquiri posse; adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit servus mancipiove nomine eius acceperit quidam existiment nihil ei adquiri.

167. Communem servum pro dominica parte dominis adquirere certum est; excepto eo quod uni nominatim stipulando aut mancipio accipiendo illi soli adquirit, veluti cum ita stipuletur: TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut cum ita mancipio accipiat: HANC REM EX IURE QUIRITIUM L. TITII DOMINI MEI ESSE AIO EAQUE EI EMPTA ESTO HOC AERE AENEAQUE LIBRA.

163. Išnagrinėję prievolių, atsirandančių iš sutarties, rūšis, privalome priminti, kad jų įgyti galime ne tik tuomet, kai įgyjame patys, tačiau taip pat ir per asmenis, paklūstančius mūsų kaip šeimininkų, tėvų, vyrų valdžiai bei esančius mūsų *mancipium* (t. y., kai laisvas asmuo patenka svetimos šeimos galvos valdžion ir *de facto* atsiduria vergo padėtyje).

164. Per laisvuosius asmenis ir svetimus vergus, kuriuos valdome gera valia, galime įgyti, tačiau tik dviem atvejais: kai jie ką įgyja savo darbu arba naudodami tam mūsų turtą

165. Taip pat ir per vergą, perduotą mums uzufrukto pagrindu, įgyjame tais dviem atvejais.

166. Kita vertus, tas, kuriam priklauso nuoga (t. y. nominali ir teismo procesine tvarka neginama) kviritinės nuosavybės teisė į vergą, nors ir yra vergo savininkas, laikomas turinčiu mažiau teisių į vergo įgytą daiktą nei uzufruktorius ir geros valios valdytojas. Laikoma, kad jis jokiais pagrindais negali įgyti, o kai kurie teisininkai netgi yra įsitikinę jį neįgyjant jokių teisių net ir tuo atveju, jei vergas būtų stipuliavęs, kad daiktas būtų perduotas būtent šitam šeimininkui arba jei vergas tokio šeimininko vardu būtų gavęs daiktą nuosavybėn mancipacijos būdu.

167. Aišku, jog keliems savininkas bendrosios nuosavybės teise priklausantis vergas savo šeimininkams įgyja atsižvelgiant į kiekvienam iš jų tenkančią dalį bendrojoje nuosavybėje, išskyrus tą, kuris įgyja būtent vienam iš šeimininkų, pavyzdžiui, kurio naudai stipuliuoja: AR IŠKILMINGAI PAŽADI, KAD MANO ŠEIMININKUI TITUI BUS PERDUOTA?, arba kai kažkas įgyjama mancipacijos būdu: TVIRTINU, JOG ŠIS DAIKTAS YRA MANO ŠEIMININKO – L. TITO NUOSAVYBĖ PAGAL KVIRITŲ TEISĘ IR TEBŪNIE JAM ĮGYTAS ŠIUO VARIU IR ŠIOMIS VARIO SVARSTYKLĖMIS.

167a. Illud quaeritur, an quod domini nomen adiectum efficit, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens. Nostri praeceptores proinde ei qui iusserit soli adquiri existimant, atque si nominatim ei soli stipulatus esset servus mancipiove quid accepisset. Diversae scholae auctores proinde utrisque adquiri putant, ac si nullius iussum intervenisset.

168. Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius quod debeatur. Unde quaeritur, si quis consentiente creditore aliud pro alio solverit, utrum ipso iure liberetur, quod nostris praeceptoribus placuit, an ipso iure maneat obligatus, sed adversus petentem per exceptionem doli mali defendi debeat, quod diversae scholae auctoribus visum est.

169. Item per acceptilationem tollitur obligatio. Acceptilatio autem est veluti imaginaria solutio; quod enim ex verborum obligatione tibi debeam, id si velis mihi remittere, poterit sic fieri, ut patiaris haec verba me dicere: QUOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTUM? et tu respondeas: HABEO.

170. Quo genere, ut diximus, *tolluntur illae obligationes,* quae in *verbis consistunt,* non etiam ceterae; consentaneum enim visum est verbis factam obligationem posse aliis verbis dissolvi. Sed id, quod ex alia causa debeatur, potest in stipulationem deduci et per acceptilationem *dissolvi.*

167a. Kyla klausimas, ar tokias pačias teisines pasekmes kaip ir šeimininko vardo pridūrimas sukelia nurodymas apie vieno iš šeimininkų duotą pavedimą. Mūsų mokytojai sprendžia, jog įgyjama tik naudai to, kuris davė pavedimą (įsakė), lygiai taip pat, kaip ir tuo atveju, kai vergas stipuliavo nurodydamas vieno iš šeimininkų vardą. Priešingos mokyklos atstovai laikosi nuomonės, jog lygiai įgyjama abiejų šeimininkų naudai tarytum apie jokį vieno iš jų pavedimą (įsakymą) nebūtų buvę ir kalbos.

168. Visų pirmiausia prievolė pasibaigia įvykdžius tai, ką privalu vykdyti. Todėl kyla klausimas, jeigu kas kreditoriui sutinkant įvykdo viena užuot įvykdęs ką kita, ar jis tampa nuo prievolės laisvas pagal teisę (*ipso iure*), kaip buvo įsitikinę mūsų mokytojai, ar teisiškai ir toliau lieka prievolės susaistytas, tačiau nuo reiškiamo ieškinio dėl jos įvykdymo gali gintis jam suteikiamu atsikirtimu, jog tai esanti apgaulė, kaip kad aiškino priešingos mokyklos atstovai.

169. Panašiai prievolė pasibaigia ir akceptiliacijos būdu, t. y. kreditoriui pareiškiant, kad jis gavo įvykdymą. Akceptiliacija yra nelyginant koks tariamas prievolės įvykdymas. Nes jei norėtum atleisti mane nuo prievolės, atsiradusios iš žodinės sutarties, vykdymo, tai gali padaryti leisdamas man ištarti šiuos žodžius: AR TAI, KĄ ESU TAU PAŽADĖJĘS (ĮVYKDYTI), ESI GAVĘS?, o tu atsakytumei: ESU GAVĘS.

170. Tokiu būdu, kaip kad sakėme, pasibaigia prievolės, kurios sukuriamos žodžiu, bet ne kitokios; kadangi pripažinta esant tinkama, kad prievolė, kuri atsirado ištarus tam tikrus žodžius, taip pat būtų baigiama žodžiu. Kita vertus, bet kuri prievolė, atsiradusi kitokiu pagrindu (t. y. sukurta ne žodžiu), gali būti konvertuota į žodinę (atliekant stipuliaciją) ir baigta pareiškiant apie įvykdymo gavimą (t. y. atliekant akceptiliaciją).

171. Quamvis *autem fiat acceptilatio* imaginaria solutione, tamen mulier sine *tutoris auctoritate* acceptilationem facere non potest, cum alioquin solvi ei sine tutoris auctoritate possit.

172. Item quod debetur pro parte recte solvitur; an autem in partem acceptum fieri possit, quaesitum *est.*

173. Est et alia species imaginariae solutionis per aes et libram. Quod et ipsum genus certis ex causis receptum est, veluti si quid eo nomine debeatur, quod per aes et libram gestum sit, sive quid ex iudicati causa *debeatur.*

174. Adhibentur non minus quam quinque testes et libripens. Deinde is, qui liberatur, ita oportet loquatur: QUOD EGO TIBI TOT MILIBUS SESTERTIORUM CONDEMNATUS SUM, ME EO NOMINE A TE SOLVO LIBEROQUE HOC AERE AENEAQUE LIBRA. HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMAMQUE EXPENDO <SECUNDUM> LEGEM PUBLICAM. Deinde asse percutit libram eumque dat ei, a quo liberatur, veluti solvendi causa.

171. Nors akceptiliacija (pareiškimas apie prievolės įvykdymo gavimą) yra tarytum menamas prievolės įvykdymas, moteris be globėjo leidimo ir jo dalyvavimo atlikti akceptiliacijos negali (t. y. negali pareikšti gavusi prievolės įvykdymą), nors tuo tarpu įvykdyti jai prievolę (sumokėti skolą) be globėjo leidimo – galima.

172. Tai, kas kieno nors naudai privalo būti įvykdyta, gali būti tinkamai įvykdyta dalimis; kita vertus, kyla abejonių, ar galima akceptiliacija prievolės dalies atžvilgiu (pareiškimas apie tai, jog prievolė įvykdyta iš dalies).

173. Esama ir kito menamo prievolės įvykdymo būdo: su variu ir svarstyklėmis. Naudotis šiuo būdu leidžiama nustatytais atvejais, pavyzdžiui, jeigu prievolė yra atsiradusi iš sandorio, kuris buvo įformintas atliekant mancipaciją, arba, kai iš skolininko yra priteista teismo sprendimu.

174. Turi dalyvauti ne mažiau kaip penki liudytojai ir svėrėjas. Tuomet tas, kuris atleidžiamas nuo prievolės, privalo taip sakyti: KADANGI IŠ MANĘS TAVO NAUDAI BUVO PRITEISTA TIEK IR TIEK TŪKSTANČIŲ SESTERCIJŲ, TODĖL AŠ, NAUDODAMASIS ŠIUO VARIU IR ŠIOMIS VARIO SVARSTYKLĖMIS, PAREIŠKIU ESANTIS NESAISTOMAS PRIEVOLĖS TAVO ATŽVILGIU, KADANGI SUMOKĖJAU TAU TUOS PINIGUS, PIRMĄ IR PASKUTINĮ KARTĄ, LAIKYDAMASIS VISIEMS PRIVALOMO ĮSTATYMO. Tuomet suduoda asu per svarstyklių lėkštę ir įteikia jį atleidžiančiajam nuo prievolės tarytum turėdamas tikslą sumokėti.

175. Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato quod per damnationem relictum est, ut tamen scilicet, sicut iudicatus condemnatum se esse significat, ita heres *testamento* se dare damnatum esse dicat. De eo tamen tantum potest heres eo modo liberari, quod pondere numero constet et ita, si certum sit. Qui dam et de eo quod mensura constat idem existimant.

176. Praeterea novatione tollitur obligatio, veluti si quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim. Nam interventu novae personae nova nascitur obligatio et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis iure tollatur; veluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius vel a muliere pupillove sine tutoris auctoritate stipulatus fuero. Quo casu rem amitto: nam et prior debitor liberatur et posterior obligatio nulla est. Non idem iuris est, si a servo stipulatus fuero; nam tunc <*prior*> proinde adhuc obligatus tenetur, ac si postea a nullo stipulatus fuissem.

177. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuler, ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit, forte si condicio *vel dies aut sponsor* adiciatur aut detrahatur.

175. Panašiu būdu ir legatorius atleidžia įpėdinį nuo prievolės vykdyti legatą, kuris buvo užrašytas kaip damnacinis (prievolinis), su tuo, žinoma, skirtumu, kad taip, kaip tas, iš kurio priteista teismo sprendimu, pareiškia, jog iš jo buvo priteista, taip įpėdinis sako, jog jis buvo įpareigotas perduoti pagal testamentą. Šiuo būdu įpėdinis gali būti atleidžiamas tik nuo prievolės, kurios objektas apibūdintas svoriu ir skaičiumi ir tik tuomet, kai jis yra aiškiai apibrėžtas, vykdymo. Kai kurie teisininkai tos pačios nuomonės laikosi ir dėl tokio prievolės objekto, kuris yra išreikštas matu.

176. Prievolė taip pat pasibaigia dėl novacijos, pavyzdžiui, jei aš stipuliuoju, kad tai, ką tu esi man skolingas, sumokėtų Titas. Kadangi įstojus naujam asmeniui atsiranda nauja prievolė, o pirmoji, performuota į vėlesnę, pasibaigia, tai net ir tuo atveju, jei vėlesnė stipuliacija būtų negaliojanti, vis dėlto pirmoji prievolė *ipso iure* pasibaigia dėl novacijos, pavyzdžiui, jeigu stipuliuočiau, kad po Tito mirties man bus sumokėta tai, ką tu esi man skolingas, arba moteris arba globotinis pažadėtų įvykdyti neturėdamas globėjo sutikimo. Tokiu atveju prarandu reikalavimo teisę, kadangi pirmasis skolininkas tampa nuo prievolės laisvas, o antroji prievolė negalioja ir nesukelia teisinių pasekmių. Kitokia teisės nuostata taikoma tuomet, kai promisorius yra vergas, kadangi šiuo atveju pirmasis skolininkas ir toliau lieka susaistytas prievole taip, tarytum vėliau jokios stipuliacijos apskritai net nebūtų buvę.

177. Tačiau jei tai būtų tas pats asmuo, su kuriuo tu sudarei paskesniąją stipuliaciją, novacija įvyksta tik tuomet, kai vėlesnėje stipuliacijoje esama kokios nors naujovės, pavyzdžiui, jei buvo numatyta sąlyga, terminas arba paskirtas laiduotojas arba to (t. y. tokių sandorio sąlygų) nebeliko.

178. Sed *quod* de sponsore diximus non constat; nam diversae scholae auctoribus placuit nihil ad novationem proficere sponsoris adiectionem aut detractionem.

179. Quod autem diximus, si condicio adiciatur, novationem fieri, sic intellegi *oportet,* ut ita dicamus factam novationem, si condicio extiterit: alioquin si defecerit, durat prior obligatio. Sed videamus, num is, qui eo nomine agat, doli mali aut pacti conventi exceptione possit summoveri, quia videtur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris stipulationi extiterit condicio. Servius tamen Sulpicius existimavit statim et pendente condicione novationem fieri, et si defecerit condicio, ex neutra causa agi posse <*et*> eo modo rem perire. Qui consequenter et illud respondit, si quis id, quod sibi L. Titius deberet, a servo fuerit stipulatus, novationem fieri et rem perire, quia cum servo agi non posset. <*Sed*> in utroque casu alio iure utimur: nec magis his casibus novatio fit, quam si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo sponsus communio non est, SPONDES verbo stipulatus sim.

178. Tačiau tai, ką pasakėme apie laiduotoją, kelia abejonių; priešingos mokyklos atstovai yra pareiškę, jog laiduotojo paskyrimas arba jo atsisakymas nereiškia, jog įvyko novacija.

179. Mūsų teiginys, jog novacija įvyksta numačius sąlygą, privalo būti suprantamas taip, kad novacija įvyksta tik tada, kai įvyksta (įvykdoma) sąlyga. Priešingu atveju, jeigu sąlyga neįvyks, teisinę galią išsaugo ankstesnioji prievolė. Kita vertus, paanalizuokime, ar į ankstesniosios prievolės pagrindu reiškiamą ieškinį gali būti atsikertama pareiškiant, kad tai esanti apgaulė arba, jog šalys yra sudariusios neformalų susitarimą (paktą), kadangi atrodo, jog jos yra sulygusios, jog prievolės įvykdymo bus galima pareikalauti tik tuomet, kai įvyks (bus įvykdyta) vėlesnėje stipuliacijoje numatyta sąlyga. Kita vertus, Servijus Sulpicijus laikėsi nuomonės, jog novacija įvyksta nedelsiant, t. y. iki įvykstant sąlygai, o jeigu sąlyga neįvyktų, nebūtų galimybės pareikšti ieškinį nei vienu iš aukščiau nurodytų pagrindų ir tokiu būdu netenkama reikalavimo teisės. Būdamas nuoseklus, jis pateikė išaiškinimą ir dėl to, kad jeigu vergas stipuliacijos būdu būtų davęs pažadą įvykdyti tai, ką stipuliatoriui yra skolingas Liucijus Titas, esama novacijos, o reikalavimo teisės netenkama, kadangi nėra galimybės pareikšti ieškinį vergui. Kita vertus, abiem atvejais laikomės kitų teisės nuostatų. Tais atvejais novacija neįvyksta taip, kaip ir tuomet, kai ištardamas žodžius: AR IŠKILMINGAI ĮSIPAREIGOJI, gaunu peregrino, su kuriuo stipuliacija vartojant tokius žodžius (t. y. *spondes — spondeo*) negali būti sudaroma, pažadą įvykdyti tai, ką tu man esi skolingas.

180. Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum. Nam tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, incipit autem teneri reus litis contestatione; sed si condemnatus sit, sublata litis contestatione incipit ex causa iudicati teneri. Et hoc <*est*> quod apud veteres scriptum est, ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post condemnationem iudicatum facere oportere.

181. Unde fit, ut si legitimo iudicio debitum petiero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter intendo DARI MIHI OPORTERE, quia litis contestatione dari oportere desiit. Aliter atque si imperio continenti iudicio egerim: tunc enim nihilo minus obligatio durat, et ideo ipso iure postea agere possum, sed debeo per exceptionem rei iudicatae vel in iudicium deductae summoveri. Quae autem legitima <*sint*> iudicia et quae imperio *continentia,* sequenti commentario referemus.

180. Prievolės taip pat pasibaigia įvykus litiskontestacijai (t. y. teismo procesui persikėlus iš pirmosios (pasirengimo) stadijos į antrąją – nagrinėjimą iš esmės), jeigu bylinėjamės įstatymu paremto teismo proceso tvarka. Kadangi tuo metu pagrindinė prievolė pasibaigia ir atsakovas tampa atsakingas litiskontestacijos pagrindu, o jeigu bus priimtas sprendimas, kuriuo ieškinys patenkinamas, atsižvelgiant į tai, kad litiskontestacijos (t. y. ginčo perdavimo nagrinėti teisėjui) teisinės pasekmės išnyksta, kyla skolininko atsakomybė pagal teismo sprendimą. Ir tai yra tas, apie ką senovės teisininkų parašyta, jog prieš įvykstant litiskontestacijai, skolininką saisto prievolė ką nors duoti (t. y. jis privalo įvykdyti ginčo prievolę iki įvykstant litiskontestacijai), o po litiskontestacijos ji turi būti priteisiama teismo sprendimu, tuo tarpu priėmus teismo sprendimą, skolininkas privalo ieškovo naudai įvykdyti tai, kas nurodyta teismo sprendime.

181. Taip esti dėl to, kad jei prievolės įvykdymo reikalausiu įstatymu paremto teismo proceso tvarka, vėliau *ipso iure* negalėčiau bylinėtis dėl to paties, nes bergždžiai tvirtinčiau: MAN PRIVALO BŪTI DUOTA – mat įvykus litiskontestacijai, pareiga duoti pasibaigia. Kitaip esti tuomet, kai ginčas nagrinėjamas magistrato valdžia (imperiumu) paremtame teismo procese; kadangi šiuo atveju prievolė ir toliau išlieka, todėl *ipso iure* galiu kelti bylą dėl to paties pakartotinai, o mano reiškiamas reikalavimas turi būti atremtas pareiškiant atsikirtimą, jog ginčas jau yra išspręstas teismo sprendimu arba, jog dėl šio reikalavimo jau vyksta teisminiai ginčai (t. y. yra įvykusi litiskontestacija). Kurie procesai yra paremti įstatymu, o kurie aukščiausia magistrato valdžia (imperiumu), išdėstysime vėlesnėje knygoje.*

* IV, 103 ir toliau.

182. Transeamus nunc ad obligationes, quae ex delicto nascuntur, veluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit: quarum omnium rerum uno genere consistit obligatio, dum ex contractu obligationes in IIII genera diducantur, sicut supra exposuimus.

183. Furtorum autem genera Servius Sulpicius et Masurius Sabinus IIII esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum; Labeo duo, manifestum <*et*> nec manifestum: nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto cohaerentes quam genera furtorum; quod sane verius videtur, sicut inferius apparebit.

184. Manifestum furtum quidam id esse dixerunt, quod dum fit deprehenditur. Alii vero ulterius, quod eo loco deprehenditur, ubi fit, veluti si in oliveto olivarum, in vineto uvarum furtum factum est, quamdiu in eo oliveto aut vineto fur sit; aut, si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. Alii adhuc ulterius eo usque manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret eo, quo perferre fur destinasset. Alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens visus fuerit: quae sententia non optinuit. Sed et illorum sententia, qui existimaverunt, donec perferret eo, quo fur destinasset, deprehensum furtum manifestum esse, ideo non videtur probari, quia magnam recipit dubitationem, utrum unius diei an etiam plurium dierum spatio id terminandum sit. Quod eo pertinet, quia saepe in aliis civitatibus subreptas res in alias civitates vel in alias provincias destinant fures perferre. Ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra adprobatur: magis tamen plerique posteriorem probant.

182. Dabar pereikime prie prievolių, kurios atsiranda iš deliktų, pavyzdžiui, kai kas įvykdo vagystę, plėšdamas pasisavina turtą, padaro žalos svetimam turtui ar asmeniui. Visais šiais atvejais prievolė esti tos pačios rūšies, kai tuo tarpu civilinių sutarčių (kontraktų) pagrindu atsirandančios prievolės, kaip aptarėme aukščiau, skirstomos į keturias kategorijas.

183. Servijus Sulpicijus ir Masurijus Sabinas tvirtino, jog esama keturių vagystės rūšių: atviroji ir slaptoji, vogtų daiktų turėjimas ir jų perdavimas. Pasak Labeono – dvi: atviroji ir slaptoji, kadangi vogtų daiktų turėjimas ir jų perdavimas yra labiau susiję su veikos atmainomis, o ne su vagystės rūšimis, kas, kaip vėliau paaiškės, yra arčiau tiesos.

184. Kai kurie teisininkai yra pareiškę, jog atviroji yra tokia vagystė, kuri išaiškinama ją bedarant. Kiti aiškina plačiau, jog atviroji vagystė esti tada, kai vagis sugaunamas nusikaltimo padarymo vietoje, pavyzdžiui, jeigu iš alyvmedžių giraitės buvo pavogtos alyvuogės, iš vynuogyno – vynuogės, o vagystė išaiškinama, kai vagis tebėra toje alyvmedžių giraitėje arba vynuogyne; arba, jei vagystė yra padaroma namuose, tai jeigu ji paaiškėja vagiui tebesant tuose namuose. Kiti bet kokio daikto vagystę laiko esant atvirą tol, kol vagis nenugabeno pavogto daikto į numatytą vietą. Galiausiai esama net ir tokių teisininkų, kurie mano vagystę esant atvirą, jei tik vagis bus pastebėtas turintis su savimi pavogtą daiktą. Šis požiūris nesusilaukė palaikymo. Tačiau taip pat ir požiūris tų, kurie laiko, kad atviroji yra vagystė, kuri išaiškinama vagiui gabenant daiktą į numatytą vietą, atrodo, nėra palankiai vertinamas dėl tos priežasties, jog kyla abejonių, ar vagystė turi būti išaiškinama vienos dienos bėgyje, ar nebūtinai. Tai susiję su tuo, kad dažną sykį vagys turi ketinimą vienuose miestuose pavogtus daiktus nugabenti į kitus miestus arba į kitas provincijas. Taigi, iš dviejų aukščiau nurodytų nuomonių pritartina pirmajai arba antrajai, tačiau daugelis teisininkų labiau linkę pritarti antrajai.

185. Nec manifestum furtum quid sit, ex iis quae diximus intellegitur: nam quod manifestum non est, id nec manifestum est.

186. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiva res quaesita et inventa est. Nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quae appellatur concepti.

187. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit eaque apud te concepta sit: utique si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius quam apud eum qui dederit conciperetur. Nam tibi, apud quem concepta est, propria adversus eum qui optulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, <*quae*> appellatur oblati.

188. Est etiam prohibiti furti <*actio*> adversus eum qui furtum quaerere volentem prohibuerit.

189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat. Nam liber verberatus addicebatur ei cui furtum fecerat: utrum autem servus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, veteres quaerebant. In *servum aeque* verberatum *animadvertebatur. Sed* postea improbata est asperitas poenae et tam ex servi persona quam ex liberi quadrupli actio praetoris edicto constituta est.

185. Kokia vagystė laikoma slaptąja, tampa aišku iš to, ką pasakėme, nes tai, kas nėra atvira, yra slapta.

186. Vagystė vadinama *conceptum* (vogtų daiktų turėjimas) tuomet, kai pasikvietus liudytojus pavogto daikto buvo ieškoma kieno nors namuose ir jis surandamas. Prieš jį (namų savininką), nors jis ir nebūtų vagis, buvo galima pareikšti atskirą ieškinį, kuris vadintas ieškiniu, reiškiamu radus turint vogtų daiktų (*actio concepti*).

187. Vagystė vadinama *oblatum* (vogtų daiktų perdavimas), kai kas nors vogtą daiktą tau perdavė ir jis buvo pas tave surastas, svarbu tai, jog daiktas būtų buvęs perduotas turint tikslą, kad jis būtų surastas pas tave, o ne pas tą, kuris daiktą perdavė. Tau, kuriam vogtas daiktas buvo perduotas, yra suteikiamas atskiras ieškinys, kurį galima pareikšti daiktą perdavusiam asmeniui, nors jis pats ir nebūtų vagis; šis ieškinys vadinamas ieškiniu dėl vogtų daiktų perdavimo (*actio oblati*).

188. Esama taip pat ir vagystės atveju galimo pareikšti ieškinio (*prohibiti furti*) dėl kliudymo, kuris reiškiamas besipriešinančiam vogto daikto paieškai.

189. Pagal XII lentelių įstatymus už atvirąją vagystę buvo baudžiama kriminaline bausme. Laisvasis žmogus, jį nuplakdinus, būdavo priteisiamas (atiduodamas faktinėn vergovėn) tam, kurį apvogė; senovės teisininkai ginčijosi dėl to, ar dėl priteisimo buvo tampama vergu, ar atsiduriama skolininko, kuris teismo sprendimu paskiriamas asmeninėn kreditoriaus priklausomybėn (t. y. teisiškai išlieka laisvas, bet faktiškai tampa kreditoriaus nuosavybe – vergu), padėtyje. Vergas, prieš tai jį nuplakdinus, būdavo pasmerkiamas myriop. Tačiau vėliau bausmės griežtumas imtas vertinti nepalankiai ir pretoriaus ediktas tiek vergo, tiek laisvojo žmogaus įvykdytos vagystės atveju numatė teisę pareikšti ieškinį, kuriuo reikalauta keturgubos pavogto turto vertės.

190. Nec manifesti furti poena per legem <*XII*> tabularum dupli inrogatur, eamque etiam praetor conservat.

191. Concepti et oblati poena ex lege XII tabularum tripli est, eaque similiter a praetore servatur.

192. Prohibiti actio quadrupli est ex edicto praetoris introducta: lex autem eo nomine nullam poenam constituit. Hoc solum praecipit, ut qui quaerere velit, nudus quaerat, licio cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse.

193. Quid sit autem licium, quaesitum est. Sed verius est consuti genus esse, quo necessariae partes tegerentur. *Quae res* [lex] *tota* ridicula est. Nam qui vestitum quaerere prohibet, is et nudum quaerere prohibiturus est, eo magis quod ita quaesita re *et* inventa maiori poenae subiciatur: deinde quod lancem sive ideo haberi iubeat, ut manibus occupatis nihil subiciat, sive ideo, ut quod invenerit ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id quod quaeratur eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subici neque ibi imponi possit. Certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea lanx, satis legi fieri.

190. Už slaptąją vagystę pagal XII lentelių įstatymus buvo baudžiama dvigubo pavogto turto dydžio bauda; tokią sankciją paliko galioti ir pretorius.

191. Už vogtų daiktų turėjimą ir perdavimą pagal XII lentelių įstatymus buvo baudžiama trigubo pavogto turto dydžio bauda; tokią sankciją paliko galioti ir pretorius.

192. Ieškinį dėl priešinimosi vogtų daiktų paieškai, kuriuo buvo galima pareikalauti keturgubos pavogto turto vertės, numatė pretoriaus ediktas. Įstatymas (t. y. XII lentelių) šiam atvejui nenumatė jokios sankcijos, o tik nustatė reikalavimą, kad tas, kuris nori atlikti paiešką, tai darytų neapsirengęs, o tik susijuosęs drobiniu raiščiu ir laikydamas rankose dubenį; jei jam pavyktų ką nors surasti, pagal įstatymą toks atvejis turėtų būti kvalifikuojamas kaip atviroji vagystė.

193. Buvo klausiama, ką reikia laikyti raiščiu? Tai yra veikiau kažkas susiūto ir skirto pridengti kūno vietas, kurias būtina slėpti. Ši įstatymo nuostata yra visiškai juokinga, nes tas, kuris ketina kliudyti ieškoti apsirengusiam, tas kliudys ieškoti ir nuogam, juo labiau, kad jam būtų taikoma griežtesnė sankcija, jei daiktas, kurio ieškoma, būtų surastas. Galiausiai, kai dėl reikalavimo turėti rankose dubenį, ar tai tam, kad esant užimtoms rankoms, joks daiktas tyčia nebūtų pakištas, ar tam, kad į dubenį būtų įdėta tai, kas surasta, šis reikalavimas beprasmis, jei tai, ko ieškoma, bus kažkas didelio arba kažkas tokio, kas negali būti ten nei atnešta ir pakišta, nei įdėta. Ir jokių abejonių nekelia tai, kad įstatymo keliami reikalavimai bus laikomi esą įvykdyti nepriklausomai nuo to, iš ko pagamintas dubuo.

194. Propter hoc tamen, quod lex ex ea causa manifestum furtum esse iubet, sunt qui scribunt furtum manifestum aut lege <*intellegi*> aut natura: lege id ipsum de quo loquimur, natura illud de quo superius exposuimus. Sed verius est natura tantum manifestum furtum intellegi. Neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fur non sit, manifestus sit, non magis quam qui omnino fur non sit, fur sit, et qui adulter aut homicida non sit, adulter vel homicida sit. At illud sane lex facere potest, ut proinde aliquis poena teneatur, atque si furtum vel adulterium vel homicidium admisisset, quamvis nihil eorum admiserit.

195. Furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, *sed* generaliter cum quis rem alienam invito domino contrectat.

196. Itaque si quis re quae apud eum deposita sit utatur, furtum committit. Et si quis utendam rem acceperit eamque in alium usum transtulerit, furti obligatur, veluti si quis argentum utendum acceperit, quasi amicos ad cenam invitaturus, et id peregre secum tulerit, aut si quis equum gestandi gratia commodatum longius aliquo duxerit, quod veteres scripserunt de eo, qui in aciem perduxisset.

197. Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas accepissent, ita furtum committere, si intellegant id se invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum; *at* si permissurum credant, extra furti crimen videri: optima sane distinctione, quod furtum sine dolo malo non committitur.

194. Atsižvelgiant į tai, kad įstatymas nurodo, jog tokia vagystė turi būti kvalifikuojama kaip atviroji, esama teisininkų, rašančių, jog vagystė atviràja laikoma arba pagal įstatymą, arba pagal veikos pobūdį: pagal įstatymą – ta, apie kurią kalbame, o pagal veikos pobūdį – ta, apie kurią kalbėjome prieš tai.[*] Tačiau teisingiau būtų atvirąja vagystę laikyti tik pagal veikos pobūdį, kadangi net įstatymo galios nepakanka padaryti atviru vagimi tą, kuris atvirai nevagia, kaip ir tą, kuris apskritai nėra vagis, padaryti vagimi, svetimoteriautoju ar žudiku tą, kuris nėra svetimoteriautojas arba galvažudys. Kita vertus, įstatymas gali nustatyti, kad kas nors turi būti baudžiamas kaip vagis, svetimoteriautojas ar žudikas, nors toks iš tiesų ir nebūtų.

195. Vagystės esama ne tik tuomet, kai kas pasiima sveimą daiktą turėdamas tikslą išsinešti su savimi, tačiau apskritai visais tais atvejais, kai kas savinasi daiktą prieš jo savininko valią.

196. Taigi, jei kas imtų naudotis daiktu, kuris jam buvo deponuotas saugojimui, įvykdo vagystę. Taip pat, jei kas būtų daiktą gavęs naudoti tam tikru tikslu ir imtų jį naudoti kitoms reikmėms, atsako kaip vagis, pavyzdžiui, jei kas, neva ketindamas surengti vakarienę bičiuliams, gauna panaudai stalo sidabrą, o pasiima jį su savimi į kelionę; arba jei žirgą, kuris panaudai buvo perduotas jodinėjimo tikslu, nusivestų kur nors kitur, kaip kad senovės teisininkai yra parašę apie tą, kuris išjojo į karo lauką.

197. Kita vertus, laikoma, kad tie, kurie panaudai perduotus daiktus naudotų ne tais tikslais, kuriais jiems buvo perduoti, nusikalsta vagyste tik tuo atveju, jeigu suvokia, kad taip elgiasi prieš daikto savininko valią, o šis, jei tik žinotų, neleistų taip elgtis. Tuo tarpu jei būtų įsitikinę, kad savininkas taip naudotis leistų, nebūtų kalti dėl vagystės; toks atribojimas yra visiškai teisingas, nes negali būti vagystės nesant tyčios pavogti.

[*] III, 184.84.4.

198. Sed et si credat aliquis invito domino se rem contrectare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. Unde illud quaesitum et probatum est, cum Titius servum meum *sollicitaverit,* ut quasdam res mihi subriperet et ad eum per ferret, <*et servus*> id ad me pertulerit, ego, dum volo Titium in ipso delicto deprehendere, permiserim *servo* quasdam res ad eum perferre, utrum furti an servi corrupti iudicio teneatur Titius mihi an neutro. Responsum neutro eum teneri, furti ideo, quod non, invito me res contrectarit, servi corrupti ideo, quod deterior servus factus non est.

199. Interdum autem etiam liberorum hominum furtum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sint, sive etiam uxor, quae in manu nostra sit, sive etiam iudicatus vel auctoratus meus subreptus *fuerit.*

200. Aliquando etiam suae rei quisque furtum committit, veluti si debitor rem, quam creditori pignori dedit, subtraxerit, vel si bonae fidei possessori rem meam possidenti subripuerim. Unde placuit eum, qui servum suum quem alius bona fide possidebat ad se reversum celaverit, furtum committere.

198. Netgi jei kas būtų įsitikinęs, jog pasisavina daiktą prieš savininko valią, o iš tiesų tai darytų savininkui neprieštaraujant, sakoma, jog tai ne vagystė. Taigi, iškilo ir buvo išspręstas toks klausimas: kadangi Titas kurstė mano vergą, jog tas paslapčia paimtų iš manęs kokį nors daiktą ir atneštų jam, vergas man jį įskundė. Tuo tarpu aš, norėdamas sučiupti Titą darant nusikaltimą, leidau vergui nunešti jam tam tikrą daiktą. Klausta, ar Titas teismo tvarka privalės atsakyti už vagystę, ar už svetimo vergo lenkimą netinkamai elgtis, ar ir už vieną, ir už antrą? Ir pateiktas išaiškinimas, jog nebus atsakingas nei už vieną, nei už antrą; už vagystę, todėl, kad nepasisavino to daikto prieš mano valią, o už vergo lenkimą elgtis netinkamai, todėl kad vergas neėmė taip elgtis.

199. Kartais yra pavagiami ir laisvieji žmonės, pavyzdžiui, jei paslapčia būtų išviliotas kuris nors iš vaikų, esančių mūsų valdžioje, arba taip pat žmona, kuri paklūsta mūsų, kaip vyro, valdžiai, arba skolininkas, kurį teismas priteisė mūsų asmeninėn priklausomybėn, arba asmuo, už atlyginimą parsisamdęs teikti mums paslaugas (paprastai – parsisamdęs gladiatoriumi).

200. Esti atvejų, kai kas padaro savo nuosavo daikto vagystę, pavyzdžiui, jei skolininkas pasiimtų daiktą, kurį kreditoriui perdavė kaip įkaitą, arba jeigu aš slapčia pasiimčiau savo daiktą iš gera valia jį valdančiojo. Dėl šios priežasties laikyta, kad vagyste nusikalsta slepiantis, kad pas jį sugrįžo vergas, kurį kas nors kitas valdė gera valia.

201. Rursus ex diverso interdum alienas res occupare et usucapere concessum est, nec creditur furtum fieri, veluti res hereditarias, quarum heres non est nactus possessionem, nisi necessarius heres extet; nam necessario herede extante placuit nihil pro herede usucapi posse. *Item* debitor rem, quam fiduciae causa creditori mancipaverit aut in iure cesserit, secundum ea quae in superiore commentario rettulimus, sine furto possidere et usucapere potest.

202. Interdum furti tenetur *qui* ipse furtum non fecerit, qualis est cuius ope consilio furtum factum est. In quo numero est qui nummos tibi excussit, ut eos alius subriperet, vel obstitit tibi, ut alius subriperet, aut oves aut boves tuas fugavit, ut alius eas exciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qui eo panno rubro fugavit armentum. Sed si quid per lasciviam et non data opera, ut furtum committeretur, factum sit, videbimus, an utilis *actio dari* debeat, cum per legem Aquiliam, quae de damno lata <*est*>, etiam culpa puniatur.

203. Furti autem *actio* ei competit, cuius interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si *eius intersit* rem non perire.

201. Savo ruožtu kai kuriais atvejais yra leidžiama užvaldyti svetimus daiktus bei įgyti į juos nuosavybę dėl senaties ir tai nelaikoma vagyste, pavyzdžiui, į palikimo sudėtį įeinančius daiktus, kurių valdymo įpėdinis dar neįgijo, išskyrus, jeigu esama privalomojo tokio palikimo įpėdinio; kai esama privalomojo įpėdinio, niekas neturi galimybės įgyti palikimą nuosavybėn dėl senaties, t. y. jeigu valdytų juos tarytum palikimo įpėdinis. Lygiai taip pat, remiantis tuo, ką aptarėme ankstesniojoje knygoje*, skolininkas, nenusikalsdamas vagyste, gali valdyti ir dėl senaties įgyti nuosavybėn kreditoriui fiducijos būdu įkeistą daiktą, kurį pastarajam perdavė atlikdamas mancipaciją arba dalyvaujant magistratui (atlikdamas procesinę cesiją).

202. Kai kuriais atvejais atsakomybėn už vagystę traukiamas tas, kuris pats vagystės neįvykdė, tačiau sukurstė arba padėjo pavogti. Tokiu yra laikomas tas, kuris išmušė monetas tau iš rankų tam, kad kitas galėtų jas pagrobti, arba išsklaidė tavo avis ar karves, kad kitas galėtų jas perimti; tą patį senovės teisininkai yra parašę apie tą, kuris mojuodamas raudona skepeta privertė bandą išsibėgioti. Tačiau jei kas buvo padaryta išdykaujant, o ne turint tikslą įvykdyti vagystę, pažiūrėsime, ar privalo būti suteiktas ieškinys pagal analogiją (taip vadinamas išvestinis ieškinys), kadangi pagal *lex Aquilia*, reglamentuojantį atsakomybę už žalos svetimam turtui padarymą, atsakomybėn traukiama net ir už neatsargumą.

203. Teisė pareikšti ieškinį dėl vagystės priklauso tam, kuris yra suinteresuotas, kad daiktas liktų nepaliestas, nors jis ir nebūtų daikto savininkas. Atitinkamai savininkui teisė pareikšti šį ieškinį suteikiama tik tuomet, kai jis suinteresuotas, kad daiktas neprapultų.

---

* II, 59 ir toliau.

204. Unde constat creditorem de pignore subrepto furti agere posse; adeo quidem, ut quamvis ipse dominus, id est ipse debitor, eam rem subripuerit, nihilo minus creditori competat actio furti.

205. Item si fullo polienda curandave aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa acceperit eaque furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil interest ea non periisse, cum iudicio locati a fullone aut sarcinatore suum consequi possit, si modo is fullo aut sarcinator rei praestandae sufficiat; nam si solvendo non est, tunc quia ab eo dominus suum consequi non potest, ipsi furti actio competit, quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse.

206. Quae de fullone aut sarcinatore diximus, eadem transferemus et ad eum, cui rem commodavimus: nam ut illi mercedem capiendo custodiam praestant, ita hic quoque utendi commodum percipiendo similiter necesse habet custodiam praestare.

207. Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non praestat, tantumque in eo obnoxius est, si quid ipse dolo <*malo*> fecerit. Qua de *causa si* res ei subrepta fuerit, *quia* restituendae *eius nomine* depositi non tenetur nec ob id eius interest rem salvam esse, furti [itaque] agere non potest, et ea actio domino competit.

204. Todėl neabejotina, kad kreditorius dėl slapto įkeisto daikto pasisavinimo gali bylinėtis pareikšdamas ieškinį dėl vagystės; net jei ir pats daikto savininkas jį būtų slapčia atsiėmęs, kreditoriui vis tiek priklauso teisė reikšti ieškinį dėl vagystės.

205. Lygiai taip pat jei vėlėjas būtų priėmęs drabužį išvalyti ar sutvarkyti arba siuvėjas, ketindamas už tam tikrą užmokestį jį pataisyti, prarastų daiktą dėl įvykdytos vagystės, jam pačiam, o ne savininkui priklauso teisė pareikšti ieškinį dėl vagystės; mat savininkas nėra suinteresuotas, kad tie daiktai neprapultų, nes pareikšdamas ieškinį, kylantį iš nuomos sutarties, gali iš vėlėjo arba siuvėjo išsiieškoti tai, kas jam priklauso, jei tik tas vėlėjas ar siuvėjas yra pajėgus sumokėti daikto vertę; tačiau jeigu šie yra nemokūs, teisė pareikšti ieškinį dėl vagystės suteikiama pačiam daikto savininkui, nes jis negali atgauti tai, kas jam priklauso; šiuo atveju jis pats yra suinteresuotas tuo, kad daiktas liktų nepaliestas.

206. Tai, ką pasakėme apie vėlėją ir siuvėją, taikysime ir tam, kuriam daiktą perdavėme panaudai. Nes taip, kaip tie, imdami atlyginimą, privalo daiktą saugoti, taip pat ir tas, kadangi naudojimasis daiktu jam yra naudingas, saistomas panašios pareigos saugoti daiktą.

207. Kita vertus, tas, kuriam daiktas buvo deponuotas saugoti, nėra saistomos tokios plačiai suprantamos pareigos saugoti daiktą (t. y. *custodia*) ir atsako tik už tai, ką padaro veikdamas tyčia. Dėl šios priežasties, jei daiktas bus slapčia iš jo paimtas, kadangi iš pasaugos sutarties neatsiranda pareiga tokį daiktą sugrąžinti ir todėl saugotojas nėra suinteresuotas, kad daiktas liktų nepaliestas, negali reikšti ieškinio dėl vagystės, o teisė į tokį ieškinį suteikiama daikto savininkui.

208. In summa sciendum est quaesitum esse, an impubes rem alienam amovendo furtum faciat. Plerisque placet, quia furtum ex *adfectu* consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit et ob id intellegat se delinquere.

209. Qui res alienas rapit, tenetur etiam furti. Quis enim magis alienam rem invito domino contrectat quam qui <*vi*> rapit? Itaque recte dictum est eum improbum furem esse. Sed propriam actionem eius *delicti nomine* praetor introduxit, quae appellatur vi bonorum raptorum, et est intra annum quadrupli [actio], post annum simpli. Quae actio utilis est, etsi quis unam rem, licet minimam, rapuerit.

210. Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est <*ut*>, si quis hominem alienum *alienamve* quadrupedem, quae pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi *fuerit,* tantum domino dare damnetur.

211. Is iniuria autem occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id acciderit; nec ulla alia lege damnum, quod sine iniuria datur, reprehenditur; itaque impunitus est, qui sine culpa et dolo malo casu quodam damnum committit.

208. Galiausiai dera žinoti, jog kilo klausimas, ar nepilnametis, pasiimdamas svetimą daiktą, nusikalsta vagyste. Daugelis laikosi nuomonės, jog vagystės esmę sudaro ketinimas pavogti (tyčia), tai nepilnamečiui atsakomybė už šį deliktą iškils tik tuomet, kai jo amžius yra artimas pilnametystei ir dėl šios priežasties jis suvokia, kad elgiasi neteisėtai.

209. Tas, kas svetimus daiktus užvaldo plėšdamas, atsako pagal ieškinį už vagystę. Nes kas gi kitas užvaldo daiktą labiau prieš savininko valią nei tas, kuris jį pagrobia jėga? Todėl teisingai sakoma jį esant įžūlų vagį. Tačiau pretorius suteikė savarankišką ieškinį dėl šio delikto, kuris yra vadinamas ieškiniu dėl prievarta atimto turto ir per vienerius metu gali būti reiškiamas reikalaujant keturgubos turto vertės, o praėjus metams – viengubos. Šis ieškinys gali būti reiškiamas, kai kas plėšdamas įgijo bent vieną daiktą, nors ir pačios mažiausios vertės.

210. Ieškinį dėl neteisėtai padarytos žalos įvedė *lex Aquilia*, kurio pirmajame skyriuje nustatyta, jog jei kas neteisėtai užmuša svetimą vergą arba svetimą keturkojį gyvulį, priskiriamą galvijams, privalo būti teismo sprendimu įpareigotas sumokėti savininkui tiek, kokia tais metais buvo aukščiausia daikto vertė rinkoje.

211. Tuo tarpu laikoma, jog neteisėtai užmuša tas, dėl kurio tyčios ar neatsargumo tai įvyko ir nei vienas kitas įstatymas nebaudžia už žalą, kuri nėra padaryta neteisėtai. Todėl atsakomybėn netraukiamas tas, kuris padaro žalos dėl kokio nors atsitiktinumo (kazuso), o ne tyčia ar dėl neatsargumo.

212. Nec solum corpus in actione huius legis aestimatur; sed sane si servo occiso plus dominuss capiat damni, quam pretium servi sit, id quoque aestimatur, veluti si servus meus ab aliquo heres institutus, antequam iussu meo hereditatem cerneret, occisus fuerit: non enim tantum ipsius pretium aestimatur, sed et hereditatis amissae quantitas. Item si ex gemellis vel ex comoedis vel ex symphoniacis unus occisus fuerit, non solum occisi fit aestimatio, sed eo amplius *id quoque* computatur, quo ceteri qui supersunt depretiati sunt. Idem iuris est etiam si ex pari mularum unam vel etiam ex quadrigis equorum unum occiderit.

213. Cuius autem servus occisus est, is liberum arbitrium habet vel capitali crimine reum facere eum qui occiderit, vel hac lege damnum persequi.

214. Quod autem adiectum est in hac lege: QUANTI IN EO ANNO PLURIM EA RES FUERIT, illud efficit, si clodum puta aut luscum servum occiderit, qui in eo anno integer fuit, <*ut non quanti clodus aut luscus, sed quanti integer fuit*> aestimatio fiat; quo fit, ut quis plus interdum consequatur quam ei damnum datum est.

215. Capite secundo <*adversus*> adstipulatorem, qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res est, tanti actio constituitur.

212. Reiškiant ieškinį šio įstatymo pagrindu, įvertinamas ne tik užmuštojo kūnas, bet jei užmušus vergą, šeimininkas patirtų didesnės žalos nei tas vergas buvo vertas, yra teisinga, kad ir į tai būtų atsižvelgta nustatant žalos dydį; pavyzdžiui, jei mano vergas, kurį kas nors paskyrė įpėdiniu, būtų užmuštas nesuspėjęs mano pavedimu priimti palikimo, nustatant žalos dydį privalo būti atsižvelgta ne tik į paties vergo, tačiau ir į prarasto palikimo vertę. Taip pat jeigu būtų užmuštas vienas iš dvynių arba aktorių, arba muzikantų, atsižvelgiama ne tik į užmuštojo vertę, bet įvertinama ir tai, kiek sumažėjo likusiųjų gyvų vertė. Tos pačios nuostatos laikomasi, jei užmušama viena iš poros mulių arba vienas iš ketverto arklių kinkinio.

213. Tas, kieno vergas buvo užmuštas, yra laisvas rinktis: kaltinti žudiką nusikaltimo padarymu arba pagal šį įstatymą išsiieškoti žalos atlyginimą.

214. Tame įstatyme esantis pridūrimas: TIEK, KOKIA TAIS METAIS BUVO AUKŠČIAUSIA TO DAIKTO VERTĖ reiškia, jog jeigu, pavyzdžiui, kas užmuša raišą ar vienaakį vergą, kuris metų bėgyje nebuvo luošas, skaičiuojama ne raišo ar vienaakio vertė, o atsižvelgiama į tai, kiek vergas būtų vertas nesužalotas. Dėl to esti taip, jog kartais kas išsiieško daugiau nei sudaro patirtoji žala.

215. Antrajame skyriuje numatyta teisė pareikšti ieškinį ir reikalauti priteisti prievolės dalyko vertę iš adstipuliatoriaus (papildomo kreditoriaus), kuris, padarydamas žalos pagrindiniam kreditoriui, atliko akceptiliaciją (t. y. realiai negaudamas iš skolininko prievolės įvykdymo, pareiškė apie gautą prievolės įvykdymą ir tokiu būdu prievolė baigėsi).

216. Qua et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est. Sed id caveri non fuit necessarium, cum actio mandati ad eam rem sufficeret: nisi quod ea lege adversus infitiantem in duplum agitur.

217. Capite tertio de omni cetero damno cavetur. Itaque si quis servum vel eam quadrupedem quae pecudum numero est, <*vulneraverit, sive eam quadrupedem quae pecudum numero non est*>, veluti canem aut feram bestiam, veluti ursum leonem, vulneraverit vel occiderit, hoc capite actio constituitur. In ceteris quoque animalibus, item in omnibus rebus quae anima carent damnum iniuria datum hac parte vindicatur. Si quid enim ustum aut ruptum aut fractum <*fuerit*>, actio hoc capite constituitur, *quamquam* potuerit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; ruptum <*enim intellegitur quod quoquo modo corruptum*> est. Unde non solum usta aut rupta aut fracta, sed etiam scissa et collisa et effusa et quoquo modo vitiata aut perempta atque deteriora facta hoc verbo continentur.

218. Hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus XXX proximis ea res fuerit, damnatur is, qui damnum dederit. Ac ne plurimi quidem verbum adicitur. Et ideo quidam putaverunt liberum esse iudici *vel* ad id tempus ex diebus XXX aestimationem redigere, quo plurimi res fuerit, vel ad id, quo minoris fuerit. Sed Sabino placuit proinde habendum, ac si etiam hac parte PLURIMI verbum adiectum esset: nam *legis* latorem contentum fuisse, <*quod prima parte eo verbo usus esset*>.

216. Akivaizdu, jog šioje įstatymo dalyje yra numatomas ieškinys dėl žalos atlyginimo, tačiau tokia nuostata nebuvo būtina, kadangi šiam tikslui pakako ir ieškinio dėl pavedimo; ji reikalinga nebent dėl to, kad pagal šį įstatymą buvo galima pareikalauti dvigubai iš to, kuris ginčija ieškininio reikalavimo dėl žalos atlyginimo pagrįstumą.

217. Trečiajame skyriuje reglamentuojami visų kitų žalų klausimai. Taigi, šiame skyriuje yra numatomas ieškinys, kuris reiškiamas jei kas sužaloja vergą arba galvijams priskiriamą gyvulį, sužaloja arba užmuša keturkojį gyvulį, kuris galvijams nepriskiriamas, pavyzdžiui, šunį, arba laukinį žvėrį, pavyzdžiui, lokį arba liūtą. Taip pat ir visų kitų gyvūnų lygiai, kaip ir visų negyvų daiktų atveju, pagal šį įstatymą bylinėjamasi dėl neteisėtais veiksmais padarytos žalos atlyginimo. Kadangi jei kažkas bus sudeginta arba sugadinta, arba sulaužyta, ieškinys numatomas šiame skyriuje, nors visais šiais atvejais pakaktų paties apibrėžimo „sužalotas“; kadangi sužalojimas suprantamas kaip tai, kai kas nors kokiu nors būdu buvo sugadinta. Todėl šis žodis apima ne tik sudegintus, sugadintus arba sulaužytus daiktus, tačiau taip pat suskaldytus ir sudaužytus, ir išlietus, ir bet kokiu kitu būdu padarytus jų trūkumus arba sugadinimus, o taip pat daikto pabloginimą.

218. Šio skyriaus pagrindu iš žalos sukėlėjo priteisiama ne tiek, kiek daiktas buvo vertas pastaraisiais metais, tačiau tiek, kokia buvo jo vertė per paskutines trisdešimt dienų. Ir net nepriduriamas žodis „daugiausiai“, todėl kai kurie teisininkai sprendė, jog teisėjo diskrecijai paliekama nuspręsti, ar priteisti žalos atlyginimą atsižvelgiant į tą momentą, kuomet per paskutines trisdešimt dienų daikto vertė buvo aukščiausia, ar į tą, kuomet ji buvo mažiausia. Tačiau Sabinas buvo įsitikinęs, jog reikia aiškinti taip tarytum ir šioje dalyje būtų pridurtas žodis „daugiausiai“, kadangi įstatymų leidėjas laikė esant pakankama, kad minėtas išsireiškimas pavartotas pirmojoje įstatymo dalyje.

219. *Ceterum* placuit ita demum ex ista lege actionem esse, si quis corpore suo damnum dederit; *ideoque* alio modo damno dato utiles actiones dantur: veluti si quis alienum hominem *aut* pecudem incluserit et fame necaverit, aut iumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur, item si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet vel in puteum descenderet, et *is* ascendendo aut descendendo ceciderit <*et*> aut mortuus fuerit aut aliqua parte corporis laesus sit. *Sed* si quis alienum servum de ponte *aut* ripa in flumen proiecerit et is suffocatus fuerit, *hic* quoque corpore suo damnum dedisse eo quod proiecerit non difficiliter intellegi potest.

220. Iniuria autem committitur non solum cum quis pugno puta aut fuste percussus vel etiam verberatus erit, sed etiam si cui convicium factum fuerit, sive quis bona alicuius quasi debitoris sciens eum nihil sibi debere proscripserit, sive quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen scripserit, sive quis matrem familias aut praetextatum adsectatus fuerit, et denique aliis pluribus modis.

221. *Pati autem* iniuriam videmur non solum per nosmet ipsos, sed etiam per liberos nostros, quos in potestate habemus; item per uxores nostras, *quamvis* in manu nostra <non> sint. Itaque si *veluti* filiae meae, quae Titio nupta est, iniuriam feceris, non solum filiae nomine tecum agi iniuriarum potest, verum etiam meo quoque et Titii nomine.

219. Be to, pripažinta, jog šio įstatymo suteikiamu ieškiniu naudojamasi tik tuomet, kai kas žalą sukėlė savo kūnu ir todėl, jeigu žala buvo padaryta kitu būdu, teikiami ieškiniai pagal analogiją (vadinamieji išvestiniai ieškiniai); pavyzdžiui, jei kas įkalinęs svetimą vergą ar uždaręs galviją, jį numarintų badu arba taip smarkiai gintų gyvulį, kad tas kristų; lygiai taip pat, jei kas svetimą vergą įkalbėtų įlipti į medį ar nusileisti į šulinį, o tas, lipdamas aukštyn ar leisdamasis, nukristų ir užsimuštų arba susižalotų kurią nors kūno dalį. Tačiau jei kas svetimą vergą nustumtų nuo tilto į upę, o tas nuskestų, be didelių pastangų galima suprasti, kad jis taip pat padaro žalą savo kūnu, kadangi nustumia į vandenį.

220. Žalos asmeniui (skriaudos) padaroma ne tiktai tuomet, kai kam nors suduodami smūgiai ar jis sumušamas, pavyzdžiui, kumščiu arba lazda, bet taip pat, kai kas įžeidžiamas (nuplėšiama jo garbė) arba jei paskelbiama apie kieno nors turto pardavimą iš varžytinių žinant, jog tas nieko nėra jam skolingas; arba jei kas parašytų paskvilį arba dainą siekdamas ką nors paniekinti; arba kas atkakliai persekioja šeimos motiną ar jaunuolį, galiausiai daugeliu kitų būdų.

221. Laikoma, jog skriaudos patiriame ne tik savo pačių asmeniu, bet taip pat ir per savo palikuonis, kaip ir per žmonas, nors jos ir nebūtų mums kaip vyrams pavaldžios. Taigi, todėl jei padarytum skriaudos, pavyzdžiui, mano dukteriai, kuri yra Tito žmona, bylinėtis su tavimi būtų galima ne tik dukters, bet taip pat ir mano bei Tito vardu.

222. Servo autem ipsi *quidem* nulla iniuria intellegitur fieri, sed domino per eum fieri videtur; non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos nostros vel uxores iniuriam pati videmur, sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, quod aperte in contumeliam domini fieri videtur, veluti si quis alienum servum verberaverit; et in hunc casum formula proponitur. At si quis servo convicium fecerit vel pugno eum percusserit, non proponitur ulla formula nec temere petenti datur.

223. Poena autem iniuriarum ex lege XII tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum aut conlisum trecentorum assium poena erat, si libero os fractum erat, at si servo, CL; propter ceteras vero iniurias XXV assium poena erat constituta. Et videbantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneae istae pecuniae poenae *esse.*

224. Sed nunc alio iure utimur: permittitur enim nobis a praetore ipsis iniuriam aestimare, et iudex vel tanti condemnat, quanti nos aestimaverimus, vel minoris, prout illi visum fuerit. Sed cum atrocem iniuriam praetor aestimare soleat, si simul constituerit, quantae pecuniae eo nomine fieri debeat vadimonium, hac ipsa quantitate taxamus formulam, et iudex, *quamvis* possit vel minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non audet minuere condemnationem.

222. Laikoma, jog vergui kaip tokiam jokios žalos asmeniui (skriaudos) padaryti negalima, tačiau pripažįstama, jog nuskriaudžiant vergą, žala (skriauda) padaroma jo šeimininkui, tačiau ne tokiais pačiais būdais, kurių atveju laikome, jog patiriame žalos per mūsų palikuonis ar žmonas, o tik tuomet, kai nusikalstama sunkiai ir kai padaroma tai, kas gali būti traktuojama kaip akivaizdus šeimininko negerbimas, pavyzdžiui, jeigu kas išplaktų svetimą vergą, tai ir tokiam atvejui yra numatyta ieškinio formulė. Jeigu kas iš vergo pasityčiotų arba smogtų jam kumščiu, nenumatoma jokia formulė ir jokia formulė nesuteikiama tam, kas dėl jos be pagrindo kreiptųsi.

223. Pagal XII lentelių įstatymus, už žalą asmeniui (skriaudą), patirtą netekus kokios nors kūno dalies, buvo numatytas keršto taikymas (talionas), o tuo tarpu už skriaudą, padaromą sulaužant arba kitaip pakenkus kaulą, buvo baudžiama bauda, kuri sudarė 300 asų, jeigu kaulas sulaužytas laisvam žmogui, o jeigu vergui – 150 asų. Tuo tarpu už kitus žalos asmeniui (skriaudos) atvejus nustatyta 25 asų dydžio bauda. Anais laikais, esant dideliam skurdui, minėtos piniginės baudos atrodė esančios pakankamos (adekvačios).

224. Tačiau dabar laikomės kitokių teisės nuostatų. Kadangi pretorius suteikia galimybę mums patiems įvertinti skriaudą ir teisėjas savo nuožiūra priteisia arba tiek, kiek buvome įvertinę, arba mažiau. Tačiau kadangi sunkiais skriaudos atvejais ją paprastai vertindavo pats pretorius, tai jeigu jis tuo pačiu nustato, kokio dydžio užtikrinimas, garantuojantis, jog atsakovas stos prieš teismą, privalo būti duodamas, tokią pačią sumą nurodome ir formulėje, o teisėjas, nors ir turėdamas teisę priteisti mažiau, dažniausiai vis dėlto atsižvelgdamas į pretoriaus autoritetingumą, nesiryžta mažinti priteisiamos žalos atlyginimo sumos.

225. Atrox autem iniuria aestimatur vel ex facto, veluti si quis ab aliquo vulneratus aut verberatus fustibusve caesus fuerit; vel ex loco, veluti si cui in theatro aut in foro iniuria facta sit; vel ex persona, veluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel *senatori* ab humili persona facta sit iniuria.

225. Žala asmeniui (skriauda) yra kvalifikuojama kaip sunki arba atsižvelgiant į faktines aplinkybes, pavyzdžiui, jei kas buvo kieno nors sužalotas, nuplakdintas rykštėmis ar sumuštas lazdomis arba atsižvelgiant į padarymo vietą, pavyzdžiui, jei skriaudą kas patyrė teatre arba forume, arba atsižvelgiant į asmenį, pavyzdžiui, jei skriaudos patirtų magistratas arba žemo luomo asmuo padarytų skriaudos senatoriui.

Commentarius quartus

Ketvirtoji knyga

1. <*Superest ut de actionibus loquamur. Et si quaeramus*> quot genera actionum sint, verius videtur duo esse, in rem et in personam; nam qui IV esse dixerunt ex sponsionum generibus, non animadverterunt quasdam species actionum inter genera se rettulisse.

2. In personam actio est, qua agimus [quotiens] cum aliquo, qui nobis vel ex contractu vel ex delicto obligatus est, id est cum intendimus DARE FACERE PRAESTARE OPORTERE.

3. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, *aut* ius aliquod nobis competere, veluti utendi aut utendi fruendi, eundi agendi aquamve ducendi vel altius tollendi prospiciendive; <*aut cum*> actio ex diverso adversario est negativa.

4. Sic itaque discretis actionibus certum est non posse nos rem nostram ab alio ita petere: SI PARET EUM DARE OPORTERE: nec enim quod nostrum est nobis dari potest, cum scilicet id dari nobis intellegatur, quod <*ita datur, ut*> nostrum fiat; nec res, quae <*nostra iam est*>, nostra amplius fieri potest. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, receptum est, ut extra poenam dupli aut quadrupli rei recipiendae nomine fures *etiam* hac actione teneantur SI PARET EUM DARE OPORTERE, quamvis sit etiam adversus eos haec actio, qua rem nostram esse petimus.

1. Belieka, kad pakalbėtume apie ieškinius. O jei paklaustume, kiek esama ieškinių rūšių, atrodo, jog teisingiausia būtų pasakyti, kad dvi: daiktiniai ir asmeniniai (prievoliniai). Nes tie, kurie atsižvelgdami į *sponsio* rūšių skaičių, teigė, jog esama keturių, neatkreipė dėmesio į tai, kad kai kurias ieškinių atmainas (porūšius) palaikė jų rūšimis.

2. Asmeninis (prievolinis) ieškinys yra tas, kurį reiškiame, kai bylinėjamės su tuo, kurį mūsų atžvilgiu saisto iš kontrakto ar delikto atsiradusi prievolė; kitaip tariant, kai tvirtiname, jog PRIVALO MUMS KĄ NORS PERDUOTI, PADARYTI, ĮVYKDYTI.

3. Daiktinis ieškinys yra tas, kurį reikšdami tvirtiname, jog daiktas yra mūsų nuosavybė arba, jog mums priklauso kokia nors teisė, pavyzdžiui, teisė naudotis pačiu daiktu, teisė naudotis daiktu ir jo duodamais vaisiais (uzufruktas), tako servitutas, servitutas, suteikiantis teisę ginti per tarnaujantį sklypą gyvulius, vandentiekio servitutas, servitutas, suteikiantis teisę uždrausti statyti tarnaujančiame sklype statinius, viršijančius nustatytą aukštį arba teisę reikalauti, kad nebūtų užstojamas vaizdas; arba, kai priešingai šaliai reiškiamas ieškinys yra neigiamasis (negatorinis).

4. Esant tokiam ieškinių atskyrimui, abejonių nekelia tai, jog mums priklausančio daikto grąžinimo negalime reikalauti tokiu būdu: JEI PAAIŠKĖTŲ, JOG JIS PRIVALO PERDUOTI, kadangi nei tas, kas mums priklauso, negali būti mums suteikta (duota), nes, savaime suprantama, jog tai, kas mums buvo perduota, buvo perduota taip, kad taptų mūsų nuosavybe, o taip pat daiktas, kuris yra mūsų nuosavybė, negali tapti mums dar labiau nuosavas. Be abejo, vagims jaučiama panieka skatina tai, kad atsakomybė jiems iškiltų pagal daugiau ieškinių, todėl laikoma, jog be dvigubos ar keturgubos pavogto daikto vertės dydžio baudos, tam, kad iš vagies būtų atimtas daiktas, jie dar privalo atsakyti ir pagal tokį ieškinį: JEI PAAIŠKĖTŲ, JOG JIE PRIVALO PERDUOTI, nors jiems taip pat gali būti reiškiamas ir toks ieškinys, kurį pareikšdami tvirtiname, kad daiktas yra mūsų nuosavybė.

5. Appellantur autem in rem quidem actiones vindicationes, in personam vero actiones, quibus DARI FIERIVE OPORTERE intendimus, condictiones.

6. Agimus autem interdum, ut rem tantum consequamur, interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam.

7. Rem tantum persequimur, veluti actionibus <*quibus*> ex contractu agimus.

8. Poenam tantum *persequimur,* veluti actione furti et iniuriarum et secundum quorundam opinionem actione vi bonorum raptorum: nam ipsius rei et vindicatio et condictio nobis competit.

9. Rem vero et poenam persequimur veluti ex his causis, ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus: quod accidit per actionem iudicati, depensi, damni iniuriae *legis* Aquiliae, aut legatorum nomine, quae per damnationem *certa* relicta sunt.

10. Quaedam praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua vi ac potestate constant. Quod ut manifestum fiat, opus est ut prius de legis actionibus loquamur.

5. Daiktiniai ieškiniai yra vadinami vindikacijomis; asmeniniai, kuriuos pareikšdami reikalaujame, KAD MUMS KAŽKAS BŪTŲ PERDUOTA ARBA ĮVYKDYTA, yra kondikcijos.

6. Taigi, kai kada bylinėjamės dėl to, kad gautume daiktą, kai kada tik dėl to, kad mūsų naudai būtų sumokėta tam tikra bauda, o kitąkart – dėl daikto ir baudos.

7. Vien daikto reikalaujame, pavyzdžiui, reikšdami ieškinius, kylančius iš kontrakto.

8. Vien baudos reikalaujame, pavyzdžiui, reikšdami ieškinius dėl vagystės ar žalos asmeniui (skriaudos) padarymo, o kai kurių nuomone, taip pat ir ieškinį dėl plėšimo. Paties (pavogto ar plėšimo būdu užvaldyto) daikto galime reikalauti tiek pareikšdami vindikaciją, tiek ir kondikciją.

9. Ir daikto, ir atsakovo nubaudimo siekiame, pavyzdžiui, tais atvejais, kai dvigubai reikalaujame iš to, kuris užginčijo jam pareikštą pagrįstą reikalavimą; taip esti, pavyzdžiui, kai reiškiame ieškinį dėl to, kas buvo priteista teismo sprendimu, įvykdymo, dėl svetimos skolos sumokėjimo, *lex Aquilia* pagrįstą ieškinį dėl žalos atlyginimo arba išskirtinės (legato), kuris buvo užrašytas kaip prievolinis, įvykdymo.

10. Be to, esama tam tikrų ieškinių, kurie gali būti reiškiami tik juos grindžiant ir remiantis įstatymu (legisakcijos), o kiti patys savaime turi galią ir sukelia teisines pasekmes. Kad tai išsiaiškintume, pirmiausia reikalinga, kad aptartume legisakcijas (ieškinius, grįstus *ius civile*).

11. Actiones, quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellabantur, vel ideo, quod legibus proditae erant, quippe tunc edicta praetoris, quibus complures actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur, vel ideo, quia ipsarum legum verbis accommodatae erant et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur. Unde eum, qui de vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, responsum est [eum] rem perdidisse, cum [quia] debuisset arbores nominare eo, quod lex XII tabularum, ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur.

12. Lege autem agebatur modis quinque: sacramento, per iudicis postulationem, per condictionem, per manus iniectionem, per pignoris capionem.

13. Sacramenti actio generalis erat: *de* quibus enim rebus ut aliter ageretur lege cautum non erat, de his sacramento agebatur. Eaque actio proinde periculosa erat falsi *negatori,* atque hoc tempore periculosa est actio certae creditae pecuniae propter sponsionem, qua periclitatur reus, si temere neget, <*et*> restipulationem, qua periclitatur actor, si non debitum petat. Nam qui victus erat summam sacramenti praestabat poenae nomine, eaque in publicum cedebat, praedesque eo nomine praetori dabantur, non ut nunc sponsionis et restipulationis poena lucro cedit adversarii qui vicerit.

11. Ieškiniai, kuriais naudojosi mūsų protėviai, legisakcijomis vadinti dėl tos priežasties, kad tai buvo įstatymų sukurti ieškiniai, nes pretoriaus edikto, įvedusio daugybę ieškinių, anuomet dar nebuvo; arba dėl to, kad šie ieškiniai buvo priderinti prie įstatymo teksto ir laikyti tokiais pat nekintamais kaip ir patys įstatymai. Dėl šios priežasties tas, kuris iškėlė bylą dėl vynuogienojų iškirtimo, ginčą pralaimėdavo, kadangi privalėjo pareikšti apie medžių iškirtimą, mat XII lentelių įstatymuose, kurių pagrindu galėjo būti reiškiamas ieškinys dėl vynuogienojų iškirtimo, buvo bendrai kalbama apie iškirstus medžius.

12. Legisakcinis procesas galėjo vykti penkiais būdais: paskiriant užstatą (lažybų sumą), reikalaujant paskirti teisėją, *condictio* būdu, uždedant ranką arba areštuojant skolininkui priklausantį daiktą (paimant įkaitą).

13. Toji legisakcija, kai būdavo paskiriamas užstatas (lažybų suma), buvo bendro pobūdžio. Mat tose bylose, dėl kurių įstatyme nebuvo nurodyta, kad jose procesas turi vykti kitaip, būdavo bylinėjamasi paskiriant užstatą (lažybų sumą); šis procesas kėlė grėsmę nepagrįstai ginčijantiems ieškinį taip, kaip šiandien procesas dėl apibrėžtos piniginės sumos *sponsio* pagrindu yra pavojingas tam atsakovui, kuris įžūliai (neturėdamas pagrindo) ginčija ieškinį, ir kaip procesas restipuliacijos pagrindu yra pavojingas ieškovui, reikalaujančiam to, kas jam nepriklauso. Nes pralaimėjusysis privalėdavo sumokėti užstato sumą kaip baudą, kuri atitekdavo valstybės iždui ir dėl to pretoriui būdavo paskiriami laiduotojai, o ne taip, kaip dabar, kai bauda, mokėtina *sponsio* arba restipuliacijos pagrindu, atitenka bylą laimėjusiai priešingai ginčo šaliai.

14. Poena autem sacramenti aut quingenaria erat aut quinquagenaria. Nam de rebus mille aeris plurisve quingentis assibus, de minoris vero quinquaginta assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum erat. At si de libertate hominis controversia erat, etiamsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur, eadem lege cautum est: favore scilicet libertatis, ne onerarentur adsertores.

....

(22 *versus exceptis paucis verbis legi nequeunt)*

15. ... istae omnes actiones ... ad iudicem accipiendum venirent; postea vero reversis dabatur. Ut autem <*die*> XXX iudex *daretur,* per legem Pinariam factum est: ante eam autem legem *statim* dabatur iudex. Illud ex superioribus intellegimus, si de re minoris quam <M> aeris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario eos contendere solitos fuisse. Postea tamen quam iudex datus esset, comperendinum diem, ut ad iudicem venirent, denuntiabant. Deinde cum ad iudicem venerant, antequam apud eum causam perorarent, solebant breviter ei et quasi per indicem rem exponere: quae dicebatur causae *coniectio,* quasi causae suae in breve coactio.

14. Bauda, mokėtina tais atvejais, kai procesas vykdavo paskiriant užstatą (lažybų sumą), buvo lygi 500 arba 50 asų. Ginčuose, kurių suma lygi 1000 asų arba didesnė, buvo bylinėjimąsi paskiriant 500 asų dydžio užstatą, mažesnės vertės ginčuose — 50 asų, kadangi taip nustatė XII lentelių įstatymai. Tačiau tuo atveju, jei vykdavo ginčas dėl žmogaus laisvės, net jei vergo vertė būtų buvusi pati didžiausia, tuose įstatymuose buvo nurodyta, jog reikia bylinėtis paskiriant 50 asų dydžio lažybų sumą; žinoma, tai nulėmė palankumas laisvei ir siekis neapsunkinti tokiuose procesuose dalyvaujančių laisvės gynėjų (...11 eilučių...).

15. ...visi tie ieškiniai (...11 eilučių...) atėjo turėdami tikslą, kad jiems būtų paskirtas teisėjas. Gi paskui, kai grįždavo, jiems būdavo paskiriamas teisėjas. Tai, kad teisėjas turi būti paskiriamas trisdešimtąją dieną, nustatė *lex Pinaria*, o iki priimant šį įstatymą, teisėjas būdavo paskiriamas iš karto. Iš to darome išvadą, jog jeigu ginčo dalyko vertė būdavusi mažesnė nei 1000 asų, tai paprastai buvo bylinėjimąsi paskiriant 50, o ne 500 asų dydžio užstatą. Paskyrus teisėją, šalys nustatydavo, kad trečiąją dieną stos prieš teismą. Atvykusios pas teisėją, šalys, prieš pradėdamos ginti savo poziciją, paprastai trumpai nupasakodavo reikalą, tarytum pagrindiniais bruožais jį apibūdindavo, kas buvo vadinama bylos esmės santrauka; tai buvo savotiškas glaustas savo bylos išdėstymas.

16. Si in rem agebatur, mobilia quidem et moventia, quae modo in ius adferri adducive possent, in iure vindicabantur ad hunc modum: qui vindicabat, festucam tenebat: deinde ipsam rem adprehendebat, veluti hominem, et ita dicebat: HUNC EGO HOMINEM EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO SECUNDUM SUAM CAUSAM. SICUT DIXI, ECCE TIBI VINDICTAM IMPOSUI, et simul homini festucam imponebat. Adversarius eadem similiter dicebat et faciebat. Cum uterque vindicasset, praetor dicebat: MITTITE AMBO HOMINEM; illi mittebant. Qui prior *vindicaverat, <ita alterum interrogabat>:* POSTULO ANNE DICAS, QUA EX CAUSA VINDICAVERIS. Ille respondebat: IUS FECI SICUT VINDICTAM IMPOSUI. Deinde qui prior vindicaverat dicebat: QUANDO TU INIURIA VINDICAVISTI, D AERIS SACRAMENTO TE PROVOCO; adversarius quoque dicebat similiter: ET EGO TE; aut si res infra mille asses erat, quinquagenarium scilicet sacramentum nominabant. Deinde eadem sequebantur, quae *cum* in personam ageretur. Postea praetor secundum alterum eorum vindicias dicebat, id est interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes adversario dare litis et vindiciarum, id est rei et fructuum; alios autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti causa, quia id in publicum cedebat. Festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii, quando iusto dominio ea maxime sua esse credebant quae ex hostibus cepissent; unde in centumviralibus iudiciis hasta proponitur.

16. Jei buvo reiškiamas daiktinis ieškinys, tai kilnojamieji daiktai ir gyvosios būtybės, jei tik buvo įmanoma juos (jas) atnešti ar atvesti pas pretorių, stadijoje *in iure* buvo vindikuojami tokiu būdu: vindikuojantis laikydavo rankose lazdelę, vėliau paliesdavo patį daiktą, pavyzdžiui, vergą ir taip tardavo: TVIRTINU, KAD ŠIS VERGAS PAGAL KVIRITŲ TEISĘ IR TEISĖTU PAGRINDU PRIKLAUSO MAN. KADANGI TAIP PAREIŠKIAU, ŠTAI UŽDEDU TAU LAZDELĘ ir tuoj pat uždėdavo ant vergo lazdelę. Priešinga šalis kalbėdavo panašiai ir darydavo tą patį. Abiems vindikavus, pretorius tardavo: ABU PALIKITE VERGĄ, o šie jį paleisdavo. Tas, kuris vindikavo pirmasis, šitaip klausdavo kitą: REIKALAUJU, KAD PASAKYTUM, KUO REMDAMASIS VINDIKAVAI? Tas atsakydavo: KADANGI UŽDĖJAU LAZDELĘ, REIŠKIA ĮGYVENDINAU SAVO TEISĘ. Tuomet tas, kuris vindikavo pirmasis: KADANGI NETURĖDAMAS TEISĖS VINDIKAVAI, RAGINU TAVE PASKIRTI 500 ASŲ DYDŽIO UŽSTATĄ. Priešinga šalis panašiai sakydavo: O AŠ TAVE. Arba jeigu daikto vertė būdavo mažesnė nei 1000, tuomet, žinoma, būdavo paskiriamas 50 asų dydžio užstatas. Galiausiai įvykdavo tai, kas vyksta ir tuo atveju, kai reiškiamas asmeninis (prievolinis) ieškinys. Po to pretorius pripažindavo ginčo daikto valdymą vienai iš šalių, tai reiškia tuokart paskirdavo kurį nors vieną daikto valdytoju ir liepdavo jam duoti priešingai šaliai laiduotojus dėl ginčo ir dėl valdymo, t. y. dėl daikto ir dėl vaisių. Savo ruožtu kitus laiduotojus dėl užstato, kadangi šis atitekdavo valstybės iždui, iš abiejų šalių priimdavo pats pretorius. Lazdele naudodavosi tartum vietoje ieties, kuri buvo nelyginant nuosavybės simbolis, kadangi buvo įsitikinę, jog niekas kitas nėra tokia teisėta nuosavybė kaip tai, kas buvo *atimta* iš priešų kaip karo grobis. Dėl šios priežasties centumviraliniame (šimto narių) teisme išstatoma ietis.

17. Si qua res talis erat, ut sine incommodo non posset in ius adferri vel adduci, veluti si columna aut navis aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur eaque in ius adferebatur: deinde in eam partem quasi in totam rem praesentem fiebat vindicatio. Itaque ex grege vel una ovis aut capra in ius adducebatur, vel etiam pilus inde sumebatur e in ius adferebatur: ex nave vero et columna aliqua pars defringebatur. Similiter si de fundo vel de aedibus sive de hereditate controversia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur et in eam partem proinde atque in totam rem praesentem fiebat vindicatio, veluti ex fundo gleba sumebatur et ex aedibus tegula, et si de hereditate controversia erat, aeque *res vel rei pars aliqua inde sumebatur*

....

(48 fere versus in Cod. perierunt, quorum tamen postremi codice F. suppletur)

....

que legis actione restitutum est.

17a. Per iudicis postulationem agebatur, si qua de re ut ita ageretur lex iussisset, sicuti lex XII tabularum de *eo* quod ex stipulatione petitur. Eaque res talis fere erat. Qui agebat sic dicebat: EX SPONSIONE TE MIHI X MILIA SESTERTIORUM DARE OPORTERE AIO: ID POSTULO AIAS AN NEGES. Adversarius dicebat non oportere. Actor dicebat: QUANDO TU NEGAS, TE PRAETOR IUDICEM (sive ARBITRUM) POSTULO UTI DES. Itaque in eo genere actionis sine poena quisque negabat. Item de hereditate dividenda inter coheredes eadem lex per iudicis postulationem agi iussit. Idem fecit lex Licinnia, si de aliqua re communi dividenda ageretur. Itaque nominata causa ex qua agebatur statim arbiter petebatur.

17. Jeigu koks nors daiktas buvo tokios rūšies, kad be vargo negalėdavo būti atneštas arba atvestas pas magistratą, pavyzdžiui, kolona arba laivas, arba kokių nors galvijų banda, būdavo imama kokia nors dalis ir ji atnešama magistratui, o tai padarius, vindikacija buvo atliekama dėl tos dalies taip tarytum tai būtų daroma viso daikto atžvilgiu. Taigi, iš bandos būdavo atvedama viena avis arba ožka, arba net nukerpama jų vilna ir pateikiama magistrato akivaizdoje; tuo tarpu nuo laivo arba kolonos būdavo atlaužiama tam tikra dalis. Panašiai, jei ginčas vykdavo dėl žemės sklypo arba pastato, arba dėl palikimo, būdavo imama kokia nors jų dalis, pateikiama magistrato akivaizdoje ir dėl tos dalies atliekama vindikacija taip tarytum būtų vindikuojamas visas daiktas. Pavyzdžiui, iš žemės sklypo būdavo imama sauja žemių, o iš pastato – čerpė, o jeigu kildavo ginčas dėl palikimo, taip pat būdavo imamas koks nors į jo sudėtį įeinantis daiktas arba daikto dalis (...48 eilutės...) ir buvo sugrąžinama legisakcinio proceso būdu.

17a. Buvo bylinėjamasi reikalaujant paskirti teisėją, jei įstatymu nustatyta, kad dėl kokio nors reikalo privalo būti bylinėjamasi tokiu būdu, kaip kad XII lentelių įstatymai nustatė reikalavimo, kylančio iš žodinės sutarties – stipuliacijos, atveju. Tai vykdavo maždaug šitaip. Tas, kuris inicijuodavo procesą, tardavo taip: TVIRTINU, KAD PAGAL *SPONSIO* PRIVALAI SUMOKĖTI MAN 10 000 SESTERCIJŲ. REIKALAUJU, KAD TAI PATVIRTINTUM ARBA UŽGINČYTUM. Priešinga šalis teigdavo nesanti skolinga. Ieškovas tardavo: KADANGI UŽGINČIJAI, REIKALAUJU, KAD TU, PRETORIAU, PASKIRTUM TEISĖJĄ ARBA ARBITRĄ. Taigi, šios kategorijos procesuose bet kuris galėjo ginčyti ieškovo reikalavimą nepatirdamas kokių nors sankcijų. Tame pačiame įstatyme buvo numatytas ir reikalavimas, kad ginčai tarp įpėdinių dėl palikimo padalijimo būtų nagrinėjami reikalaujant paskirti teisėją. Tą patį *lex Licinnia* numatė ir byloms dėl bendrosios nuosavybės padalijimo. Taigi, kvalifikavus ginčą, nedelsiant reikalauta paskirti arbitrą.

17b. Per condictionem ita agebatur: AIO TE MIHI SESTERTIORUM X MILIA DARE OPORTERE: ID POSTULO AIAS AN NEGES. Adversarius dicebat non oportere. Actor dicebat: QUANDO TU NEGAS, IN DIEM TRICENSIMUM TIBI IUDICIS CAPIENDI CAUSA CONDICO. Deinde die tricensimo ad iudicem capiendum praesto esse debebant. Condicere autem denuntiare est prisca lingua.

18. Itaque haec quidem actio proprie condictio vocabatur; nam actor adversario denuntiabat, ut ad iudicem capiendum die XXX adesset. Nunc vero non proprie condictionem dicimus actionem in personam, *qua* intendimus DARI NOBIS OPORTERE: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

19. Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re.

20. Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo, quod nobis dari oportet, *potuerimus* aut sacramento aut per iudicis postulationem agere, valde quaeritur.

17b. Kondikcijų būdu buvo bylinėjamasi šitaip: TVIRTINU, KAD PRIVALAI SUMOKĖTI MAN 10 000 SESTERCIJŲ. REIKALAUJU, KAD TAI PATVIRTINTUM ARBA UŽGINČYTUM. Priešinga šalis teigdavo nesanti skolinga. Ieškovas tardavo: KADANGI TU UŽGINČIJAI, ĮSPĖJU, KAD TRISDEŠIMTĄJĄ DIENĄ MUMS BUS PASKIRTAS TEISĖJAS. Tuomet trisdešimtąją dieną šalys privalo atvykti tam, kad būtų paskirtas teisėjas. Kadangi *condicere* ir *denuntiare* senojoje kalboje reiškė „apie ką nors įspėti“.

18. Taigi, procesas pagrįstai vadintas kondikciniu, kadangi ieškovas įspėdavo priešingą šalį, jog trisdešimtąją dieną privalo atvykti tam, kad būtų paskirtas teisėjas. Tuo tarpu šiandien netinkamai sakome, kad kondikcija – tai asmeninis (prievolinis) ieškinys, kuriuo reikalaujame, KAD KAS NORS MUMS BŪTŲ PERDUOTA, nes dabar tokiose byloje nėra jokio įspėjimo.

19. Šią legisakcinio proceso atmainą įvedė *lex Silia* ir *Calpurnia*; *lex Silia* numatė ją esant taikytiną reikalaujant apibrėžtos pinigų sumos, o *lex Calpurnia* – bet kurių konkrečiai apibrėžtų daiktų.

20. Priežastys, nulėmusios tokios proceso formos poreikį, žinant, kad to, kas mums privalėjo būti duota, galima buvo reikalauti paskiriant užstatą arba prašant paskirti teisėją, lieka didelių ginčų objektas.

21. Per manus iniectionem aeque <*de*> his rebus agebatur, de quibus ut ita ageretur lege *aliqua* cautum est, veluti iudicati lege XII tabularum. Quae actio talis erat. Qui agebat, sic dicebat: QUOD TU MIHI IUDICATUS sive DAMNATUS ES SESTERTIUM X MILIUM, QUANDOC NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIUM X MILIUM IUDICATI MANUM INICIO, et simul aliquam partem corporis eius *prehendebat*. Nec licebat iudicato manum sibi depellere et pro se lege agere; sed vindicem dabat, qui pro se causam agere solebat: qui vindicem non dabat, *domum* ducebatur ab actore et vinciebatur.

22. Postea quaedam leges ex aliis quibusdam causis pro iudicato manus iniectionem in quosdam dederunt: sicut lex Publilia in eum, pro quo sponsor dependisset, si in sex mensibus proximis, quam pro eo depensum esset, non solvisset sponsori pecuniam; item lex Furia de sponsu adversus eum, qui a sponsore plus quam virilem partem exegisset; et denique complures aliae leges in multis causis talem actionem dederunt.

21. Bylinėjimasis uždedant ranką buvo numatytas taip pat ir tose bylose, kuriose įstatymas nurodydavo bylinėtis būtent šitokia forma. Pavyzdžiui, pagal XII lentelių įstatymus – reikalaujant įvykdyti teismo sprendimą. Šis procesas atrodė taip. Tas, kuris keldavo bylą, sakydavo šitaip: KADANGI IŠ TAVĘS MANO NAUDAI BUVO PRITEISTA arba BUVO PRITEISTA SUMOKĖTI 10 000 SESTERCIJŲ IR KADANGI TU NESUMOKĖJAI, DĖL ŠIOS PRIEŽASTIES IR REMDAMASIS TUO, KAD TEISMO SPRENDIMU IŠ TAVĘS BUVO PRITEISTA 10 000, UŽDEDU ANT TAVĘS RANKĄ ir iš karto ranka paliesdavo kurią nors jo kūno vietą. Tas, iš kurio buvo priteista teismo sprendimu, neturėjo galimybės numesti ranką ir remdamasis šiuo įstatymu bylinėtis pats, o paskirdavo vindeksą, kuris paprastai vesdavo bylą savo vardu. Tą, kuris nepaskirdavo vindekso, ieškovas nusivesdavo į savo namus ir supančiodavo retežiais.

22. Vėliau kai kurie įstatymai numatė galimybę uždėti ranką ant to, iš kurio buvo priteista kai kuriems kitiems asmenims ir kitais pagrindais. Pavyzdžiui, *lex Publilia* leido tai padaryti asmens, už kurį skolą sumokėjo laiduotojas (*sponsor*), atžvilgiu, jeigu per artimiausius šešis mėnesius nuo sumokėjimo dienos pinigai laiduotojui nebuvo grąžinti; taip pat *lex Furia*, reglamentavęs laidavimą, leido uždėti ranką ant kreditoriaus, išreikalavusio iš laiduotojo daugiau negu jis privalėjo sumokėti. Galiausiai kiti gausūs įstatymai numatė tokią galimybę daugelyje kitų bylų.

23. Sed aliae leges *ex quibusdam causis* constituerunt quasdam actiones *per* manus iniectionem, sed puram, id est non pro iudicato: veluti *lex <Furia>* testamentaria adversus eum, qui legatorum nomine mortisve causa plus M assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei plus capere liceret; item lex Marcia adversus faeneratores, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur.

24. Ex quibus legibus, et si quae aliae similes essent, cum agebatur, <*reo licebat*> manum sibi depellere et pro se lege agere. Nam et actor in ipsa legis actione non adiciebat hoc verbum PRO IUDICATO, sed nominata causa ex qua agebat ita dicebat: OB EAM REM EGO TIBI MANUM INICIO; cum hi, quibus pro iudicato actio data erat, nominata causa ex qua agebant ita inferebant: OB EAM REM EGO TIBI PRO IUDICATO MANUM INICIO. Nec me praeterit in forma legis Furiae testamentariae PRO IUDICATO verbum inseri, cum in ipsa lege non sit; quod videtur nulla ratione factum.

23. Tačiau kiti įstatymai dėl kažkokių priežasčių atskirais atvejais numatė besąlyginį (t. y. be vindekso tarpininkavimo) rankos uždėjimo procesą, kitaip tariant, ne taip, kaip asmens, iš kurio priteista teismo sprendimu, atžvilgiu. Pavyzdžiui, *lex Furia*, reglamentavęs testamentinį paveldėjimą, to asmens, kuriam legato arba dovanojimo pagrindu atiteko daugiau nei 1000 asų, nors jis ir nepriklausė asmenims, kuriuos įstatymas išskyrė, kaip galinčius gauti daugiau; taip pat *lex Marcia* – lupikautojų atžvilgiu, jei šie išsireikalavo palūkanas, kad uždedant ranką būtų galima reikalauti jų grąžinimo.

24. Tais atvejais, kai buvo bylinėjamasi šių ir (jeigu tokių būta), jiems giminingų įstatymų pagrindu, atsakovas galėdavęs numesti ranką ir pats savo vardu bylinėtis legisakciniame procese. Kadangi pačiame įstatymu pagrįstame procese ieškovas nepridurdavo tokių žodžių: KAIP PRIEŠ TĄ, IŠ KURIO PRITEISTA TEISMO SPRENDIMU, tačiau teisiškai kvalifikavus ginčą (bylą), kurioje dalyvavo, tardavo šitaip: TODĖL AŠ DEDU ANT TAVĘS RANKĄ, tuo tarpu tie, kuriems buvo suteikiamas ieškinys tarytum prieš tą, iš kurio buvo priteista teismo sprendimu, teisiškai kvalifikavus ginčą, dėl kurio iškelta byla, įterpdavo štai ką: DĖL ŠIOS PRIEŽASTIES AŠ DEDU ANT TAVĘS RANKĄ KAIP ANT TO, KURIO ATŽVILGIU PRIIMTAS TEISMO SPRENDIMAS. Pro mano akis nepraslysta ir tai, kad formulėje, kylančioje iš *lex Furia*, reglamentavusio testamentinį paveldėjimą, yra priduriami žodžiai: KAIP ANT TO, KURIO ATŽVILGIU PRIIMTAS TEISMO SPRENDIMAS, nors tame įstatyme apie jį visai neužsimenama. Atrodo, kad tai padaryta visiškai nepagrįstai.

25. Sed postea lege Vallia, excepto iudicato et eo pro quo depensum est, ceteris omnibus, cum quibus per manus iniectionem agebatur, permissum est sibi manum depellere et pro se agere. Itaque iudicatus et is pro quo depensum est etiam post hanc legem vindicem dare debebant, et nisi darent, domum ducebantur. *Idque,* quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita observabantur; unde nostris temporibus is, cum quo iudicati depensive agitur, iudicatum solvi satisdare cogitur.

26. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, <*de quibusdam rebus*> lege.

27. Introducta est moribus rei militaris. Nam [et] propter stipendium licebat militi ab eo, qui *aes tribuebat*, nisi daret, pignus capere; dicebatur autem ea pecunia, quae stipendii nomine dabatur, aes militare. Item propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua *equus* emendus erat; quae pecunia dicebatur aes equestre. Item propter eam pecuniam, ex qua hordeum equis erat comparandum: quae pecunia dicebatur aes hordiarium.

25. Kita vertus, vėliau, išskyrus tą, kurio atžvilgiu priimtas teismo sprendimas ir tą, už kurį sumokėta skola, visiems likusiems, su kuriais bylinėtasi uždedant ranką, *lex Vallia* suteikė galimybę numesti ranką ir pradėti procesą siekiant apginti savo interesus. Taigi, tas, kurio atžvilgiu priimtas teismo sprendimas, bei tas, už kurį buvo sumokėta skola, turėdavo paskirti vindeksą net ir įsigaliojus tam įstatymui, o jeigu to nepadarydavo, būdavo nuvedami į ieškovo namus. Tol, kol naudotasi legisakciniu procesu, to visuomet laikytasi. Todėl taip pat ir mūsų dienomis tas, su kuriuo bylinėjamasi dėl teismo sprendimo įvykdymo arba už kurį sumokėjus skolą jam pareiškiamas regresinis reikalavimas, yra įpareigojamas pateikti užtikrinimą, kad įvykdys sprendimą.

26. *Per pignoris capionem* (paimant įkaitą) legisakcinis procesas kai kuriose bylose vykdavo paprotinės teisės, o kai kuriose – įstatymo pagrindu.

27. Remiantis papročiu, toks procesas nustatytas ginčuose, susijusiuose su karių pretenzijomis. Karys, reikalaujantis atlyginimo už tarnybą, galėjo paimti įkaitą iš to, kuris privalėjo sumokėti pinigus, jeigu jų neišmokėjo. Tie pinigai, kurie buvo mokami kaip užmokestis už karo tarnybą, vadinti (*aes militare*) kareiviškais. Taip pat buvo leidžiama imti įkaitą reikalaujant tokių pinigų, už kuriuos turėjo būti nupirktas žirgas. Tie pinigai buvo vadinami (*aes equestre*) raitelio pinigais. Taip pat ir reikalaujant pinigų, už kuriuos turėjo būti įsigyti miežiai (pašaras) arkliams; tie pinigai vadinti pašaro pinigais (*aes hordiarium*).

28. Lege autem introducta est pignoris capio veluti lege XII tabularum adversus eum, qui hostiam emisset nec pretium redderet; item adversus eum, qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in *dapem,* id est in sacrificium, inpenderet. Item lege censoria data est pignoris capio publicanis vectigalium publicorum populi Romani adversus eos, qui aliqua lege vectigalia deberent.

29. Ex omnibus autem istis causis certis verbis pignus capiebatur, et ob id plerisque placebat hanc quoque actionem legis actionem esse: quibusdam autem placebat *<legis actionem non esse>,* primum quod pignoris capio extra ius peragebatur, id est non apud praetorem, plerumque etiam absente adversario, cum alioquin ceteris actionibus non aliter uti *<quis>* posset, quam apud praetorem praesente adversario; praeterea quod nefasto quoque die, id est quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.

30. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt: namque ex nimia subtilitate veterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset *litem* perderet. Itaque per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta verba, id est per formulas, litigaremus.

28. Įkaito paėmimas buvo numatytas įstatymuose, pavyzdžiui, XII lentelių įstatymai nustatė, kad paimant įkaitą gali būti bylinėjamasi su tuo, kuris nupirko aukojimui skirtą daiktą ir nesumokėjo jo kainos; panašiai ir su tuo, kas nesumokėjo atlyginimo už nešulinį gyvulį, išnuomotą tam, kad iš nuomos gauti pinigai būtų išleisti rengiant sakralinį pokylį, kitaip tariant, aukai. Taip pat ir cenzorių sudaromoje sutartyje publikanams (t. y. asmenims turėjusiems Romoje išimtinę teisę už tam tikrą atlyginimą rinkti valstybinius mokesčius) buvo pripažįstama teisė paimti įkaitą iš tų, kurie pagal kokį nors įstatymą privalėdavę mokėti mokestį.

29. Visais tais atvejais įkaitas buvo paimamas tariant griežtai nustatytus žodžius ir todėl daugelis buvo įsitikinę, kad tokia teisena taip pat priskirtina legisakciniam procesui. Tuo tarpu kai kurie laikėsi nuomonės, jog tai nėra legisakcinis procesas. Visų pirma, dėl tos priežasties, kad įkaitas buvo paimamas ne magistrato būstinėje, kitaip tariant, nedalyvaujant pretoriui, o paprastai – ir nedalyvaujant priešingai ginčo šaliai, kai tuo tarpu kitomis legisakcinio proceso formomis buvo galima pasinaudoti tik dalyvaujant priešininkui; antra, dėl tos priežasties, kad įkaitas galėjo būti paimamas ir vadinamąją „neleistiną" dieną, o tai reiškia tokią, kurią nebuvo galima bylinėtis legisakcinio proceso tvarka.

30. Tačiau ilgainiui visais tais legisakciniais procesais imta bodėtis, kadangi dėl perdėto teisininkų, kurie tuomet klojo teisės pamatus, smulkmeniškumo prieita iki to, kad jei kas nors padarydavęs kad ir mažiausią klaidą, bylą pralaimėdavęs. Todėl *lex Aebutia* ir du Julijaus įstatymai (*duae leges Iuliae*) panaikino legisakcinį procesą ir tai nulėmė, kad bylinėjamės naudodamiesi išdėstytais žodžiais, kitaip tariant – pasitelkdami formules.

31. Tantum ex duabus causis permissum est [id legis actionem facere] lege agere: damni infecti, et si centumvirale iudicium futurum *est*. Sane quidem cum ad centumviros itur, ante lege agitur sacramento apud praetorem urbanum vel peregrinum [praetorem]. Damni vero infecti nemo vult lege agere, sed potius stipulatione, quae in edicto proposita est, obligat adversarium suum, *idque* et commodius ius et plenius est.

31a. Per pignoris *capionem* ....

(23 fere versus desiderantur)

....
apparet.

32. *Item* in ea forma, quae publicano proponitur, talis fictio est, ut quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is a quo captum erat, luere deberet, tantam pecuniam condemnetur.

33. Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur. Sive enim pecuniam sive rem aliquam certam debitam nobis petamus, eam ipsam DARI NOBIS OPORTERE intendimus; nec ullam adiungimus condictionis fictionem. Itaque simul intellegimus eas formulas, quibus pecuniam aut rem aliquam DARI NOBIS OPORTERE intendimus, sua vi ac potestate valere. Eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

31. Bylinėtis legisakcinio proceso tvarka leidžiama tik dėl dviejų priežasčių: esant žalos atsiradimo grėsmei ir tuomet, kai byla turi būti nagrinėjama centumviraliniame (šimto narių) teisme. Akivaizdu, jog prieš bylos nagrinėjimą centumviraliniame teisme, pirmiausia, miesto arba peregrinų pretoriaus akivaizdoje paskiriamas užstatas (tai viena iš legisakcinio proceso formų). Esant žalos atsiradimo grėsmei, niekas nenori bylinėtis legisakcinio proceso tvarka, o verčiau sudarydamas stipuliaciją, numatytą edikte, susaisto priešininką prievole (t. y. sumokėti tam tikrą pinigų sumą, jei būtų padaryta žala), o toji teisė yra naudingesnė ir platesnės apimties.

31a. *Per pignoris capionem (*paimant įkaitą) (...23 eilutės...) paaiškėja.

32. Analogiškai ta pačia tvarka, kuri buvo taikoma publikanams, naudojamasi fikcija, jog jo naudai priteisiama tokia suma, už kurią prieš tai, jeigu būtų buvęs paimtas įkaitas, tas, iš kurio jis paimtas, būtų privalėjęs įkaitą išpirkti.

33. Tuo tarpu jokia fikcija paremta formulė nėra sudaroma kondikcijos atveju. Nes jeigu reikalaujame ar kokios nors konkrečios pinigų sumos, ar tam tikro daikto, tvirtiname, jog jie patys PRIVALO BŪTI MUMS PERDUOTI, o prie kondikcijos jokios fikcijos nepriduriame. Tuo pačiu tampa aišku, jog tos formulės, kuriose tvirtiname, jog mums privalo būti perduoti pinigai arba koks nors daiktas, savaime galioja ir sukelia teisines pasekmes. Tokios pačios prigimties yra ieškiniai, kylantys iš panaudos, fiducijos, svetimų reikalų tvarkymo be pavedimo ir daugybė kitų.

34. Habemus adhuc alterius generis fictiones in quibusdam formulis, veluti cum is, qui ex edicto bonorum possessionem petiit, ficto se herede agit. Cum enim praetorio iure *is,* non legitimo succedat in locum defuncti, non habet directas actiones, et neque id, quod defuncti fuit, potest intendere suum *esse, neque id, quod ei* debebatur, potest intendere <dari> sibi oportere; itaque ficto se herede intendit veluti hoc modo: IUDEX ESTO. SI A. AGERIUS (id est si ipse actor) L. *TITIO* HERES ESSET, *TUM SI EUM* FUNDUM, DE QUO AGITUR, EX IURE QUIRITIUM EIUS ESSE OPORTERET; *et si qua debeatur pecunia,* praeposita simili fictione *heredis,* ita subicitur: TUM SI PERERET N. NEGIDIUM A. <AGERIO> SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE.

35. Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit; sed interdum et alio modo agere solet. Nam ex persona eius cuius bona emerit sumpta intentione convertit condemnationem in suam personam, id est ut, quod illius esset vel illi dari oporteret, eo nomine adversarius huic condemnetur; quae species actionis appellatur Rutiliana, quia a praetore Publio Rutilio, qui et bonorum venditionem introduxisse dicitur, comparata *est.* Superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor *agit,* Serviana vocatur.

34. Kai kuriose formulėse susiduriame su dar kitokia fikcijos rūšimi, pavyzdžiui, kai tas, kuris, edikto pagrindu reikšdamas reikalavimą dėl faktinio palikimo valdymo, bylinėjasi naudodamasis fikcija, jog yra įpėdinis. Kadangi jis yra pretorinis įpėdinis, o ne pagal *ius civile* įstoja į mirusiojo vietą, jam nepriklauso tiesioginiai ieškiniai ir jis neturi teisės tvirtinti, jog tai, kas priklausė mirusiajam, yra jo, nei reikalauti, kad tai, ko reikalauti anas turėjo teisę, būtų duota jam. Todėl reikalavimas reiškiamas su fikcija, pavyzdžiui, šitaip: BŪK TEISĖJAS. JEIGU A. AGERIJUS (kitaip tariant, jeigu pats ieškovas) BŪTŲ L. TITO ĮPĖDINIS IR JEIGU TUOMET ŽEMĖS SKLYPAS, DĖL KURIO VYKSTA GINČAS, PRIKLAUSYTŲ JAM PAGAL KVIRITŲ TEISĘ; o jeigu priklausytų kokie nors pinigai, tai numačius panašią fikciją, pridūriama: JEIGU TUOMET N. NEGIDIJUS PRIVALĖTŲ SUMOKĖTI A. AGERIJUI 10 000 SESTERCIJŲ.

35. Panašiai asmuo, varžytinėse įsigijęs nemokaus skolininko turtą, bylinėjasi pasitelkiant fikciją, jog jis yra įpėdinis. Kita vertus, kai kuriais atvejais įprasta elgtis kitaip. Reiškiant reikalavimą (intenciją), kaip priklausantį tam, kurio turtas buvo nupirktas iš varžytinių, priteisimas (kondemnacija) yra nukreipiama į savo paties asmenį, taigi, kad tai, kas buvo ano arba jam priklausė, iš priešininko būtų priteista laimėjusiajam varžytines ir įsigijusiam išvaržytojo turtą. Šis ieškinys yra vadinamas Rutilijaus ieškiniu, kadangi jo formulę sudarė pretorius Publijus Rutilijus*, kuris, kaip pasakojama, įvedė ir nemokaus skolininko turto pardavimo iš viešųjų varžytinių tvarką. Ankstesnioji ieškinio, kurį reikšdamas įsigijusysis turtą iš varžytinių bylinėdavosi su fikcija, jog yra įpėdinis, atmaina yra vadinama Servijaus ieškiniu (*actio Serviana*).

---

* Pretorius Publijus Rutilijus Rufas gyveno II–I amžiuje prieš Kristaus gimimą.

36. <*Item usucapio fingitur in ea actione quae Publiciana vocatur*>. Datur autem haec actio ei qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit eamque *amissa* possessione petit. Nam quia non potest eam EX IURE QUIRITIUM SUAM ESSE intendere fingitur rem usucepisse et ita quasi ex iure Quiritium dominus factus esset intendit, veluti hoc modo: IUDEX ESTO. SI QUEM HOMINEM A. AGERIUS EMIT <ET> IS EI TRADITUS EST, ANNO POSSEDISSET, TUM SI EUM HOMINEM, DE QUO AGITUR, EIUS EX IURE QUIRITIUM ESSE OPORTERET et reliqua.

37. Item civitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si modo iustum sit eam actionem etiam ad peregrinum extendi, veluti si *furti* agat peregrinus aut cum eo *agatur,* formula ita concipitur: IUDEX ESTO. SI PARET <L. TITIO A DIONE HERMAEI FILIO OPEVE> CONSILIO DIONIS HERMAEI FILII FURTUM FACTUM ESSE PATERAE AUREAE, QUAM OB REM EUM, SI CIVIS ROMANUS ESSET, PRO FURE DAMNUM DECIDERE OPORTERET et reliqua. Item si peregrinus furti agat, civitas ei Romana fingitur. Similiter si ex lege Aquilia peregrinus damni iniuriae agat aut cum eo agatur, ficta civitate Romana iudicium datur.

36. Nuosavybės įgijimo pagal senatį fikcija yra taikoma tame ieškinyje, kuris vadinamas Publicijaus. Šis ieškinys suteikiamas tam, kuris dar neįgijo daikto nuosavybės pagal senatį remdamasis teisėtu valdymo įgijimo pagrindu, tačiau praradęs faktinį daikto valdymą, reikalauja daiktą grąžinti. Kadangi jis negali teigti, kad daiktas yra jo kviritinė nuosavybė, pasitelkiama fikcija, jog daiktą jis įgijo nuosavybėn pagal senatį ir tokiu būdu ieškinys reiškiamas laikant, jog jis tapo kviritiniu daikto savininku ir tai daroma, pavyzdžiui, šitaip: BŪK TEISĖJAS. JEIGU TĄ VERGĄ, KURĮ A. AGERIJUS NUPIRKO IR KURIS JAM BUVO PERDUOTAS, JIS BŪTŲ IŠVALDĘS VIENERIUS METUS IR JEIGU TUOMET BŪTŲ PRIPAŽINTINA, KAD VERGAS, DĖL KURIO VYKSTA GINČAS, PRIKLAUSO JAM PAGAL KVIRITŲ TEISĘ ir t. t.

37. Panašiai yra taikoma fikcija, jog peregrinas yra Romos pilietis, kai jis bylinėdavosi arba su juo būdavo bylinėjamasi dėl tokios teisės, kurios gynybai mūsų įstatymai teikė ieškinį, jeigu tik teisinga, kad teisė pareikšti tokį ieškinį būtų suteikta ir peregrinui, pavyzdžiui, jeigu peregrinas bylinėdavosi arba su juo būdavo bylinėjamasi dėl įvykdytos vagystės. Jeigu būdavo bylinėjamasi su peregrinu, formulė būdavo sudaroma šitaip: BŪK TEISĖJAS. JEIGU BUS ĮRODYTA, KAD DIONAS, HERMIO SŪNUS, IŠ L. TITO PAVOGĖ, ARBA PADĖJO, ARBA SUKURSTĖ PAVOGTI AUKSINĮ KIELIKĄ (TAURĘ) IR DĖL ŠIOS PRIEŽASTIES, JEI TIK BŪTŲ ROMOS PILIETIS, PRIVALĖTŲ ATLYGINTI ĮVYKDŽIUS VAGYSTĘ PADARYTĄ ŽALĄ ir t. t. Taip pat jei peregrinas bylinėdavosi dėl įvykdytos jo turto vagystės, taikyta fikcija, kad jis esantis Romos pilietis. Panašiai ir tuo atveju, jei *lex Aquilia* pagrindu peregrinas pradėdavo arba jo atžvilgiu būdavo pradedamas procesas dėl neteisėtais veiksmais turtui padarytos žalos atlyginimo, suteikiamas ieškinys, kuriame taikoma Romos pilietybės fikcija.

38. Praeterea aliquando fingimus *adversarium* nostrum capite deminutum non esse. Nam si ex contractu nobis obligatus obligatave sit et capite deminutus deminutave fuerit, veluti mulier per coemptionem, masculus per adrogationem, desinit iure civili debere nobis, nec directo intendi potest sibi dare eum eamve oportere; sed ne in potestate eius sit ius nostrum corrumpere, introducta est [actio] contra eum eamve actio utilis rescissa capitis deminutione, id est in qua fingitur capite deminutus deminutave non esse.

39. Partes autem formularum hae sunt: demonstratio intentio adiudicatio condemnatio.

40. Demonstratio est ea pars fomulae quae *principio* ideo inseritur, ut demonstretur res de qua agitur, veluti haec pars formulae: QUOD A. AGERIUS N. NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT; item haec: QUOD A. AGERIUS <APUD> N. NEGIDIUM HOMINEM DEPOSUIT.

41. Intentio est ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit, veluti haec pars formulae: SI PARET N. NEGIDIUM A. AGERIO SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE; item haec: QUIDQUID PARET N. NEGIDIUM A. AGERIO DARE FACERE <OPORTERE>; item haec: SI PARET HOMINEM EX IURE QUIRITIUM A. AGERII ESSE.

38. Be to, kai kada yra taikoma fikcija, jog priešingos šalies teisinis subjektiškumas nėra susiaurėjęs. Nes jeigu koks nors vyras ar moteris mūsų atžvilgiu bus saistomas (-a) sutarties pagrindu atsiradusios prievolės ir jį (ją) ištiktų teisinio subjektiškumo susiaurėjimas, pavyzdžiui, moterį dėl koempcijos (vienas iš žmonos pasidavimo vyro valdžiai būdų), vyrą – dėl arogacijos (savarankiško (savos teisės) asmens įvaikinimo), nustoja buvęs mūsų skolininkas pagal *ius civile* ir negalima jam arba jai reiškiant ieškinį tiesiogiai tvirtinti, jog privalo kažką įvykdyti mūsų naudai. Tačiau tam, kad mums priklausanti reikalavimo teisė nebūtų paneigta, jo ar jos atžvilgiu yra suteikiamas ieškinys pagal analogiją, kuriame apie teisinio subjektiškumo susiaurėjimą neužsimenama, kitaip tariant, jame taikoma fikcija, jog jo arba jos teisinis subjektiškumas nėra susiaurėjęs.

39. Formulės sudedamosios dalys yra šios: demonstracija, intencija (reikalavimas), adjudikacija (priteisimas natūra kuriai nors vienai iš ginčo šalių), kondemnacija (priteisimas).

40. Demonstracija yra ta formulės dalis, kuri esti pradžioje tam, kad būtų apibūdintas ginčo dalykas; pavyzdžiui, tokia formulės dalis: KADANGI A. AGERIJUS PARDAVĖ VERGĄ N. NEGIDIJUI; o taip pat tokia: KADANGI A. AGERIJUS PALIKO VERGĄ N. NEGIDIJUI PASAUGOTI.

41. Intencija (reikalavimas) yra toji formulės dalis, kurioje išdėstomas ieškovo reikalavimas, pavyzdžiui, tokia formulės dalis: JEIGU BUS ĮRODYTA, KAD N. NEGIDIJUS PRIVALO SUMOKĖTI A. AGERIJUI 10 000 SESTERCIJŲ; taip pat ir tokia: VISA, KĄ PAAIŠKĖS N. NEGIDIJŲ PRIVALANT PERDUOTI ARBA ĮVYKDYTI A. AGERIJAUS NAUDAI; taip pat tokia: JEIGU BUS ĮRODYTA, KAD VERGAS PRIKLAUSO A. AGERIJUI PAGAL KVIRITŲ TEISĘ.

42. Adiudicatio est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare: veluti si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo, aut inter vicinos finium regundorum. Nam illic ita est: QUANTUM ADIUDICARI OPORTET, IUDEX TITIO ADIUDICATO.

43. Condemnatio est ea pars formulae, qua iudici condemnandi absolvendive potestas *permittitur,* veluti haec pars formulae: IUDEX N. NEGIDIUM A. AGERIO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE; item haec: IUDEX N. NEGIDIUM A. AGERIO DUMTAXAT <X MILIA> CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVITO; item haec: IUDEX N. NEGIDIUM A. AGERIO CONDEMNATO et reliqua, ut non adiciatur DUMTAXAT X MILIA.

44. Non tamen istae omnes partes simul inveniuntur, sed quaedam inveniuntur, quaedam non inveniuntur. Certe intentio aliquando sola invenitur, sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est qua quaeritur, an quis libertus sit, vel quanta dos sit, et aliae complures. Demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio numquam solae inveniuntur: nihil enim omnino <*demonstratio*> sine intentione vel condemnatione valet; item condemnatio sine demonstratione vel intentione, vel *adiudicatio* <*sine demonstratione*> <*vel intentione*> nullas vires habet, <*et*> ob id numquam solae inveniuntur.

42. Adjudikacija – tai toji formulės dalis, kurioje teisėjui leidžiama priteisti daiktą kuriai nors iš ginčo šalių, pavyzdžiui, jeigu bus nagrinėjama byla tarp bendraįpėdinių dėl palikimo padalijimo arba tarp bendrasavininkių dėl atidalijimo iš bendrosios nuosavybės (bendrosios nuosavybės padalijimo), arba tarp kaimynų dėl sklypų ribų nustatymo. Kadangi yra sakoma taip: KIEK PRIKLAUSO PRITEISTI, PRITEISK, TEISĖJAU, TITUI.

43. Kondemnacija – tai toji formulės dalis, kurioje teisėjui suteikiama galia priteisti arba atleisti nuo atsakomybės (ieškinį atmesti), pavyzdžiui, tokia formulės dalis: TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI 10 000 SESTERCIJŲ. JEIGU NEBUS ĮRODYTA, NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK (IEŠKINĮ ATMESK); panašiai ir tokia dalis: TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI NE DAUGIAU KAIP 10 000, O JEIGU NEBUS ĮRODYTA, NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK; taip pat ir tokia: TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI ir t. t., nepridurіant žodžių: NE DAUGIAU NEI 10 000 SESTERCIJŲ.

44. Ne visuomet esti visos šios dalys, tačiau vienos būna, o kitų – nėra. Žinoma, kai kada esama vien tik intencijos (reikalavimo), pavyzdžiui, prejudiciniuose ieškiniuose, kitaip tariant, tokiuose, kuriais siekiama konstatavimo (patvirtinimo), jog kas nors yra libertinas, arba nustatymo, kokio dydžio yra kraitis ir daugelyje kitų. Demonstracija ir adjudikacija bei kondemnacija niekuomet nebūna pačios vienos. Mat faktinių bylos aplinkybių išdėstymas (demonstracija), be reikalavimo (intencijos) ir priteisimo (kondemnacijos), neturi jokios prasmės. Taip pat ir adjudikacija, be reikalavimo (intencijos) arba priteisimas (kondemnacija), be faktinių bylos aplinkybių išdėstymo (demonstracijos), nesukelia jokių teisinių pasekmių, todėl skyriumi jos niekada nepasitaiko.

45. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas vocamus, quales sunt, quibus intendimus NOSTRUM ESSE ALIQUID EX IURE QUIRITIUM aut NOBIS DARI OPORTERE aut PRO FURE DAMNUM <DECIDI OPORTERE: *sunt et aliae, in*> quibus iuris civilis intentio est.

46. Ceteras vero in factum conceptas vocamus id est in quibus nulla talis *intentio* concepta est, <*sed*> initio formulae nominato eo, quod factum est, adiciuntur ea verba, per quae iudici damnandi absolvendive potestas datur: qualis est formula, qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum praetoris in ius vocavit; nam in ea ita est: RECUPERATORES SUNTO. SI PARET ILLUM PATRONUM AB ILLO [patrono] LIBERTO CONTRA EDICTUM ILLIUS PRAETORIS IN IUS VOCATUM ESSE, RECUPERATORES ILLUM LIBERTUM ILLI PATRONO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNATE: SI NON PARET, ABSOLVITE. Ceterae quoque formulae, quae sub titulo DE IN IUS VOCANDO propositae sunt, in factum conceptae sunt, veluti adversus eum, qui in ius vocatus neque venerit neque vindicem dederit; item contra eum, qui vi exemerit eum qui in ius vocatur; et denique innumerabiles eius modi aliae formulae in albo proponuntur.

45. Todėl tos formulės, kuriose kalba eina apie teisę, vadinamos *in ius conceptas* (pagrįstomis teise), o tokios yra tos, kuriomis reikalaujame ko nors, KAS MUMS PRIKLAUSO PAGAL KVIRITŲ TEISĘ, ARBA KAS TURI BŪTI ĮVYKDYTA MŪSŲ NAUDAI arba, kad VAGIS PRIVALO ATLYGINTI PADARYTĄ ŽALĄ. Esama ir kitų, kuriose reikalavimas yra pagrįstas *ius civile*.

46. Apie likusias formules sakome, jog jos yra pagrįstos faktu, o būtent apie tas, kuriose nėra tokio reikalavimo (intencijos), tačiau formulės pradžioje, aptarus tai, kas atsitiko (faktinę bylos sudėtį), priduriami žodžiai, dėka kurių teisėjui suteikiama galia priteisti arba atleisti nuo atsakomybės. Tokia yra formulė, kuria naudojasi patronas prieš libertiną, nesilaikantį pretoriaus edikto ir pareiškusį patronui ieškinį, nes joje sakoma: BŪKITE REKUPERATORIAI (t. y. teisėjai, kolegialiai nagrinėjantys bylą). JEIGU BUS NUSTATYTA, JOG NESILAIKANT TOKIO IR TOKIO PRETORIAUS EDIKTO, TOKS IR TOKS PATRONAS BUVO SAVO LIBERTINO PATRAUKTAS ATSAKOVU, PRITEISKITE, REKUPERATORIAI, IŠ TO LIBERTINO TAM PATRONUI 10 000 SESTERCIJŲ; JEI TAI NEPASITVIRTINS, NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISKITE. Panašiai ir kitos formulės, kurios paskelbtos pavadinimu: DĖL PATRAUKIMO ATSAKOVU, yra pagrįstos faktu, pavyzdžiui, formulė, suteikiama prieš tą, kuris šaukiamas į teismą, neatvyko ir neatsiuntė vindekso; taip pat prieš tą, kuris jėga sulaikė šaukiamąjį į teismą, galiausiai daugybė kitų šios rūšies formulių, paskelbtų pretoriaus edikte.

47. Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum conceptas formulas proponit, veluti depositi et commodati. Illa enim formula, quae ita concepta est: IUDEX ESTO. QUOD A. AGERIUS APUD N. NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUIT QUA DE RE AGITUR, QUIDQUID OB EAM REM N. NEGIDIUM A. AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA, EIUS IUDEX N. NEGIDIUM A. AGERIO CONDEMNATO. SI NON PARET, ABSOLVITO, in ius concepta est. At illa formula, quae ita concepta est: IUDEX ESTO. SI PARET A. AGERIUM APUD N. NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUISSE EAMQUE DOLO MALO N. NEGIDII A. AGERIO REDDITAM NON ESSE, QUANTI EA RES ERIT, TANTAM PECUNIAM IUDEX N. NEGIDIUM A. AGERIO CONDEMNATO: SI NON PARET, ABSOLVITO, in factum concepta est. Similes etiam commodati formulae sunt.

48. Omnium autem formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta est. Itaque et si corpus aliquod petamus, veluti fundum hominem vestem <*aurum*> *argentum,* iudex non ipsam rem condemnat eum, cum quo actum est, sicut olim fieri solebat, <*sed*> aestimata re pecuniam eum condemnat.

49. Condemnatio autem vel certae pecuniae in formula proponitur vel incertae.

47. Kai kuriais atvejais pretorius skelbia ir pagrįstas *ius civile*, ir faktu paremtas formules, kaip esti, pavyzdžiui, pasaugos ir panaudos teisinių santykių atveju. Šitaip sudaryta formulė yra pagrįsta *ius civile*: BŪK TEISĖJAS. KADANGI A. AGERIJUS DEPONAVO N. NEGIDIJUI SAUGOJIMUI SIDABRINĮ STALĄ, DĖL KO IR VYKSTA GINČAS, VISA, KĄ ŠIUO PAGRINDU REMIANTIS GERA VALIA N. NEGIDIJUS PRIVALO PERDUOTI ARBA ĮVYKDYTI A. AGERIJAUS NAUDAI, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI. JEIGU NEPASITVIRTINS, NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK. Tuo tarpu faktu pagrįsta formulė yra sudaroma tokiu būdu: BŪK TEISĖJAS. JEIGU BUS NUSTATYTA, KAD A. AGERIJUS PERDAVĖ N. NEGIDIJUI PASAUGOTI SIDABRINĮ STALĄ IR ŠIO N. NEGIDIJUS TYČIA A. AGERIJUI NEGRĄŽINO, TIEK, KIEK TAS DAIKTAS BUS VERTAS, PRITEISK, TEISĖJAU, IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI. JEIGU NEBUS ĮRODYTA, NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK. Panašios yra ir panaudos atveju taikomos formulės.

48. Visose formulėse, kuriose esama kondemnacijos, ji yra išreiškiama tam tikra pinigų suma, nustatoma atsižvelgiant į ginčo dalyko vertę. Todėl net jei reikalaujame kokio nors daikto, pavyzdžiui, žemės sklypo, vergo, drabužio, aukso, sidabro, teisėjas iš to, kuriam pareikštas ieškinys, paties daikto, kaip buvo įprasta kadaise, nepriteisia, tačiau nustatęs daikto vertę, priteisia iš atsakovo tam tikrą pinigų sumą.

49. Kondemnacijoje gali būti nurodoma (teisėjui) priteisti konkreti (*certa*) pinigų suma arba neapibrėžta (*in certa*) pinigų suma.

50. Certae pecuniae veluti in ea formula, qua certam pecuniam petimus; nam illic ima parte formulae ita est: IUDEX N. NEGIDIUM A. AGERIO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE.

51. Incertae vero condemnatio pecuniae duplicem significationem habet. Est enim una *cum* aliqua praefinitione, quae vulgo dicitur cum taxatione, veluti si incertum aliquid petamus; nam illic ima parte formulae ita est: IUDEX, N. NEGIDIUM A. AGERIO DUMTAXAT SESTERTIUM X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE. Vel incerta *est et* infinita, *veluti* si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, id est si in rem agamus vel ad exhibendum; nam illic ita est: QUANTI EA RES ERIT, TANTAM PECUNIAM, IUDEX, N. NEGIDIUM A. AGERIO CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVITO. Quid *ergo est*? iudex si condemnet, certam pecuniam condemnare debet, etsi certa pecunia in condemnatione posita non sit.

50. Kondemnacija, kurioje nurodyta apibrėžta pinigų suma, būna, pavyzdžiui, formulėje, kuria reikalaujama tam tikros konkrečios pinigų sumos, kadangi jos baigiamojoje dalyje esti nurodoma šitaip: TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI 10 000 SESTERCIJŲ. JEI NEBUS ĮRODYTA, JĮ NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK.

51. Kondemnacija, kuri išreiškiama konkrečia pinigų suma, gali būti formuluojama dvejopai. Kadangi viena jų, vadinamoji „apribota“, yra su iš anksto nustatytu galimu priteisti maksimumu, kas įvardinama kaip *praefinitio*, o paprastai kalbant – *cum taxatione*, pavyzdžiui, kai reikalaujame ko nors neapibrėžto, kadangi tuomet baigiamojoje formulės dalyje nurodoma: DĖL ŠIOS PRIEŽASTIES, TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI NE DAUGIAU KAIP 10 000 SESTERCIJŲ. JEI NEBUS ĮRODYTA, JĮ NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK. Arba yra neapibrėžta ir neribota, pavyzdžiui, kai reikalaujame kokio nors savo daikto iš to, kuris jį faktiškai valdo, kitaip tariant, kai pareiškiame daiktinį ieškinį arba ieškinį, kuriuo reikalaujame, kad atsakovas daiktą pateiktų (pristatytų) į teismą. Tokiais atvejais nurodoma šitaip: KIEK TAS DAIKTAS BUS VERTAS, TOKIĄ PINIGŲ SUMĄ, TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS A. AGERIJAUS NAUDAI. JEI NEBUS ĮRODYTA, JĮ NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK. Tad kaip čia išeina? Jeigu teisėjas nusprendžia tenkinti ieškinį, privalo priteisti tam tikrą konkrečią pinigų sumą, nors kondemnacijoje konkreti pinigų suma ir nebūtų nurodoma.

52. Debet autem iudex attendere, *ut,* cum certae pecuniae condemnatio posita sit, neque maioris neque minoris summa posita condemnet, alioquin litem suam facit. Item si taxatio posita sit, ne pluris condemnet quam taxatum sit; alias enim similiter litem suam facit. Minoris autem damnare ei permissum est. At si etiam ....

(2 fere versus desiderantur)

qui formulam accipit intendere debet nec amplius ... certa condemnatione constringi ....

....

(2 versus desiderantur)

velit.

53. Si quis intentione plus complexus fuerit, *causa cadit,* id est rem perdit, nec a praetore in integrum restituitur exceptis quibusdam casibus, in quibus praetor non patitur ....

....

(2 versus desiderantur)

53a. *Plus autem quattuor* modis petitur: re, tempore, loco, causa. Re, veluti *si quis pro X* milibus quae ei debentur XX milia petierit, *aut* si *is, cuius* ex parte res est, totam eam aut maiore ex parte *suam* esse intenderit.

53b. *Tempore plus petitur, veluti si quis* ante *diem petierit.*

52. Tuo tarpu tais atvejais, kai kondemnacijoje yra nurodyta konkreti pinigų suma, teisėjas privalo paisyti, kad nepriteistų nei daugiau, nei mažiau nei nurodyta, kadangi priešingu atveju, jis „padaro ginčą savu“ (kitaip tariant, kyla deliktinė teisėjo atsakomybė už netinkamą (neteisingą) bylos išsprendimą). Taip pat ir tuomet, kai yra numatytas maksimalus galimos priteisti sumos apribojimas, privalo rūpintis, kad nepriteistų virš nustatytos ribos, kadangi priešingu atveju, taip pat kyla teisėjo atsakomybė už netinkamą (neteisingą) ginčo išsprendimą. Tačiau mažiau priteisti galima. Taigi, todėl taip pat jei (...2 eilutės) tas, kuriam duodama formulė, privalo tvirtinti, kad ne daugiau (...) būti saistomas apibrėžtos kondemnacijos (...2 eilutės...) nori.

53. Jei kas intencijoje nurodė per didelį reikalavimą, byla pralaimima ir pretorius netaikys restitucijos (negrąžins šalių į pirminę padėtį), išskyrus kai kuriuos atskirus atvejus, kuriais pretorius netoleruoja (...2 eilutės...).

53a. Per daug pareikalauti galima keturiais būdais: daikto požiūriu, laiko požiūriu, vietos požiūriu ir reikalavimo pagrindo požiūriu. Daikto požiūriu, pavyzdžiui, jei kas vietoje 10 000, kurie jam priklauso, reikalautų 20 000, arba jei tas, kuriam priklausė daikto dalis, imtų tvirtinti, kad jam priklausantis visas daiktas, arba pareikalautų didesnės daikto dalies.

53b. Laiko požiūriu per dideliu reikalavimu laikoma, pavyzdžiui, kai kas pareiškia reikalavimą prieš sueinant nustatytam terminui.

53c. *Loco plus petitur, veluti si quod certo loco* dari promissum est, id *alio loco sine commemoratione* eius loci petatur, veluti si *quis ita stipulatus fuerit:* EPHESI DARE SPONDES?, *deinde* Romae *pure intendat DARI SIBI OPORTERE* ....

....

(unus versus desideratur)

dare mihi oportere

....

(2 versus desiderantur)

....

petere, id est non adiecto loco.

53d. Causa plus petitur, veluti si quis in intentione tollat electionem debitoris, quam *is* habet obligationis iure: veluti si quis ita stipulatus sit: SESTERTIUM X MILIA AUT HOMINEM STICHUM DARE SPONDES?, deinde alterutrum [eorum] ex his petat; nam quamvis petat quod minus est, plus tamen petere videtur, quia potest adversarius interdum facilius id praestare quod non petitur. Similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat: veluti si quis purpuram stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat; quin etiam licet vilissimam petat, idem iuris est *propter* eam rationem, quam proxime diximus. Idem iuris est, si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, veluti Stichum, quamvis vilissimum. Itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi debet.

53c. Vietos požiūriu reikalavimas laikomas per dideliu, jei to, ką buvo įsipareigota perduoti nustatytoje vietoje, būtų reikalaujama kitoje vietoje neužsimenant apie aną vietą, pavyzdžiui, jei tas, kuris stipuliavo (kitaip tariant, sudarant žodinę – stipuliacijos sutartį jam buvo pažadėta): AR ĮSIPAREIGOJI IŠKILMINGAI PERDUOTI EFEZE?, vėliau visai priešingai imtų tvirtinti, KAD JAM PRIVALO BŪTI PERDUOTA Romoje (...1 eilutė...) privalo man perduoti (...2 eilutės...) reikalauti, kitaip tariant, nenurodant vietos.

53d. Reikalavimo pagrindo požiūriu reikalavimas esti per didelis, pavyzdžiui, jei kas reikšdamas reikalavimą neužsiminė apie skolininkui priklausančią teisę pasirinkti įvykdymo būdą, kylančią iš pačios prievolės, pavyzdžiui, jei tas, kuris stipuliavo: AR IŠKILMINGAI PAŽADI DUOTI 10 000 SESTERCIJŲ ARBA VERGĄ STICHĄ, vėliau imtų reikalauti kurio nors vieno iš šių įvykdymų, kadangi nepaisant to, kad reikalautų to, kas yra mažiau vertinga, laikoma, jog jo reikalavimas yra per didelis, nes kartais priešingai šaliai (skolininkui) lengviau yra įvykdyti tai, ko kreditorius nereikalauja. Lygiai taip pat, jei kas būtų stipuliavęs dėl rūšiniais požymiais apibūdinto daikto perdavimo, o vėliau reikalautų individualiais požymiais apibūdinto daikto, pavyzdžiui, jei kam stipuliacijos būdu būtų buvę pažadėta perduoti purpurą apskritai, o jis vėliau primygtinai imtų reikalauti Tyro purpuro. Ir net jei būtų reikalaujama pačios prasčiausios kokybės, laikomasi tokios pačios teisinės nuostatos, kurią ką tik aptarėme. Ta pati nuostata taikoma, jei kam sudarant stipuliaciją būtų buvę pažadėta perduoti vergą apskritai, o vėliau jis imtų reikalauti perduoti konkretų vergą, nurodydamas jo vardą, pavyzdžiui, Stichą ir net jei šis vergas būtų vertas mažiausiai. Taigi, reikalavimas formulėje privalo būti išdėstomas taip, kaip buvo formuluojama stipuliacija.

54. Illud satis apparet in incertis formulis plus peti non posse, quia, cum certa quantitas non petatur, sed QUIDQUID adversarium DARE FACERE OPORTET intendatur, nemo potest plus intendere. Idem iuris est et si in rem incertae partis actio data sit, veluti talis: QUANTAM PARTEM PARET IN EO FUNDO, QUO DE AGITUR, actoris ESSE; quod genus actionis in paucissimis causis dari solet.

55. Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari eumque ex integro agere posse, quia nihil ante videtur egisse: veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit; aut si quis EX TESTAMENTO DARI sibi OPORTERE intenderit, cui ex stipulatu debebatur; aut si cognitor aut procurator intenderit sibi DARI OPORTERE.

56. Sed plus quidem intendere, sicut supra diximus, periculosum est; minus autem intendere licet, sed de reliquo intra eiusdem praeturam agere non permittitur: nam qui ita agit, per exceptionem excluditur, quae exceptio appellatur litis dividuae.

54. Neapibrėžtų formulių atveju yra pakankamai akivaizdu, kad pareikalauti per daug yra neįmanoma, kadangi jomis nesiekiama tam tikrų konkrečių vertybių, o reikalaujant TO, KAS BUS ĮRODYTA arba ką priešingoji šalis PRIVALO DUOTI ARBA PADARYTI, niekas negali pareikalauti per daug. Ta pati nuostata taikoma ir tuo atveju, kai suteikiamas daiktinis ieškinys į neapibrėžtą daikto dalį, pavyzdžiui, toks: JEI DĖL SKLYPO DALIES, DĖL KURIOS VYKSTA GINČAS, BUS ĮRODYTA, JOG JI PRIKLAUSO ieškovui. Tokios rūšies ieškiniai paprastai suteikiami labai retais atvejais.

55. Taip pat akivaizdu, jog jei kas pareikalautų vieno užuot reikalavęs kito, jam niekas negresia ir neabejotinai gali bylinėtis, kadangi laikoma, jog prieš tai jis nieko nepadarė, pavyzdžiui, jeigu tas, kuriam priklauso teisė reikalauti vergo Sticho, pareikalavo Eroto; arba jei kas pareiškė reikalavimą, jog JAM PRIVALO BŪTI PERDUOTA PAGAL TESTAMENTĄ, o reikalavimo teisė buvo atsiradusi stipuliacijos pagrindu; arba, pavyzdžiui, jeigu kognitorius arba prokuratorius tvirtino, esą tai jam turi būti KAS NORS PERDUOTA.

56. Pareikalauti ko nors per daug, kaip aukščiau nurodėme, yra pavojinga, tuo tarpu pareikalauti mažiau – galima, tačiau neleidžiama kelti bylą dėl likusios (nepareikalautos) dalies to paties pretoriaus kadencijos metu. Kadangi to, kuris iškelia tokią bylą, reikalavimas yra atremiamas pareiškiant vadinamąjį padalinto ginčo (bylos) atsikirtimą (*litis dividuae*).

57. At si in condemnatione plus *positum* sit quam oportet, actoris *quidem* periculum nullum est, sed <*reus, cum*> iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio. Si vero minus positum fuerit quam oportet, hoc solum consequitur <*actor*>, quod posuit: nam tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine, quam iudex egredi non potest. Nec ex ea parte praetor in integrum restituit: facilius enim reis praetor succurrit quam actoribus. Loquimur autem exceptis minoribus XXV annorum; nam huius aetatis hominibus in omnibus rebus lapsis praetor succurrit.

58. Si in demonstratione plus aut minus positum sit, nihil in iudicium deducitur, et ideo res in integro manet; et hoc est quod dicitur falsa demonstratione rem non perimi.

59. Sed sunt qui putant minus recte comprehendi, ut qui forte Stichum et Erotem emerit, recte videatur ita demonstrare: QUOD EGO DE TE HOMINEM EROTEM EMI, et si velit, de Sticho alia formula *iterum* agat, quia verum est eum qui duos emerit singulos quoque emisse; idque ita maxime *Labeoni* visum est. Sed si is, qui unum emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. Idem et in aliis actionibus est, veluti commodati et depositi.

57. Jeigu daugiau nei priklausytų yra įrašoma kondemnacijoje, ieškovui tai nekelia jokios grėsmės, tačiau atsakovui, nors jis ir priėmė neteisingą formulę, taikomas grąžinimas į pirminę padėtį (restitucija) tam, kad būtų sumažinta kondemnacijos apimtis. Tuo tarpu, jeigu yra nurodoma mažesnė suma nei priklauso, ieškovui bus priteista tik tiek, kiek jis nurodė, kadangi nors byla buvo iškelta dėl viso ginčo teisinio santykio objekto, priteisimo galimybė yra ribota ir teisėjui nevalia šios ribos nepaisyti. O dėl likusios dalies pretorius negrąžina į pirminę padėtį (netaiko restitucijos), kadangi yra linkęs labiau palaikyti atsakovų, o ne ieškovų interesus. Tuo tarpu kalba čia neina apie asmenis, kurie nėra sukakę 25 metų amžiaus, kadangi šio amžiaus asmenims, padariusiems klaidą, pretorius visais atvejais teikia pagalbą.

58. Jeigu demonstracijoje nurodoma per daug arba per mažai, laikoma, jog byla neiškelta, todėl ginčas lieka pirminėje padėtyje. O tai yra apie ką sakoma, jog dėl neteisingo faktinių aplinkybių išdėstymo teisė pareikšti ieškinį ir kelti bylą neišnyksta.

59. Kita vertus, yra tokių, kurie mano, jog nurodant mažiau, yra elgiamasi tinkamai, taip pat jei kas, pavyzdžiui, būtų nusipirkęs vergus Stichą ir Erotą, laikoma, kad reikalavimas reiškiamas tinkamai tokiu būdu: KADANGI AŠ IŠ TAVĘS NUSIPIRKAU VERGĄ EROTĄ, ir jeigu norėtų, galėtų atskirai pareikalauti Sticho kita formule, kadangi tiesa yra ta, kad tas, kuris nusipirko du, nusipirko taip pat kurį nors vieną paimtą skyriumi. Toks, visų pirma, buvo Labeono požiūris. Tačiau jei tas, kuris nusipirko vieną, imtų bylinėtis dėl dviejų, tai demonstracija būtų neteisinga (nurodomos neteisingos faktinės aplinkybės). Taip pat esti ir su kitais ieškiniais, pavyzdžiui, kylančiais iš panaudos ir pasaugos sutarčių.

60. Sed nos apud quosdam scriptum invenimus, in actione depositi et denique in ceteris omnibus, ex quibus damnatus unusquisque ignominia notatur, eum, qui plus quam oporteret demonstraverit, litem perdere: veluti si quis una re deposita duas pluresve <*se*> *deposuisse* demonstraverit; aut si is, cui pugno mala percussa est, in actione iniuriarum etiam aliam partem *corporis* percussam sibi demonstraverit. Quod an debeamus credere verius esse, diligentius requiremus. Certe cum duae sint depositi formulae, alia in ius concepta, alia in factum, sicut supra quoque notavimus, et in ea quidem formula, quae in ius concepta est, initio res de qua agitur demonstratorio modo designetur, deinde inferatur iuris intentio his verbis: QUIDQUID OB EAM REM ILLUM ILLI DARE FACERE OPORTET; in ea vero, quae in factum concepta *est, statim* initio intentionis alio modo res de qua agitur designetur his verbis: SI PARET ILLUM APUD <ILLUM REM> ILLAM DEPOSUISSE: dubitare non debemus, quin si quis in formula, quae in factum composita est, plures res designaverit quam deposuerit, litem perdat, quia in intentione plus *posuisse videtur* ....

....

(24 versus legi nequeunt)

....

(24 versus legi nequeunt)

61. Continetur, ut habita ratione eius, quod invicem actorem ex eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum, cum quo actum est, *condemnare.*

60. Kai kuriuos randame nurodžius, jog ieškinių, kylančių iš pasaugos teisinių santykių, o taip pat ir visų tų, kuriuos patenkinus atsakovą ištinka pilietinė negarbė, atvejų tas, kuris demonstracijoje nurodė daugiau nei priklauso, bylą pralaimi; pavyzdžiui, jei tas, kuris perdavė pasaugai vieną daiktą, demonstracijoje nurodo, jog deponavo saugojimui du ar daugiau; arba jeigu tas, kuriam kumščiu buvo smogta į veidą, reikšdamas ieškinį dėl žalos asmeniui (skriaudos), demonstracijoje nurodytų, jog jam buvo smogta dar ir į kurią nors kitą kūno vietą. Nuodugniai ištirsime, ar dera pripažinti tai esant artima tiesai. Kadangi dėl pasaugos esama dviejų ieškininių formulių, kurių viena yra pagrįsta *ius civile*, o kita – faktinėmis aplinkybėmis (*in factum*), kaip anksčiau* esame paminėję, o toje formulėje, kuri pagrįsta *ius civile*, iš pradžių demonstracijoje tinkamai apibūdinamas dalykas, dėl kurio vyksta ginčas, o vėliau intencija (reikalavimas) reiškiama šiais žodžiais: KĄ TIK ŠIUO PAGRINDU ANAS PRIVALO TAM DUOTI ARBA PADARYTI, o tuo tarpu formulėje, pagrįstoje faktinėmis aplinkybėmis, pačioje intencijos (reikalavimo) pradžioje dalykas, dėl kurio vyksta ginčas, apibrėžiamas kitu būdu: JEIGU PAAIŠKĖS (BUS ĮRODYTA), KAD ANAS ATIDAVĖ TAM ANĄ DAIKTĄ PASAUGOTI, tai neturi kilti abejonių, jog tuo atveju, jei kas faktinėmis aplinkybėmis pagrįstoje formulėje nurodytų daugiau daiktų nei buvo deponavęs saugoti, bylą pralaimi, kadangi laikoma, jog intencijoje (reikalavime) nurodė per daug (...48 eilutės...).

61. Yra nurodyta, kad įvertinus tai, ką ieškovas privalo tuo pačiu teisiniu pagrindu įvykdyti atsakovo naudai, iš to, su kuriuo buvo bylinėjamasi, t. y. iš atsakovo, reikia priteisti skirtumą.

---

* IV, 47.

62. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, rei uxoriae.

63. Liberum est tamen iudici nullam omnino invicem compensationis rationem habere: nec enim aperte formulae verbis praecipitur, sed quia id bonae fidei iudicio conveniens videtur, *ideo* officio eius contineri creditur.

64. Alia causa est illius actionis qua argentarius experitur: nam is cogitur cum compensatione agere, et ea compensatio verbis formulae exprimitur: adeo quidem, ut <*statim*> ab initio compensatione facta minus intendat sibi DARI OPORTERE. Ecce enim si sestertum X milia debeat Titio, atque ei XX debeantur, sic intendit: SI PARET TITIUM SIBI X MILIA DARE OPORTERE AMPLIUS QUAM IPSE TITIO DEBET.

65. Item bonorum emptor cum deductione agere iubetur, *id est ut* in hoc solum adversarius eius condemnetur quod superest, deducto eo, quod invicem ei bonorum emptor defraudatoris nomine debet.

66. Inter compensationem autem, quae argentario opponitur, et deductionem, quae obicitur bonorum emptori, illa differentia est, quod in compensationem hoc solum vocatur, quod eiusdem generis et naturae est, veluti pecunia cum pecunia compensatur, triticum cum tritico, vinum cum vino; adeo ut quibusdam placeat non omni modo vinum cum vino aut triticum cum tritico compensandum, sed ita, si eiusdem naturae qualitatisque sit. In deductionem autem vocatur et quod non est eiusdem generis: itaque si pecuniam petat bonorum emptor et invicem frumentum aut vinum is debeat, deducto quanti id erit in reliquum experitur.

62. Tuo tarpu esama geros valios ieškinių: iš pirkimo–pardavimo, nuomos, svetimų reikalų tvarkymo be pavedimo, pavedimo sutarties, pasaugos, fiducijos, bendrovės, globos, dėl kraičio grąžinimo.

63. Kita vertus, teisėjas turi teisę apskritai netaikyti šalių tarpusavio reikalavimų įskaitymo, nes įsakmaus nurodymo formulės tekste nėra, tačiau kadangi laikoma tai atitinkant geros valios ieškinių pobūdį, pripažįstama, jog atlikti įskaitymą yra teisėjo pareiga.

64. Kitas yra ieškinių, kuriuos reiškia bankininkas, pagrindas, kadangi jis jau pareikšdamas reikalavimą privalo reikalauti įskaitymo, o šis įskaitymas yra išreiškiamas formulės žodžiais taip, jog iš pradžių įskaitęs tai, ką pats privalo išmokėti, jis pareiškia, kad jam turi būti duota mažiau. Todėl štai jeigu aš esu Titui skolingas 10 000 sestercijų, o jis savo ruožtu skolingas 20 000, reikalavimas formuluojamas šitaip: JEI BUS ĮRODYTA, KAD TITAS PRIVALO DUOTI JAM 10 000 DAUGIAU NEI JIS PATS YRA SKOLINGAS TITUI.

65. Panašiai ir įsigijusiam turtą varžytinėse yra liepiama bylinėtis su atskaitymu, kitaip tariant, taip, kad iš priešininko būtų priteisiama tik tiek, kiek lieka atskaičius tai, ką iš varžytinių įsigijusysis turtą yra savo ruožtu skolingas išvaržyto asmens vardu.

66. Tarp įskaitymo, kuris privalomas bankininkui, ir atskaitymo, kuris taikomas turtą iš varžytinių įsigijusiam asmeniui, esama to skirtumo, kad įskaitymo atveju atsižvelgiama tik į tai, kas yra tos pačios rūšies ir kilmės, pavyzdžiui, įskaitomi tarpusavio piniginiai įsiskolinimai, javai, vynas ir net iki tokio laipsnio, jog kai kurie laiko įskaitymą esant galimą tik tuomet, jei javai esti tos pačios rūšies ir kokybės. Tuo tarpu atskaitymas gali būti taikomas ir tam, kas nėra tos pačios rūšies. Taigi, jei turtą iš varžytinių įsigijęs asmuo reikalauja piniginių skolų sugrąžinimo, o pats savo ruožtu yra saistomas prievolės perduoti javus arba vyną, atskaičiavęs pastarųjų vertę, prašo priteisti skirtumą.

67. Item vocatur in deductionem et id quod in diem debetur; compensatur autem hoc solum quod praesenti die debetur.

68. Praeterea compensationis quidem ratio in intentione ponitur: quo fit, ut si facta compensatione plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat. Deductio vero ad condemnationem ponitur, quo loco plus petenti periculum non intervenit; utique bonorum emptore agente, qui licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnationem concipit.

69. Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorum familias servorumque *agitur,* opus est, ut de hac actione et de ceteris, quae eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus.

70. In primis itaque si iussu patris dominive negotium gestum erit, in solidum praetor actionem in patrem dominumve comparavit; et recte, quia qui ita negotium gerit magis patris dominive quam filii servive fidem sequitur.

67. Atskaitymas gali būti taikomas ir dėl to, ko reikalauti teisė atsiras vėliau, o tuo tarpu įskaitymas tik dėl to, ko įvykdymo terminas jau yra suėjęs.

68. Be to, įskaitymo pagrindas yra nurodomas reiškiant reikalavimą (intencijoje), o tai sukelia tokias teisines pasekmes, jog jei atlikęs įskaitymą bankininkas pareikalautų kad ir vienu sestercijumi per daug, bylą pralaimėtų. Tuo tarpu apie atskaitymą yra nurodoma kondemnacijoje ir nurodymas šioje formulės dalyje nekelia per didelio reikalavimo sukeliamų teisinių pasekmių grėsmės; bet kuriuo atveju, jei procesą inicijuoja turtą iš varžytinių įsigijęs asmuo, kuris, nors ir bylinėjasi dėl apibrėžtos pinigų sumos, kondemnaciją formuluoja kaip neapibrėžtą.

69. Kadangi aukščiau* užsiminėme apie ieškinį, kurį reikšdami bylinėjamės dėl sūnui ar vergui duoto pekulijaus, tikslinga išsamiau paaiškinti apie šį ir kitus ieškinius, kuriuos panašiais pagrindais buvo leidžiama reikšti šeimos galvai arba vergo šeimininkui.

70. Visų pirma tuomet, jei sandoris buvo sudarytas veikiant pagal tėvo arba šeimininko pavedimą, pretorius numatė ieškinį dėl visos sandorio sumos, kurį galima pareikšti tėvui arba šeimininkui, ir tai yra pagrįsta, kadangi tas, kas tokiomis aplinkybėmis sudaro sandorį, kur kas labiau pasikliauja tėvu arba šeimininku nei sūnumi arba vergu.

* Neaišku, kurioje konkrečiai vietoje Gajus apie tai yra kalbėjęs.

71. Eadem ratione comparavit duas alias actiones, exercitoriam et institoriam. Tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusve filium servumve magistrum navis praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui *praepositus* fuerit, [negotium] gestum erit. Cum enim ea quoque res ex voluntate patris dominive contrahi videatur, aequissimum esse visum est in solidum actionem dari. Quin etiam, licet extraneum quisque magistrum navis praeposuerit sive servum sive liberum, *exercitoria* actio in eum redditur. Ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor vocatur is, ad quem cottidianus navis quaestus pervenit. Institoria vero formula tum locum habet, cum quis tabernae aut cuilibet negotiationi filium servumve aut quemlibet extraneum sive servum sive liberum praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia cui praepositus est contractum fuerit. Ideo autem institoria vocatur, quia qui tabernae praeponitur institor appellatur. Quae et ipsa formula in solidum est.

72. Praeterea tributoria quoque actio in patrem dominumve constituta est, cum filius servusve in peculiari merce sciente patre dominove negotietur. Nam si quid eius rei gratia cum eo contractum fuerit, ita praetor ius dicit, ut quidquid in his mercibus erit, quod inde receptum erit, id pater dominusve inter se, si quid debebitur, et ceteros creditores pro rata portione distribuant; et si creditores querantur minus sibi distributum, quam oporteret, in id quod deest hanc eis actionem pollicetur *quae,* ut diximus, tributoria vocatur.

71. Dėl tos pačios priežasties pretorius numatė dar du kitus ieškinius (*exercitoriam* ir *institoriam*), kurie gali būti reiškiami laivo valdytojui arba prekybos įmonės savininkui. Laivo valdytojui (*armator*) ieškinys gali būti pareiškiamas tuomet, kai tėvas arba vergo šeimininkas paskiria sūnų arba vergą laivo kapitonu ir su juo, kaip su įgaliotu asmeniu, yra sudaromas sandoris. O kadangi atrodo, jog ir sudarant tokį sandorį yra išreiškiama tėvo arba šeimininko valia, laikyta esant visai teisinga suteikti teisę pareikšti ieškinį dėl visko, ko galima pareikalauti sandorio pagrindu. Net ir tuomet, jei kas laivo kapitonu paskyrė visai svetimą asmenį – tiek vergą, tiek laisvąjį, jam galima pareikšti ieškinį kaip laivo valdytojui. Šis ieškinys yra vadinamas *exercitoria* dėl tos priežasties, kad kaip *exercitor* įvardinamas tas, kuriam atitenka kasdien laivo duodamos pajamos. Ieškinine formule, nukreipta prieš prekybos įmonės savininką, yra naudojamasi tuomet, kai kas įgalioja sūnų arba vergą, arba net kurį visai svetimą asmenį – tiek vergą, tiek laisvąjį, vadovauti krautuvei ar kokiai kitai įmonei ir su juo, kaip su įgaliotu asmeniu, yra sudaroma kokia nors sutartis. O šis ieškinys yra vadinamas *institoria* dėl tos priežasties, kad tas, kuris įgaliojamas vadovauti krautuvei, yra įvardinamas kaip *institor*. Ši formulė taip pat yra *in solidum* (t. y. iš atsakovo galima pareikalauti visos, iš sandorio kylančios prievolės įvykdymo).

72. Be to, šeimos tėvui arba vergo šeimininkui gali būti pareiškiamas ieškinys, kuris vadinasi *tributoria*, t. y. „dėl paskirstymo", kai sūnus arba vergas su tėvo ar šeimininko žinia pekulijų sudarantį turtą naudoja kokiam nors verslui vystyti. Jei sudaroma kokia nors su šiuo verslu susijusi sutartis, pretorius laikosi nuomonės, jog visas įmonei priklausančias prekes ir pardavus prekes gautas pajamas tėvas arba šeimininkas, jeigu jam pačiam priklausys kokios nors reikalavimo teisės, privalo proporcingai padalinti tarp savęs ir likusių kreditorių; o tuo atveju, jei kreditoriai skųstųsi, jog jiems buvo duota mažiau nei priklausė, tai reikalauti skirtumo jiems pažadamas suteikti ieškinys, kuris, kaip anksčiau sakėme*, yra vadinamas *tributoria*.

* Neaišku, kurioje vietoje Gajus apie tai kalba.

72a. Est etiam de peculio et de in rem verso actio a praetore constituta. *Licet* enim negotium ita gestum sit cum filio servove, *ut* neque voluntas neque consensus patris *dominive* intervenerit, si quid tamen *ex* ea re, quae *cum illis gesta* est, in rem patris dominive versum *sit, quatenus in rem eius* versum fuerit, eatenus *datur actio. At si nihil sit versum, praetor dat actionem dumtaxat* de peculio *et edictum* utitur his verbis. Quod edictum *loquitur et de eo, qui dolo malo peculium* ademerit. Si igitur verbi gratia ex sestertiis X, quae servus tuus a me *mutua accepit, creditori tuo sestertia V solverit* aut rem *necessariam, puta familiae cibaria, sestertiis V emerit* et reliqua *V quolibet modo consumpserit, pro V quidem in solidum damnari debes, pro ceteris vero V eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si tota sestertia X in rem tuam versa fuerint, tota te sestertia X consequi posse; licet enim una est formula, qua de peculio deque eo quod in rem patris dominive versum sit agitur, tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem ea formula agitur, ante dispicere solet, an in rem patris dominive versum sit, nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem patris dominive versum intellegatur aut non totum.*

73. *Cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante* deducitur, quod patri dominove quique in eius potestate sit a filio servove debetur, et quod superest, hoc solum peculium esse intellegitur. Aliquando tamen id, quod ei debet filius servusve qui in potestate patris dominive sit, non deducitur ex peculio veluti si is cui debet in huius ipsius peculio sit.

72a. Taip pat pretorius suteikė ieškinį ir tiems atvejams, kai atsakovas (tėvas arba šeimininkas) yra suteikęs pekulijų arba gavęs turtinės naudos. Nepaisant to, kad sandoris su sūnumi arba vergu buvo sudarytas be tėvo arba šeimininko valios išreiškimo arba be jo sutikimo, jeigu vis dėlto sandorio, kuris su jais buvo sudarytas, pagrindu tėvas arba šeimininkas gavo turtinės naudos, suteikiamas ieškinys pareikalauti tiek, kiek naudos buvo gauta. Kas tai yra turtinė nauda, reikalinga išsamiai išaiškinti. O jeigu jokios naudos nebuvo gauta, pretorius suteikia ieškinį „neviršijant pekulijaus vertės“ ir šie žodžiai yra vartojami edikte. Šiame edikte kalbama ir apie tą, kuris veikdamas tyčia atsiima pekulijų. Todėl jei, pavyzdžiui, iš 10 sestercijų, kuriuos iš manęs tavo vergas gavo kaip paskolą, 5 jis perdavė kaip grąžinamą skolą tavo kreditoriui arba už 5 nupirko reikalingų daiktų, o būtent – maisto šeimynykščiams, o likusius išleido kažkokiu kitu būdu, iš tavęs solidariai priteistini 5 sestercijai, o likusieji penki tik tuomet, jei tai neviršija pekulijaus vertės. Iš to, žinoma, seka, jog jeigu visi 10 atiteko tavo naudai, galima visų 10 sestercijų iš tavęs ir pareikalauti. Nepaisant to, kad esama tik vienos formulės, kuria naudodamiesi bylinėjamės reikalaudami to, kas atiteko pekulijaus naudai, ir to, kas pateko į tėvo arba šeimininko turto sudėtį, esama dvejopos kondemnacijos. Todėl teisėjas, nagrinėjantis bylą, kurioje bylinėjamasi naudojantis šia formule, pirmiausia tiria, ar yra reikalaujama įvykdyti sandorį, iš kurio tėvas ar šeimininkas gavo naudos, ir prie pekulijaus vertės nustatymo pereina tik tada, kai tenka pripažinti, jog jokios naudos tėvas arba šeimininkas negavo arba, kad sandoris jiems buvo naudingas tik iš dalies.

73. Kada yra nustatinėjama pekulijaus vertė, pirmiausia atskaičiuojama tai, ką sūnus arba vergas yra skolingas tėvui arba šeimininkui arba tam, kuris yra jų valdžioje, ir tik tai yra pripažįstama pekulijumi. Kita vertus, kai kuriais atvejais iš pekulijaus nėra atskaitoma tai, ką skolingas sūnus arba vergas, esantis tėvo arba šeimininko valdžioje, pavyzdžiui, jeigu tas, kuriam yra skolingas, pats įeina į to paties pekulijaus sudėtį.

74. Ceterum dubium non est, quin et is, qui iussu patris dominive contraxit cuique exercitoria vel *institoria* formula competit, de peculio aut de in rem verso agere possit. Sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, vel in difficultatem se deducat probandi habere peculium eum cum quo contraxerit, exque eo peculio posse sibi satisfieri, vel id quod persequitur in rem patris dominive versum esse.

74a. Is quoque, cui tributoria actio conpetit, de peculio vel de in rem verso agere potest. Sed huic sane plerumque expedit hac potius actione uti quam tributoria. Nam in tributoria eius solius peculii ratio habetur, quod in his mercibus est, in quibus negotiatur filius servusve quodque inde receptum erit; at in actione peculii totius. Et potest quisque tertia forte aut quarta vel etiam minore parte peculii negotiari, maximam vero partem peculii in aliis rebus habere. Longe magis si potest adprobari id quod <*dederit qui*> contraxit, in rem patris dominive versum esse, ad hanc actionem transire debet; nam ut supra diximus, eadem formula et de peculio et de in rem verso agitur.

75. Ex maleficio filiorum familias servorumque, veluti si furtum fecerint aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominove aut litis aestimationem sufferre aut noxae dedere. Erat enim iniquum nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisve damnosam esse.

74. Be to, nekyla abejonių, kad tas, kuris sutartį sudarė pagal tėvo arba šeimininko pavedimą, ir tas, kuriam priklauso formulės *exercitoria* ir *institoria*, turi teisę pareikšti ieškinį dėl pekulijaus arba dėl gautos naudos. Tačiau nei vienas nebus toks neišmanėlis, kad galėdamas pareiškiant kurį nors iš anų ieškinių, be jokių abejonių išsireikalauti viską, apsisunkintų įrodinėjimu, jog tas, su kuriuo sudarė sutartį, turi pekulijų ir iš šio pekulijaus gali būti patenkintas jo reikalavimas, arba, kad iš sandorio, kurio pagrindu kilusių prievolių įvykdymo reikalaujama, tėvas arba šeimininkas gavo naudos.

74a. Taip pat ir tas, kuris turi teisę pareikšti *tributoria* ieškinį, gali pareikšti ir ieškinį dėl pekulijaus arba atsižvelgdamas į tai, kad buvo gauta turtinės naudos. Žinoma, apskritai jam naudingiau yra reikšti pastarąjį ieškinį, o ne *tributoria*. *Tributoria* ieškinio atveju vertinamas pekulijus, susidedantis iš prekių, kurių apyvarta užsiima sūnus arba vergas, kai tuo tarpu ieškinio dėl pekulijaus atveju – visas pekulijus. O juk kas nors gali prekybos tikslams panaudoti trečdalį arba ketvirtadalį arba dar mažesnę pekulijaus dalį, o tuo tarpu likusiąją dalį – kitiems reikalams. Todėl šis ieškinys yra naudingesnis tam, kuris gali įrodyti, jog tai, ką perdavė tam, su kuriuo sudarė sutartį, atiteko tėvo arba šeimininko naudai. Nes kaip nurodėme aukščiau, tos pačios formulės pagrindu yra bylinėjamasi ir dėl turto, kuris buvo paskirtas kaip pekulijus, ir dėl gautos naudos.

75. Už tėvo valdžioje esančių sūnų ir vergų padarytus deliktus, kaip, pavyzdžiui, kai padaroma vagystė arba skriauda, numatyti noksaliniai ieškiniai, kad tėvas arba šeimininkas galėtų sumokėti priteistą žalos atlyginimą arba užuot atlyginęs žalą, perduoti kaltininką ieškovo valdžion. Kadangi būtų neteisinga, jei jų piktavališkumas tėvui ar šeimininkui atneštų didesnės žalos nei jie patys yra verti.

76. Constitutae sunt autem noxales actiones aut legibus aut edicto praetoris: legibus, veluti furti lege XII tabularum, damni iniuriae [veluti] lege Aquilia; edicto praetoris, veluti iniuriarum et vi bonorum raptorum.

77. Omnes autem noxales actiones *caput* sequuntur. Nam si filius tuus servusve noxam commiserit, quamdiu in tua potestate est, tecum est actio; si in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse; si sui iuris coeperit esse, directa actio cum ipso est, et noxae deditio extinguitur. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si pater familias noxam commiserit, et is se in adrogationem tibi dederit aut servus tuus esse coeperit, <*quod*> quibusdam casibus accidere primo commentario tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse quae ante directa fuit.

76. Noksaliniai ieškiniai buvo numatyti arba įstatymuose, arba pretoriaus edikte; įstatymuose, pavyzdžiui, ieškinys dėl vagystės, kurį numatė XII lentelių įstatymai, dėl svetimam turtui padarytos žalos, kurį nustatė *lex Aquilia*; pretoriaus ediktu, pavyzdžiui, ieškiniai dėl žalos asmeniui (skriaudos) ir plėšimo.

77. Visi noksaliniai ieškiniai yra neatsiejami nuo žalą padariusio asmens. Jeigu žalą sukėlė tavo sūnus arba vergas ir jeigu jie tebėra tavo valdžioje, ieškinys gali būti reiškiamas tau; jeigu pereis kieno kito valdžion, tinkamu atsakovu pagal noksalinį ieškinį tampa tas asmuo; jeigu taptų savosios teisės asmenimis, ieškinys gali būti tiesiogiai reiškiamas jiems patiems, o teisė užuot atlyginus žalą perduoti žalą padariusį asmenį ieškovo nuosavybėn išnyksta. Ir atvirkščiai, toks ieškinys, kuris tiesiogiai reiškiamas žalą sukėlusiam asmeniui, virsta noksaliniu ieškiniu. Kadangi jei šeimos galva padarys žalos ir pasiduos tau įvaikinamas arba taps tavo vergu, kas, kaip nurodėme pirmojoje knygoje,* kai kuriais atvejais nutinka, ieškinys, kurį prieš tai buvo galima pareikšti tiesiogiai jam, virsta noksaliniu, kuris gali būti reiškiamas tau.

---

* I, 160.

78. Sed si filius patri aut servus domino noxam commiserit, nulla actio nascitur: nulla enim omnino inter me et eum, qui in potestate mea est, obligatio nasci potest. Ideoque et si in alienam potestatem pervenerit aut sui iuris esse coeperit, neque cum ipso neque cum eo, cuius nunc in potestate est, agi potest. Unde quaeritur, si alienus servus filiusve noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse coeperit potestate, utrum intercidat actio an quiescat. Nostri praeceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit, in quo *ab initio* consistere non potuerit, ideoque, licet exierit de mea potestate, agere me non posse; diversae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere actionem putant, *quia* ipse mecum agere non possum: cum vero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari.

79. Cum autem filius familias ex noxali causa mancipio datur, diversae scholae auctores putant ter eum mancipio dari debere, quia lege XII tabularum cautum sit <*ne aliter filius de potestate patris*> exeat, quam si ter fuerit mancipatus; Sabinus et Cassius ceterique nostrae scholae auctores sufficere unam mancipationem crediderunt, et illas tres legis XII tabularum ad voluntarias mancipationes pertinere.

78. Tačiau jei žalos padarys sūnus tėvui arba vergas savo šeimininkui, neatsiranda jokia teisė pareikšti ieškinį, kadangi manęs ir to, kuris yra man pavaldus, apskritai negali susaistyti jokia prievolė. Todėl taip pat net ir tuomet, kai pereis kieno nors kito valdžion arba taps savosios teisės asmeniu, nebus galimybės su juo bylinėtis, kaip ir su tuo, kam jis tuo metu bus pavaldus. Todėl kyla klausimas, jei svetimas vergas arba sūnus padarytų man žalos, o pats vėliau patektų mano valdžion, ar teisė pareikšti ieškinį išnyksta, ar yra suspenduojama. Mūsų mokytojai sprendžia, jog išnyksta, kadangi susidaro tokia situacija, kurioje teisė į ieškinį apskritai negali atsirasti, todėl net ir tuo atveju, jeigu nustotų buvęs man pavaldus, neturėčiau teisės pareikšti ieškinio. Priešingos mokyklos atstovai laikosi nuomonės, jog tol, kol yra man pavaldus, teise į ieškinį pasinaudoti negalima, kadangi negaliu bylinėtis pats su savimi, tačiau kai nustoja būti man pavaldus, teisė į ieškinį gali būti sėkmingai įgyvendinama.

79. Jeigu tėvui pavaldus sūnus, atsižvelgiant į padarytą žalą bus perduotas ieškovo valdžion, priešingos mokyklos atstovai laikosi nuomonės, jog būtina jį ieškovo valdžion perduoti tris kartus, kadangi XII lentelių įstatymuose yra nustatyta, kad sūnus nustoja būti pavaldus tėvui tik tuomet, kai jis yra parduodamas trigubos mancipacijos būdu. Sabinas ir Kasijus, o taip pat ir kiti mūsų mokyklos atstovai buvo įsitikinę pakankant vienos mancipacijos, o aną trigubą, kurią numatė XII lentelių įstatymai, laikė esant susijusią su tais atvejais, kai mancipacija yra atliekama laisva valia.

80. Haec ita de his personis, quae in potestate <*sunt*>, sive ex contractu sive ex maleficio earum *controversia sit*. Quod vero ad eas personas, quae in manu mancipiove sunt, ita ius dicitur, ut cum ex contractu earum *agatur,* nisi ab eo, cuius iuri subiectae sint in solidum defendantur, bona quae earum futura forent, si eius iuri subiectae non essent, veneant. Sed cum rescissa *capitis* <*deminutione cum iis*> imperio continenti iudicio agitur ....

....

(23 fere versus desiderantur)

81. *Quid* ergo *est?* etiamsi... de qua re modo diximus, *quoque* non permissum fuerit ei mortuos homines dedere, tamen et si quis eum dederit, qui fato suo vita excesserit, aeque liberatur.

82. Nunc admonendi sumus agere nos aut nostro nomine aut alieno, veluti cognitorio procuratorio tutorio curatorio, cum olim, quo tempore legis actiones in usu fuissent, alieno nomine agere non liceret, *praeterquam ex certis* causis.

80. Tai tiek apie tuos asmenis, kurie yra pavaldūs, nepriklausomai nuo to, ar ginčas kilo dėl jų sudarytos sutarties, ar dėl padaryto delikto. Kai dėl tų asmenų, kurie yra vyro arba svetimos šeimos galvos valdžioje, laikomasi teisinės nuostatos, jog kai bylinėjamės jų sudarytos sutarties pagrindu, jei kaip solidarus atsakovas procese nedalyvauja tas, kurio valdžiai jie pajungti, privalo būti parduotas tas turtas, kuris jiems ateityje atitektų, jei nebebūtų tam asmeniui pavaldūs. Tačiau jei panaikinus *capitis deminutio* (teisinio subjektiškumo susiaurėjimo) teisines pasekmes, su jais yra bylinėjamasi magistrato valdžia paremtame teismo procese (...23 eilutės...).

81. Tai kaipgi čia išeina? Nors (...), apie ką tik ką kalbėjome, jam ir nebūtų leista perduoti mirusių vergų palaikų (žalos patyrusiam asmeniui), vis dėlto jei kas perduotų savo (natūralia) mirtimi mirusiojo kūną, taip pat tampa laisvas nuo prievolės.

82. Privalome atkreipti dėmesį, jog šiuo metu bylinėjamės arba savo pačių, arba svetimu vardu, pavyzdžiui, kai teismo procese dalyvaujame kaip kognitoriai, prokuratoriai, globėjai, rūpintojai (kuratoriai), kai tuo tarpu ankstesniais laikais, kai buvo naudojamasi įstatymo tekstu pagrįstais ieškiniais (t. y. legisakcinio proceso epochoje), nebuvo galima vesti bylos svetimu vardu, išskyrus kai kuriuos atvejus.

83. Cognitor autem certis verbis in litem coram adversario substituitur. Nam actor *ita* cognitorem dat: QUOD *EGO* A TE verbi gratia FUNDUM PETO, IN EAM REM L. TITIUM TIBI COGNITOREM DO; adversarius ita: QUIA TU A ME FUNDUM PETIS, IN EAM <REM> TIBI P. MEVIUM COGNITOREM DO. Potest ut actor ita dicat: QUOD EGO TECUM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO, adversarius ita: QUIA TU MECUM AGERE VIS, IN EAM REM COGNITOREM DO. Nec interest, praesens an absens cognitor detur; sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si cognoverit et susceperit officium cognitoris.

84. Procurator vero nullis certis verbis in litem substituitur, sed ex solo mandato et absente et ignorante adversario constituitur. Quin etiam sunt qui putant eum quoque procuratorem videri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat ad negotium et caveat ratam rem dominum habiturum; quamquam et ille, cui mandatum *<est>*, plerumque satisdare debet, quia saepe mandatum initio litis in obscuro est et postea apud iudicem ostenditur.

85. Tutores autem et curatores quemadmodum constituantur, primo commentario rettulimus.

83. Kognitorius procese yra skiriamas dalyvaujant priešingai ginčo šaliai ir vartojant tam tikrus nustatytus žodžius. Kadangi ieškovas skiria kognitorių tokiu būdu: KADANGI AŠ IŠ TAVĘS REIKALAUJU, pavyzdžiui, ŽEMĖS SKLYPO, ŠIAI BYLAI SKIRIU TAU L. TITĄ KOGNITORIUMI; o priešingoji šalis tokiu būdu: KADANGI TU REIKALAUJI IŠ MANĘS ŽEMĖS SKLYPO, ŠIAI BYLAI SKIRIU TAU P. MEVIJŲ KOGNITORIUMI; gali atsitikti, kad ieškovas sako šitaip: KADANGI KETINU SU TAVIMI BYLINĖTIS, ŠIAI BYLAI SKIRIU KOGNITORIŲ; o priešingoji šalis taip: KADANGI KETINI SU MANIMI BYLINĖTIS, ŠIAI BYLAI SKIRIU KOGNITORIŲ. Neturi reikšmės, ar kognitoriumi skiriamas asmuo, kuris dalyvauja jį paskiriant, ar nedalyvaujantis, tačiau jeigu kognitoriumi skiriamas nedalyvaujantis jį skiriant asmuo, kognitoriumi jis tampa tuomet, kai jam taps žinoma apie paskyrimą ir jis prisiims kognitoriaus įsipareigojimus.

84. Tuo tarpu prokuratorius teismo procese yra paskiriamas neištariant nustatytų žodžių, tam užtenka tik pavedimo, o priešingos proceso šalies dalyvavimas ir jos informavimas apie prokuratoriaus paskyrimą nėra būtinas. Esama nuomonių, jog prokuratoriumi laikytinas net ir tas, kuris neturi pavedimo, jei tik atstovavimo veiksmų imsis gera valia ir pateiks užtikrinimą, kad atstovaujamasis jo atliktus juridinius veiksmus patvirtins. Nors ir tas, kuriam yra duotas pavedimas, dažniausiai privalo pateikti užtikrinimą, kadangi neretai proceso pradžioje pavedimas nėra akivaizdus ir paaiškėja tik teisėjui ėmus nagrinėti bylą.

85. Tai, kokiais būdais yra skiriami globėjai ir rūpintojai (kuratoriai), aptarėme pirmojoje knygoje*.

* I, 144 ir toliau einantys; 197 ir toliau einantys.

86. Qui autem alieno nomine, agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam convertit. Nam si verbi gratia L. Titius <pro> *P.* Mevio agat, ita formula concipitur: SI PARET N. NEGIDIUM P. MEVIO SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE, IUDEX, N. NEGIDIUM L. TITIO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE. In rem quoque si agat, intendit P. MEVII REM ESSE EX IURE QUIRITIUM, et condemnationem in suam personam convertit.

87. Ab adversarii quoque parte si interveniat aliquis, cum quo actio constituitur, intenditur dominum DARE OPORTERE, condemnatio autem in eius personam convertitur, qui iudicium accipit; sed cum in rem agitur, nihil <*in*> intentione facit eius persona, cum quo agitur, sive suo nomine sive alieno aliquis iudicio interveniat; tantum enim intenditur REM ACTORIS ESSE.

88. Videamus nunc, quibus ex causis is cum quo agitur vel hic qui *agit cogatur* satisdare.

89. Igitur si verbi gratia in rem tecum agam, satis mihi dare debes; aequum enim visum est *te ideo* quod interea tibi rem, quae an ad te pertineat dubium est, possidere conceditur, cum satisdatione *mihi* cavere, ut si victus sis nec rem ipsam restituas nec litis aestimationem sufferas, sit mihi potestas aut tecum agendi aut cum sponsoribus tuis.

86. Tas, kas reiškia ieškinį svetimu vardu, kildina reikalavimą iš atstovaujamojo, tuo tarpu priteisimą nukreipia į savo paties asmenį. Jei, pavyzdžiui, L. Titas traukia atsakovu P. Mevijų, formulė konstruojama šitaip: JEIGU PASITVIRTINS, KAD N. NEGIDIJUS PRIVALO DUOTI P. MEVIJUI 10 000 SESTERCIJŲ, TEISĖJAU, PRITEISK IŠ N. NEGIDIJAUS L. TITUI 10 000 SESTERCIJŲ. JEIGU NEPASITVIRTINS, JĮ NUO ATSAKOMYBĖS ATLEISK. Taip pat ir tuo atveju, jei reiškiamas daiktinis ieškinys, reikalavimas yra formuluojamas: KAD DAIKTAI YRA P. MEVIJAUS NUOSAVYBĖ PAGAL KVIRITŲ TEISĘ, o priteisimą (kondemnaciją) nukreipia į savo asmenį.

87. Taip pat ir priešininko pusėje, jeigu jį atstovauja kas nors, kam pareiškiame ieškinį, reikalavimą (intenciją) formuluojame taip, kad DUOTI PRIVALO atstovaujamasis, o tuo tarpu priteisimas (kondemnacija) yra nukreipiama į asmenį, kuris dalyvauja procese atsakovo pusėje, tačiau tuo atveju, kai reiškiame daiktinį ieškinį, intencijoje asmens, su kuriuo bylinėjamės, nenurodome nepriklausomai nuo to, ar bylą jis veda savo, ar svetimu vardu; intencijoje (reikalavime) tik pabrėžiama, kad daiktas priklauso ieškovui.

88. Dabar pamatysime, kokiais atvejais tas, su kuriuo bylinėjamės, arba tas, kuris inicijuoja teismo procesą, yra įpareigojamas pateikti užtikrinimą.

89. Taigi, jeigu tau reiškiu daiktinį ieškinį, privalai pateikti man užtikrinimą, kadangi pripažįstama esant teisinga, kad tu, kadangi tau leidžiama tuokart valdyti daiktą, dėl kurio priklausymo tau kilo ginčas, pateiktum man užtikrinimą skirdamas laiduotoją tam, kad jeigu bylą pralaimėtum ir nei sugrąžintum man paties daikto, nei sumokėtum jo vertės, turėčiau galimybę bylinėtis su tavimi arba su tais, kurie už tave laidavo.

90. Multoque magis debes satisdare mihi, si alieno nomine iudicium accipias.

91. Ceterum cum in rem actio duplex sit, aut enim per formulam petitoriam agitur aut per sponsionem, si quidem per formulam petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet quae appellatur IUDICATUM SOLVI, si vero per sponsionem, illa quae appellatur PRO PRAEDE LITIS ET VINDICIARUM.

92. Petitoria autem formula haec est, qua actor intendit REM SUAM ESSE.

93. Per sponsionem vero hoc modo agimus: provocamus adversarium tali sponsione: SI HOMO QUO DE AGITUR EX IURE QUIRITIUM MEUS EST, SESTERTIUM XXV NUMMORUM DARE SPONDES?; deinde formulam edimus, *qua* intendimus sponsionis summam nobis DARE OPORTERE; qua formula ita demum vincimus, si probaverimus rem nostram esse.

94. Non, tamen haec summa sponsionis exigitur: non enim poenalis est, sed praeiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur; unde etiam is cum quo agitur non restipulatur. Ideo autem appellata est PRO PRAEDE LITIS <ET> VINDICIARUM stipulatio, quia in locum praedium successit, qui olim, cum lege agebatur, pro lite et vindiciis, id est pro re et fructibus, a *possessore* petitori dabantur [praedes].

90. Juo labiau privalai pateikti man užtikrinimą tais atvejais, kai į bylą įsitrauki svetimu vardu.

91. Pagaliau, kadangi daiktinis ieškinys yra dvejopo pobūdžio, nes bylinėjamasi arba petitorinės formulės, arba *sponsio* pagrindu, taigi, jei bylinėjamasi petitorinės formulės pagrindu, atliekama stipuliacija, kuri yra vadinama SPRENDIMO ĮVYKDYMU, tuo tarpu, jei bylinėjamasi per *sponsio*, tai tokia, kuri yra vadinama VIETOJE LAIDUOTOJO GINČO IR JO DALYKO ATŽVILGIU.

92. Petitorinė formulė yra toji, kurioje ieškovas tvirtina, kad daiktas priklauso jam.

93. Tuo tarpu *per sponsio* bylinėjamės tokiu būdu: paraginame priešininką atlikti *sponsio*: JEI VERGAS, KURIS YRA GINČO DALYKAS, YRA MANO NUOSAVYBĖ PAGAL KVIRITŲ TEISĘ, AR IŠKILMINGAI PAŽADI SUMOKĖTI MAN 25 SESTERCIJUS?; tada sudarome formulę, kurioje tvirtiname, jog mums privalo būti sumokėta *sponsio* nurodyta suma. Šios formulės pagrindu bylą laimime tuomet, jei įrodome, kad daiktas yra mūsų nuosavybė.

94. Tačiau *sponsio* nurodyta suma nėra išieškoma, kadangi jos pobūdis yra ne baudinis, bet prejudicinis, o paskirtis ta, kad tokiu būdu būtų iš esmės išspręstas ginčas; todėl ir tas, su kuriuo bylinėjamės, neatlieka restipuliacijos. Ji todėl ir yra vadinama stipuliacija VIETOJE LAIDUOTOJO DĖL GINČO IR JO DALYKO, kad atstoja laiduotojus; kadangi kadaise, kai būdavo bylinėjamasi remiantis įstatymu, valdytojas skirdavo laiduotojus dėl ginčo ir jo dalyko, kitaip tariant, dėl daikto ir jo vaisių.

95. Ceterum si apud centumviros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem: sacramento *enim reum provocamus;* eaque sponsio sestertium CXXV nummum *fieri solet* propter legem *Crepereiam.*

96. Ipse autem, qui in rem agit, si suo nomine agat, satis non dat.

97. Ac nec si per cognitorem quidem agat, *ulla* satisdatio vel ab ipso vel a domino desideratur. Cum enim certis et quasi sollemnibus verbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco habetur.

98. Procurator vero si agat, satisdare iubetur ratam rem dominum habiturum; periculum enim est, ne iterum dominus de eadem re experiatur. Quod periculum <*non*> intervenit, si per cognitorem actum fuerit, quia de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis amplius actionem habet, quam si ipse egerit.

99. Tutores et curatores eo modo, quo et procuratores, satisdare debere verba edicti faciunt; sed aliquando illis satisdatio remittitur.

100. Haec ita, si in rem agatur: si vero in personam, ab actoris quidem parte quando satisdari debeat quaerentes, eadem repetemus, quae diximus in actione qua in rem agitur.

95. Galiausiai, jei bylą nagrinėja centumviralinis (šimto narių) teismas, *sponsio* įvardintos sumos reikalaujame ne formulinio, o legisakcinio proceso būdu (paskiriant užstatą), kadangi skirti užstatą reikalaujame iš atsakovo; o *sponsio*, remiantis *lex Crepereia*, paprastai esti dėl 125 sestercijų.

96. Pareiškiantis daiktinį ieškinį, jei jį reiškia savo vardu, nepateikia užtikrinimo.

97. Net ir tuomet, jei byla yra vedama atstovaujant kognitoriui, nereikalaujama pateikti jokio užtikrinimo nei iš pastarojo, nei iš atstovaujamojo. Kadangi dalyvauti procese vietoje atstovaujamojo kognitorius yra paskiriamas ištariant griežtai nustatytus ir tarytum iškilmingus žodžius, jis pagrįstai traktuojamas kaip lygus atstovaujamajam.

98. Tuo tarpu jei bylą veda prokuratorius, jam liepiama pateikti užtikrinimą, kad byla suinteresuotasis asmuo jo procesinius veiksmus patvirtins. Kadangi esama grėsmės, jog suinteresuotas asmuo iš naujo pareikš tą patį ieškinį. Tokios grėsmės nėra tuomet, kai bylą veda kognitorius, kadangi kiekvienas, kuris bylinėjosi atstovaujamas kognitoriaus, neturi teisės reikšti toje byloje daugiau ieškininių reikalavimų, (nes laikoma) tarytum jis būtų vedęs bylą pats.

99. Globėjai ir rūpintojai (kuratoriai), remiantis edikto tekstu, privalo pateikti tokį patį užtikrinimą kaip ir prokuratoriai, nors kai kada nuo šios pareigos jie atleidžiami.

100. Taip esti, kai pareiškiamas daiktinis ieškinys, o jeigu asmeninis (prievolinis), klausiantiesiems, kada ieškovo pusė privalo pateikti užtikrinimą, pakartojame tą patį, ką pasakėme apie bylinėjimąsi pareiškiant daiktinį ieškinį.

101. Ab eius vero parte cum quo agitur, si quidem alieno *nomine* aliquis interveniat, omni modo satisdari debet, quia nemo alienae rei sine satisdatione defensor idoneus intellegitur. Sed si quidem cum cognitore agatur, dominus satisdare iubetur; si vero cum procuratore, ipse procurator. Idem et de tutore et de curatore iuris est.

102. Quod si proprio nomine aliquis iudicium [aliquid] accipiat in personam, certis ex causis satisdare solet, quas ipse praetor significat. Quarum satisdationum duplex causa est: nam aut propter genus actionis satisdatur, aut *propter personam,* quia suspecta sit: propter genus actionis, veluti iudicati depensive aut cum de moribus mulieris *agitur;* propter personam, veluti si cum eo agitur qui decoxerit, cuiusve bona <a> creditoribus possessa proscriptave sunt, sive cum eo herede agatur quem praetor suspectum aestimaverit.

103. Omnia autem iudicia aut legitimo iure consistunt aut imperio *continentur.*

104. Legitima sunt iudicia, quae in urbe Roma vel *intra* primum urbis Romae miliarium inter omnes cives Romanos sub uno iudice accipiuntur; eaque <*e*> lege Iulia iudiciaria, nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint, expirant. Et hoc est quod vulgo dicitur e lege Iulia litem anno et sex mensibus mori.

101. Savo ruožtu tai priklauso nuo to, su kuo bylinėjamės, todėl jei kas veda bylą kito asmens vardu, visuomet privalo pateikti užtikrinimą, kadangi be užtikrinimo nei vienas nėra laikomas tinkamu svetimų reikalų gynėju. Tačiau jei kas bylinėjasi su kognitoriumi, reikalaujama, kad užtikrinimą pateiktų atstovaujamasis, o jei su prokuratoriumi – pats prokuratorius. Tas pats reikalavimas keliamas ir globėjui bei rūpintojui.

102. Jei kas nors savo vardu įstos į bylą, iškeltą asmeninio (prievolinio) ieškinio pagrindu, tam tikrais atvejais pateikia užtikrinimą; tai nustato pretorius. Šių užtikrinimų priežastys yra dvejopos, nes užtikrinimas pateikiamas arba atsižvelgiant į ieškinio rūšį, arba į asmenį, kadangi jis kelia abejonių. Priklausomai nuo ieškinio rūšies, pavyzdžiui, dėl teismo sprendimu priteistos sumos sumokėjimo arba, jei bylinėjamasi dėl moters santuokinės neištikimybės; atsižvelgiant į asmenį, pavyzdžiui, kai bylinėjamasi su tuo, kuris tapo nemokus arba su tuo, kurio turtą perėmė valdyti kreditoriai, arba kurio turtas parduodamas iš varžytinių, arba taip pat, kai bylinėjamasi su tokiu įpėdiniu, kurį pretorius (atsižvelgdamas į paties įpėdinio įsiskolinimus) pripažino esant keliantį abejonių.

103. Visi teismo procesai yra paremti arba įstatymu (t. y. *ius civile*), arba magistrato (pretoriaus) valdžia.

104. Paremti įstatymu yra tie, kurie vyksta Romos mieste tūkstančio žingsnių spinduliu arba aplink Romos miestą iki pirmojo mylios stulpo, tarp Romos piliečių ir teisėjui nagrinėjant bylą vienasmeniškai. Pagal *lex Iulia*, jie nutraukiami, jei sprendimas nepriimamas per vienerius metus ir šešis mėnesius. Tai yra, apie ką paprastai sakoma, jog remiantis *lex Iulia*, praėjus vieneriems metams ir šešiems mėnesiams, teismo procesas „miršta“.

105. Imperio vero continentur recuperatoria et quae sub uno iudice accipiuntur interveniente peregrini persona iudicis aut litigatoris. In *eadem* causa sunt, quaecumque extra primum urbis Romae miliarium tam inter *cives Romanos* quam inter peregrinos accipiuntur. Ideo autem imperio contineri iudicia dicuntur, quia tamdiu valent, quamdiu is qui ea praecepit imperium habebit.

106. Et si quidem imperio continenti iudicio *actum* fuerit, sive in rem sive in personam, sive ea formula quae in factum concepta est sive ea quae in ius habet intentionem, postea nihilo minus ipso iure de eadem re agi potest; et ideo necessaria est exceptio rei iudicatae vel in iudicium deductae.

107. *Si* vero legitimo iudicio in personam actum sit ea formula, quae iuris civilis habet intentionem, postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio supervacua est; si vero vel in rem vel in factum actum fuerit, ipso iure nihilo minus postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei iudicatae vel in iudicium deductae.

108. Alia causa fuit olim legis actionum: nam qua de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat; nec omnino ita ut nunc usus erat illis temporibus exceptionum.

105. Tuo tarpu magistrato (pretoriaus) valdžia yra paremti teismo procesai, kurie vyksta bylą nagrinėjant teisėjų kolegijai (rekuperatoriams), ir tokie, kai bylą teisėjas nagrinėja vienasmeniškai, tačiau arba teisėjas, arba ginčo šalis yra svetimšalis (peregrinas). Šiai kategorijai yra priskiriami procesai tiek tarp Romos piliečių, tiek ir tarp peregrinų, vykstantys už pirmojo mylios stulpo nuo Romos miesto. Šiuos procesus sakoma esant paremtus magistrato valdžia, kadangi jie tęsiasi tol, kol eina pareigas tas, kurio nurodymu jie buvo pradėti.

106. Jei vyksta magistrato valdžia paremtas teismo procesas, tiek tuo atveju, jei byla iškelta pagal daiktinį, tiek pagal asmeninį (prievolinį) ieškinį, tiek naudojantis faktinėmis aplinkybėmis pagrįsta ieškinio formule, tiek tokia, kurioje reiškiamas reikalavimas yra pagrįstas įstatymu (teise), vėliau *ipso iure* (t. y. remiantis *ius civile*) galima pradėti procesą toje pačioje byloje ir dėl šios priežasties yra būtina išlyga (atsikirtimas), kad ginčas buvo išspręstas (*exceptio rei iudic*atae) arba, kad byla persikėlė į nagrinėjimo iš esmės stadiją (*exceptio rei in iudicium deductae*).

107. Tuo tarpu kai įstatymu paremtame procese yra pareikštas asmeninis (prievolinis) ieškinys su formule, kurioje reikalavimas grindžiamas įstatymu (teise), kadangi *ipso iure* (t. y. remiantis *ius civile*) pradėti procesą toje pačioje byloje yra neįmanoma, procesinė išlyga (atsikirtimas) yra nereikalingas; tuo atveju, jei pareikštas daiktinis ieškinys arba formulė yra pagrįsta faktinėmis aplinkybėmis, naujo ieškinio pareiškimas yra galimas, todėl išlyga (atsikirtimas), jog ginčas jau yra išspręstas teismo sprendimu arba, kad byla persikėlė į nagrinėjimo iš esmės stadiją, yra būtinas.

108. Kitaip kadaise atrodė bylos, kuriose bylinėtasi remiantis įstatymu. Kadangi byloje, kurioje ginčas kartą jau buvo išnagrinėtas, nebebuvo galimybės *ipso iure* bylinėtis antrą kartą iki tokio laipsnio, kad anuomet, priešingai negu dabar, nebuvo naudojamasi procesinėmis išlygomis (atsikirtimais).

109. Ceterum potest ex lege quidem esse iudicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse. Nam si verbi gratia ex lege Aquilia vel Ollinia vel Furia in provinciis agatur, imperio continebitur iudicium; idemque iuris est et si Romae apud recuperatores agamus, vel apud unum iudicem interveniente peregrini persona; et ex diverso si ex ea causa, ex qua nobis edicto praetoris datur actio, Romae sub uno iudice inter omnes cives Romanos accipiatur iudicium, legitimum est.

110. Quo loco admonendi sumus eas quidem actiones, quae ex lege senatusve consultis proficiscuntur, perpetuo solere praetorem accommodare, eas vero, quae ex propria ipsius iurisdictione pendent, plerumque *intra* annum dare.

111. Aliquando tamen *et perpetuo eas dat, scilicet cum* imitatur ius legitimum: quales sunt eae, quas *bonorum* possessoribus ceterisque, qui heredis loco sunt, *accommodat. Furti* quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius praetoris iurisdictione proficiscatur, perpetuo datur: et merito, cum pro capitali poena pecuniaria constituta *sit*.

109. Galiausiai ieškininis reikalavimas gali būti pagrįstas įstatymu, o teismo procesas nebūti paremtas įstatymu. Ir priešingai, ieškininis reikalavimas gali nebūti pagrįstas įstatymu (t. y, pagrįstas faktinėmis aplinkybėmis), o teismo procesas – paremtas įstatymu. Kadangi jei, pavyzdžiui, provincijose vyksta procesas, pagrįstas *lex Aquilia* arba *Ollinia* ar *Furia*, jis yra paremtas magistrato valdžia. Tokia pati teisinė padėtis esti tuomet, kai Romoje bylinėjamasi bylą nagrinėjant rekuperatoriams (kolegijai) arba teisėjui vienasmeniškai, tačiau procese dalyvaujant peregrinui. Ir priešingai, jei kitoje byloje ieškinys mums bus suteiktas remiantis pretoriaus ediktu, o procesas vyktų Romoje ir ginčą tarp Romos piliečių nagrinėtų vienas teisėjas, procesas yra paremtas įstatymu.

110. Šioje vietoje reikia pažymėti, kad tuos ieškinius, kurie kildinami iš įstatymo arba Senato nutarimo, pretorius paprastai suteikia be jokių apribojimų laiko atžvilgiu, o tų, kurie priklauso nuo jų jurisdikcijos, teikimas paprastai yra ribojamas vienerių metų senaties terminu.

111. Kita vertus, kai kada jie taip pat yra suteikiami nuolat, pavyzdžiui, kai yra sekama įstatymu paremto proceso pavyzdžiu, o tokie yra ieškiniai, suteikiami palikimą sudarančio turto valdytojams ir kitiems, kurie užima įpėdinių padėtį; neterminuotai teikiamas ieškinys dėl atvirosios vagystės, nors jis yra kildinamas iš paties pretoriaus jurisdikcijos. Ir tai visiškai teisinga, nes vietoje kriminalinės bausmės čia buvo nustatyta piniginė bauda.

112. Non omnes actiones, quae in aliquem aut ipso iure *competunt* aut a praetore dantur, etiam in heredem *aeque* competunt aut dari solent. Est enim certissima iuris regula ex maleficiis poenales actiones in heredem nec competere nec dari solere, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae. Sed heredi ... huius modi actiones competunt nec denegantur, excepta iniuriarum actione et si qua alia similis inveniatur actio.

113. Aliquando tamen <*etiam*> ex contractu actio neque heredi neque in heredem competit; nam adstipulatoris heres non habet actionem, *et* sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur.

114. Superest ut dispiciamus, si ante rem iudicatam is cum quo agitur post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid officio iudicis conveniat, utrum absolvere, an ideo potius damnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuerit, ut damnari debeat. Nostri praeceptores absolvere eum debere existimant, nec *interesse* cuius generis *sit* iudicium; et hoc est quod vulgo dicitur Sabino et Cassio placere omnia iudicia absolutoria esse. *Diversae scholae auctoribus de strictis iudiciis contra placuit;* de bonae fidei iudiciis autem idem sentiunt, quia in eiusmodi iudiciis liberum est officium iudicis. Tantundem *et* de *in* rem actionibus putant, quia *formulae verbis* id ipsum esprimatur ....

....

(7 versus desiderantur)

sunt etiam in personam tales actiones in quibus exprimitur ....

....

(8 fere versus desiderantur)

actum fuit.

112. Ne visi ieškiniai, kuriuos kam nors galima pareikšti arba pagal teisę, arba pretoriui juos suteikus, gali būti pareiškiami taip pat ir įpėdiniui arba paprastai yra jam suteikiami. Kadangi yra aiškiai apibrėžta teisės norma, jog baudiniai ieškiniai, kylantys iš delikto padarymo, nepriklauso ir negali būti pareiškiami įpėdiniams, kaip, pavyzdžiui, ieškinys dėl vagystės, plėšimo, žalos asmeniui (skriaudos), neteisėto žalos turtui padarymo. Tačiau ieškovo įpėdiniams (teisių perėmėjams) tokios rūšies ieškiniai priklauso ir nėra atsisakoma juos suteikti, išskyrus ieškinį dėl žalos asmeniui (skriaudos) ir jeigu atsirastų kokie nors kiti panašūs ieškiniai.

113. Kita vertus, kai kuriais atvejais taip pat ir ieškiniai, kylantys iš sutarties, nepriklauso įpėdiniui ir negali būti jam pareiškiami. Nes adstipuliatoriaus įpėdiniui nepriklauso ieškinys ir taip pat *sponsor* ir *fidepromisor* įpėdinis nėra atsakingas.

114. Mums dar belieka pasakyti, kokia yra teisėjo pareiga, jeigu tas, prieš kurį pradėtas procesas (atsakovas), įsitraukęs į bylą, tačiau iki teismui priimant sprendimą, patenkins ieškovo reikalavimus. Ar teisėjas privalo atleisti atsakovą nuo atsakomybės, ar veikiau iš jo priteisti, kadangi įstodamas į bylą jis buvo tokioje padėtyje, kad iš jo turėjo būti priteisiama. Mūsų mokytojai laikosi nuomonės, kad teisėjas privalantis atleisti atsakovą nuo atsakomybės ir nėra skirtumo, kokios rūšies yra procesas. Ir tai yra apie ką paprastai sakoma, jog Sabinas ir Kasijus laikėsi nuostatos esą visi teismo procesai gali baigtis atsakovo atleidimu nuo atsakomybės. Priešingos mokyklos atstovai laikėsi skirtingos nuomonės griežtosios teisės ieškinių atžvilgiu, o dėl geros valios ieškinių jų nuomonė buvo tokia pati, kadangi šios rūšies ieškinių atveju teisėjo pareigos nėra ribojamos. Tokią pačią nuomonę reiškia ir dėl daiktinių ieškinių, kadangi tą patį išreiškia formulės žodžiai (...7 eilutės...), taip pat esama tokių asmeninių (prievolinių) ieškinių, apie kuriuos sakoma (... 8 eilutės...) buvo įvykdyta.

115. Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus.

116. Comparatae sunt autem exceptiones defendendorum *eorum* gratia, cum quibus agitur. Saepe enim accidit, ut quis iure civili teneatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari. Veluti <*si*> stipulatus sim *a* te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus, nec numeraverim; nam eam pecuniam a te peti posse certum est, dare enim te *oportet,* cum ex stipulatu teneris; sed quia iniquum est te eo nomine condemnari, placet per exceptionem doli mali te defendi debere. Item si pactus fuero tecum, ne id quod mihi debeas a te petam, nihilo minus id ipsum a te petere possum dari mihi oportere, quia obligatio pacto convento non tollitur; sed placet debere me petentem per exceptionem pacti conventi repelli.

117. In his quoque actionibus, quae <*non*> in personam sunt, exceptiones locum habent, veluti si metu me coegeris aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam mancipio *darem: nam si* eam rem a me petas, datur mihi exceptio, *per* quam, si metus causa te fecisse vel dolo malo arguero, repelleris. Item si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris eumque a possidente petas, opponitur tibi exceptio, per quam omni modo summoveris.

115. Dabar turime pereiti prie išlygų (atsikirtimų) aptarimo.

116. Išlygos (atsikirtimai) buvo numatyti siekiant apginti tuos, kuriems iškeliama byla (atsakovus). Kadangi neretai atsitinka taip, kad kas nors yra atsakingas pagal *ius civile*, tačiau būtų neteisinga teismo procese iš jo priteisti. Pavyzdžiui, jeigu iš tavęs būčiau gavęs pažadą sumokėti, kurį davei tikėdamasis, kad tau suteiksiu paskolą, tačiau aš to nepadariau. Akivaizdu, jog pažadėtų sumokėti pinigų iš tavęs galiu pareikalauti, kadangi tave saisto stipuliacijos pagrindu atsiradusi prievolė. Tačiau kadangi būtų neteisinga, jei šiuo pagrindu iš tavęs būtų priteista, laikoma, kad tu turi būti ginamas atsikirtimo, jog tai esanti apgaulė, pagalba. Taip pat, jei su tavimi sudaryčiau neformalų konsensualinio pobūdžio susitarimą – paktą, jog iš tavęs ieškiniu nereikalausiu to, ką man esi skolingas, nepaisant to, galiu iš tavęs reikalauti to, kas man priklauso, kadangi sudarytas susitarimas nereiškia, jog prievolė baigėsi. Kita vertus, yra laikoma, jog pareiškus atsikirtimą, kad buvo sudarytas neformalus konsensualinis susitarimas – paktas, mano ieškinys turi būti atmestas.

117. Taip pat ir ieškinių, kurie nėra asmeniniai (prievoliniai) atveju, yra naudojamasi išlygomis (atsikirtimais). Pavyzdžiui, jei grasindamas arba naudodamasis apgaule priverstum mane, kad perleisčiau kokį nors daiktą tavo nuosavybėn; jei tokio daikto iš manęs imtum reikalauti, man būtų suteiktas atsikirtimas, kurio pagrindu tavo ieškinys būtų atmestas, jeigu įrodysiu, jog grasinai arba naudojaisi apgaule. Panašiai ir tuomet, jei žinodamas nupirktum ginčo sklypą iš jo nevaldančio asmens ir reikalautum sklypo iš jo faktinio valdytojo, į tavo reikalavimą suteikiamas atsikirtimas, į kurį atsižvelgiant tavo ieškinys bus apskritai atmestas.

118. Exceptiones autem alias in edicto praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat. Quae omnes vel ex legibus vel ex his, quae legis vicem optinent, substantiam capiunt, vel ex iurisdictione praetoris proditae sunt.

119. Omnes autem exceptiones in contrarium concipiuntur, *quam* adfirmat is, cum quo agitur. Nam si verbi gratia reus dolo malo aliquid actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit quam non numeravit, sic exceptio concipitur: SI IN EA RE NIHIL DOLO MALO A. AGERII FACTUM SIT NEQUE FIAT: item si dicat [ut] contra pactionem pecuniam peti, ita concipitur exceptio: SI INTER A. AGERIUM ET N. NEGIDIUM NON CONVENIT, NE EA PECUNIA PETERETUR; et denique in ceteris causis similiter concipi solet: ideo scilicet quia omnis exceptio obicitur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut condicionalem faciat condemnationem, id est ne aliter iudex eum cum quo agitur condemnet, quam si nihil in ea re qua de agitur dolo actoris factum sit; item ne aliter iudex eum condemnet, quam si nullum pactum *conventum de* non petenda pecunia factum *fuerit*.

120. Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae aut dilatoriae.

121. Peremptoriae sunt quae perpetuo valent nec evitari possunt, veluti quod metus causa aut dolo malo, aut quod contra legem senatusve consultum factum est, aut quod res iudicata est vel in iudicium deducta est, item pacti conventi quod *factum* est, ne omnino pecunia peteretur.

118. Kai kuriuos atsikirtimus pretorius skelbia edikte, o kitus suteikia susipažinęs su byla. Visų jų galia kyla arba iš įstatymo arba iš to, kas turi įstatymo galią, arba glūdi pretoriaus jurisdikcijoje.

119. Visos išlygos (atsikirtimai) yra formuluojami kaip priešprieša tam, ką tvirtina tas, su kuriuo bylinėjamasi (ieškovas). Nes, pavyzdžiui, jeigu atsakovas tvirtina, kad ieškovas naudojasi apgaule reikalaudamas pinigų, kurių nėra išmokėjęs, atsikirtimas formuluojamas taip: JEIGU ŠIOJE BYLOJE A. AGERIJUS NEVEIKĖ NAUDODAMASIS APGAULE; panašiai, jeigu tvirtina, kad ieškovas reikalauja įvykdyti prievolę (sumokėti) nesilaikydamas sudaryto susitarimo (t. y. pakto, jog nebus reiškiamas ieškinys dėl prievolės įvykdymo), atsikirtimas formuluojamas taip: JEIGU TARP A. AGERIJAUS IR N. NEGIDIJAUS NEBUVO SUDARYTAS NEFORMALUS SUSITARIMAS (PAKTAS), KAD ŠIŲ PINIGŲ SUMOKĖJIMO NEBUS REIKALAUJAMA. Galiausiai, kitais atvejais buvo įprasta juos formuluoti analogiškai; žinoma, taip esti dėl to, kad kiekvienas atsikirtimas, kaip žinia, yra reiškiamas atsakovo, tačiau įterpiamas į formulę tokiu būdu, jog priteisimą daro sąlyginį, kitaip tariant, teisėjas priteisia iš to, su kuriuo bylinėjamasi (atsakovo), tik tuomet, kai tame reikale, dėl kurio ginčijamasi, nieko neįvyko dėl ieškovo apgaulės, arba taip pat teisėjas iš jo priteisia tik tada, kai nėra sudarytas joks neformalus susitarimas (paktas), jog pinigų sumokėjimo nebus reikalaujama.

120. Išlygos (atsikirtimai) yra naikinamosios arba atidedamosios.

121. Naikinamosios yra tos, kurios galioja visuomet ir nėra galimybės jų išvengti, kaip, pavyzdžiui, jog kas nors buvo padaryta grasinimo arba apgaulės įtakoje arba pažeidžiant įstatymą arba Senato nutarimą; arba, kad ginčas buvo išspręstas teismui priimant sprendimą arba byla pradėta nagrinėti iš esmės; o taip pat atsikirtimai, jog buvo sudarytas neformalus susitarimas (paktas), jog pinigų sumokėjimo apskritai nebus reikalaujama.

122. Dilatoriae sunt exceptiones, quae ad tempus valent, veluti illius pacti conventi quod factum est, verbi gratia, ne intra quinquennium peteretur; finito enim eo tempore non habet locum exceptio. Cui similis exceptio est litis dividuae et rei residuae. Nam si quis partem rei petierit et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac exceptione summovetur, quae appellatur litis dividuae; item si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices *eant,* si intra eiusdem praeturam de his quas distulerit agat, per hanc exceptionem, quae appellatur rei residuae, summovetur.

123. Observandum est autem ei, cui dilatoria obicitur exceptio, ut differat actionem: alioquin si obiecta exceptione egerit, rem perdit: non enim post illud tempus, quo integra re <*eam*> evitare poterat, adhuc ei potestas agendi superest re in iudicium *deducta* et per exceptionem *perempta*.

122. Atidedamosios yra tos išlygos (atsikirtimai), kurių galia apribota tam tikru laiku, pavyzdžiui, atsikirtimas neformalaus pobūdžio susitarimu (paktu), kuris buvo sudarytas tam, kad prievolės įvykdymo nebūtų reikalaujama penkerius metus, kadangi praėjus šiam laikui, pasinaudoti tokiu atsikirtimu nebegalima. Į jį panašus yra padalinto ginčo ir likusio reikalavimo (bylos) atsikirtimas. Kadangi jei kas reikalauja prievolės dalies įvykdymo ir tam pačiam pretoriui tebeeinant pareigas pareikalaus likusios dalies, į šį reikalavimą galima atsikirsti tokiu atsikirtimu, kuris vadinamas padalinto ginčo atsikirtimu. Taip pat jeigu tas, kuris su tuo pačiu priešininku vedė daug bylų, tačiau kai kuriose iš jų bylinėjosi, o kitas atidėjo tam, kad jos atitektų nagrinėti kitiems teisėjams, jeigu tam pačiam pretoriui tebeeinant pareigas ėmėsi procesinių veiksmų tose bylose, kurias buvo atidėjęs, į jo reikalavimus gali būti atsikertama atsikirtimu, kuris vadinamas likusio reikalavimo (bylos) atsikirtimu.

123. Tas, į kurio reikalavimą gali būti atsikertama atidedamuoju atsikirtimu, privalo pasirūpinti, kad ieškinys būtų pareiškiamas vėliau, kadangi priešingu atveju, jeigu bylinėtųsi nepaisydamas pareikšto atsikirtimo, bylą pralaimėtų; nes praėjus tam laikui, per kurį nepradėdamas proceso būtų galėjęs to išvengti, jis nebeturi galimybės bylinėtis iš naujo, kadangi procesas byloje jau buvo pradėtas ir atsižvelgiant į atsikirtimą reikalavimas atmestas.

124. Non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur, quales sunt cognitoriae: veluti si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat, vel dandi quidem cognitoris ius habeat, sed eum det cui non licet cognituram suscipere. Nam si obiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis *erit,* ut ei non liceat cognitorem dare, ipse agere potest: si vero cognitori non liceat cognituram suscipere, per alium cognitorem aut per semet ipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc quam illo modo evitare <*potest*> exceptionem; quod si dissimulaverit *eam et* per cognitorem egerit, rem perdit.

125. *Sed* peremptoria quidem exceptione si reus per errorem non fuerit usus, in integrum restituitur adiciendae exceptionis gratia; dilatoria vero si non fuerit usus, an in integrum restituatur, quaeritur.

124. Išlygos (atsikirtimai) gali būti atidedamieji ne tik laiko, bet ir asmenų atžvilgiu. Tokie yra atsikirtimai, kurie gali būti pareiškiami kognitoriui, pavyzdžiui, jei tas, kuris pagal ediktą negali paskirti kognitoriaus, pradeda procesą atstovaujamas kognitoriaus, arba tas, kuris galėdamas paskirti kognitorių, paskiria tokį, kuris negali atlikti kognitoriaus funkcijų. Nes jeigu yra pareiškiamas atsikirtimas kognitoriui, o pats ieškovas turi teisę skirti kognitorių, jis gali vesti bylą pats; tuo tarpu jei kognitorius negali atlikti kognitoriaus funkcijų, ieškovui lieka galimybė vesti bylą atstovaujamam kito kognitoriaus arba pačiam ir kaip pirmuoju, taip ir antruoju atveju apsisaugoti nuo atsikirtimo. Tuo tarpu jei į atsikirtimą nekreiptų dėmesio ir bylinėtųsi atstovaujamas kognitoriaus, bylą pralaimėtų.

125. Jei atsakovas dėl suklydimo nepareikštų naikinamojo atsikirtimo, jis grąžinamas į pirminę padėtį, kad galėtų tokį atsikirtimą pareikšti. Tuo tarpu jei nepareikštų atidedamojo atsikirtimo, klausimas, ar jis grąžinamas į pirminę padėtį, išlieka ginčytinas.

126. Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta videatur, inique noceat actori. Quod cum accidat, alia adiectione opus est adiuvandi actoris gratia: quae adiectio replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur vis exceptionis. Nam si verbi gratia pactus sum tecum, ne pecuniam quam mihi debes a te peterem, deinde postea in contrarium pacti sumus, id est ut petere mihi liceat, et, si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris SI NON CONVENERIT, NE EAM PECUNIAM PETEREM, nocet mihi exceptio pacti conventi: namque nihilo minus hoc verum manet, etiamsi postea in contrarium pacti sumus. Sed *quia* iniquum est me excludi exceptione, replicatio mihi datur ex posteriore pacto hoc modo: AUT SI POSTEA CONVENIT, UT MIHI EAM PECUNIAM PETERE LICERET.

126a. Item si argentarius pretium rei, quae in auctionem venerit, persequatur, obicitur ei exceptio, ut ita demum emptor damnetur, si ei res, quam emerit, tradita est; et est iusta exceptio. Sed si in auctione praedictum est, ne ante emptori <*res*> traderetur, quam si pretium solverit, replicatione tali argentarius adiuvatur: AUT SI PRAEDICTUM EST, NE ALITER EMPTORI RES TRADERETUR, QUAM SI PRETIUM EMPTOR SOLVERIT.

127. Interdum autem evenit, ut rursus replicatio, quae prima facie iusta sit, inique reo noceat. Quod cum accidat, adiectione opus est adiuvandi rei gratia, quae duplicatio vocatur.

126. Kai kuriais atvejais atsitinka taip, kad atsikirtimas, kuris iš pirmo žvilgsnio atrodo esąs pagrįstas, neteisingai pažeidžia ieškovo interesus. Jei taip atsitinka, reikalingas kitas papildymas, kuriuo siekiama pagelbėti ieškovui ir kuris tuomet yra vadinamas replika, kadangi juo atremiamas atsikirtimas ir naikinamos jo sukeliamos teisinės pasekmės. Kadangi jei, pavyzdžiui, su tavimi sudariau neformalų susitarimą (paktą), jog nereikalausiu iš tavęs pinigų, kuriuos esi man skolingas, o vėliau būtume sudarę priešingą susitarimą, t. y., jog aš galiu tų pinigų pareikalauti, ir jei bylinėjuosi su tavimi, o tu atsikerti, kad iš tavęs mano naudai galėtų būti priteisiama tik tuo atveju, JEIGU NEBŪTŲ BUVĘ SUSITARTA, KAD TŲ PINIGŲ NEBUS REIKALAUJAMA, atsikirtimas, jog buvo sudarytas neformalus susitarimas (paktas), pažeidžia mano interesus, kadangi tiesa yra ta, jog vėliau sudarėme priešingą susitarimą. Tačiau kadangi yra neteisinga, kad mano ieškinys būtų atmestas atsižvelgiant į atsikirtimą, man suteikiama teisė pareikšti repliką, pagrįstą vėliau sudarytu susitarimu, kuri yra tokia: ARBA JEIGU VĖLIAU BUVO SUDARYTAS NEFORMALUS SUSITARIMAS (PAKTAS), KAD AŠ GALĖSIU ŠIŲ PINIGŲ REIKALAUTI.

126a. Lygiai taip pat, jeigu bankininkas reikalauja daikto, kuris buvo parduotas iš viešųjų varžytinių, vertės, į jo reikalavimą atsikertama, jog iš įsigijusiojo daiktą gali būti priteisiama tik tuomet, jeigu daiktas, kurį jis nusipirko, buvo jam perduotas ir toks atsikirtimas yra teisingas. Tačiau jeigu vykstant varžytinėms buvo pranešta, jog daiktas turi būti perduotas įgijėjui ne anksčiau nei jis sumokės kainą, bankininkui yra pagelbstima suteikiant tokią repliką: ARBA JEIGU BUVO PASKELBTA, JOG DAIKTAS BUS PERDUOTAS ĮGIJĖJUI TIK TUOMET, KAI ĮGIJĖJAS SUMOKĖS JO KAINĄ.

127. Kita vertus, kartais atsitinka taip, jog vėlgi replika, kuri iš pradžių atrodo esanti teisinga, nepagrįstai pažeidžia atsakovo interesus. Kai taip atsitinka, būtinas dar vienas papildymas, kuriuo pagelbėjama atsakovui ir kuris vadinamas duplika.

128. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus *ea* adiectione opus est, qua actor adiuvetur, *quae* dicitur triplicatio.

129. Quarum omnium adiectionum usum interdum etiam ulterius quam diximus varietas negotiorum introduxit.

130. Videamus etiam de praescriptionibus, quae receptae sunt pro actore.

131. Saepe enim ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est: veluti cum in singulos annos vel menses certam pecuniam stipulati fuerimus; *nam* finitis quibusdam annis aut mensibus huius quidem temporis pecuniam praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intellegitur, praestatio vero adhuc nulla est. Si ergo velimus id quidem, quod praestari oportet, petere et in iudicium deducere, futuram vero obligationis praestationem in integro relinquere, necesse est ut cum hac praescriptione agamus: EA RES AGATUR, CUIUS REI DIES FUIT; alioquin si sine hac praescriptione egerimus, ea scilicet formula qua incertum petimus, cuius intentio his verbis concepta est: QUIDQUID PARET N. NEGIDIUM A. AGERIO DARE FACERE OPORTERE, totam obligationem, id est etiam futuram, in hoc iudicium deducimus, et quae ante tempus obligationis *finitum in iudicium deducitur, ex ea condemnatio fieri non potest, neque iterum de ea agi potest.*

128. O jei vėlgi ji iš pradžių atrodo esanti teisinga, tačiau dėl kokių nors priežasčių nepagrįstai pažeidžia ieškovo interesus, vėlgi būtinas papildymas, kuriuo pagelbėjama ieškovui ir kuris vadinamas triplika.

129. Visų šių papildymų taikymas, kurių kartais gali būti ir dar daugiau nei mes nurodėme, sukėlė bylų įvairovę.

130. Taip pat apžvelkime ir įžangines formulės sąlygas (klauzules) – vadinamąją preskripciją, kuri įrašoma ieškovo interesais.

131. Kadangi dažnai vienos ir tos pačios prievolės pagrindu kažkas jau privalo būti įvykdyta, o kažkas privalės būti vykdoma ateityje, pavyzdžiui, jei stipuliacijos būdu mums buvo pažadėta tam tikrais metais ar mėnesiais sumokėti nustatytą pinigų sumą. Pasibaigus tam tikriems metams arba mėnesiams, už praėjusį laikotarpį privalo būti sumokėti pinigai, o dėl ateinančių metų laikoma egzistuojant prievolę, tačiau nesant pareigos vykdyti. Todėl jei ketiname reikalauti to, kas iš tiesų privalo būti įvykdyta ir dėl to iškelti bylą, o ateityje vykdytinomis tapsiančias prievoles palikti nepaliestas, būtina pradėti bylą su tokia įžangine sąlyga (preskripcija): TEGUL BUS BYLINĖJAMASI DĖL TO, DĖL KO YRA SUĖJĘS TERMINAS. Priešingu atveju, jeigu bylinėtumėmės be tokios įžanginės sąlygos (preskripcijos) ir, žinoma, naudodamiesi ta formule, kuria reikalaujame neapibrėžto įvykdymo, o reikalavimas būtų suformuluotas taip: KĄ TIK PAAIŠKĖTŲ N. NEGIDIJŲ PRIVALANT PERDUOTI ARBA ATLIKTI A. AGERIJUI, imame bylinėtis dėl visos prievolės įvykdymo, tai reiškia – ir dėl tos dalies, kuri taps vykdytina tik ateityje, tuo tarpu tai, dėl ko pradėta bylinėtis prieš sueinant prievolės vykdymo terminui, negali būti priteisiama šioje byloje, o iš naujo bylinėtis dėl to taip pat nebus galima.

131a. Item si verbi gratia ex empto agamus, *ut* nobis fundus mancipio detur, debemus *hoc modo* praescribere EA RES AGATUR DE FUNDO MANCIPANDO: ut postea, si velimus vacuam possessionem nobis tradi, contra debitorem *eadem actione uti possimus. Alioquin si minus diligentes in ea* re sumus, totius illius iuris obligatio illa incerta actione: QUIDQUID OB EAM REM N. NEGIDIUM A. AGERIO DARE FACERE OPORTET *per intentionem* consumitur, ut postea nobis agere volentibus de vacua possessione tradenda nulla supersit actio.

132. Praescriptiones *scilicet* appellatas esse ab eo, quod ante formulas praescribuntur, plus quam manifestum est.

133. *Sed* his quidem temporibus, sicut supra quoque notavimus, omnes praescriptiones ab actore proficiscuntur. Olim autem quaedam et pro reo opponebantur, qualis illa erat praescriptio: EA RES AGATUR, SI IN EA RE PRAEIUDICIUM HEREDITATI NON FIAT, quae nunc in speciem exceptionis deducta est et locum habet, cum petitor hereditatis alio genere iudicii praeiudicium hereditati faciat, veluti cum singulas res petat; est enim iniquum per unius *rei petitionem universae hereditati praeiudicium fieri* ....
....

(23 versus desiderantur)

131a. Panašiai, jei, pavyzdžiui, remdamiesi pirkimo–pardavimo sutartimi, bylinėjamės reikalaudami, kad mums būtų perduotas nuosavybėn žemės sklypas, būtina įrašyti tokią įžanginę sąlygą: TEGUL ŠI BYLA BŪNA SUSIJUSI SU ŽEMĖS SKLYPO PARDAVIMU, KURIS ATLIKTAS MANCIPACIJOS BŪDU, kad vėliau siekdami, jog mums būtų suteiktas tik faktinis sklypo valdymas, galėtume prieš atsakovą naudotis tuo pačiu ieškiniu. Priešingu atveju, jei byloje būsime ne tokie apdairūs ir pareikšime neapibrėžtą reikalavimą: KĄ TIK ŠIUO PAGRINDU N. NEGIDIJUS PRIVALO PERDUOTI ARBA ATLIKTI A. AGERIJAUS NAUDAI, galimybė reikšti ieškinį dėl visų prievolinių reikalavimų bus išnaudota, todėl jei vėliau sumanytume bylinėtis vien dėl sklypo perdavimo valdyti, nebeturėtume jokios teisės pareikšti ieškinį.

132. Tai, jog įžanginių sąlygų (preskripcijų) pavadinimas kilo iš to, kad jos yra įrašomos formulės pradžioje, yra daugiau nei akivaizdu.

133. Tačiau šiuo metu, apie ką aukščiau taip pat esame pažymėję, visos įžanginės sąlygos (preskripcijos) kyla iš ieškovo pusės. Kita vertus, anksčiau kai kurios iš jų buvo surašomos atsakovo naudai. Tokia buvo sąlyga: TEGUL ŠI BYLA BUS NAGRINĖJAMA IŠ ESMĖS, JEI TIK JOJE NEBUS PRIIMTAS IŠANKSTINIS SPRENDIMAS DĖL PALIKIMO, kuri dabar yra redukuota iki tam tikros rūšies atsikirtimo ir taikoma, kai siekiantis palikimo, pareikšdamas ieškinį kitos rūšies procese, pasiekia pradinio teismo sprendimą dėl palikimo, pavyzdžiui, kai reikalauja perduoti pavienius palikėjui priklausiusius daiktus. Kadangi spręsti dėl viso palikimo, kai reikalaujama tik pavienio daikto, tikrai nėra pagrindo (...23 eilutės...).

134. ... *in* intentione formulae de *iure quaeritur*, id est cui dari *oporteat*. Et sane domino dari oportet quod servus stipulatur: at in praescriptione de *facto* quaeritur, quod secundum naturalem significationem verum esse debet.

135. Quaecumque autem diximus de servis, eadem de ceteris quoque personis, quae nostro iuri subiectae sunt, dicta intellegemus.

136. Item admonendi sumus, si cum ipso agamus qui incertum *promiserit*, ita nobis formulam esse propositam, ut praescriptio inserta sit formulae loco demonstrationis hoc modo: IUDEX ESTO. QUOD A. AGERIUS DE N. NEGIDIO *INCERTUM STIPULATUS EST,* CUIUS REI DIES FUIT, QUIDQUID OB EAM REM N. NEGIDIUM A. *AGERIO* DARE FACERE OPORTET et reliqua.

137. At si cum sponsore aut fideiussore agatur, praescribi solet in persona quidem sponsoris hoc modo: EA RES AGATUR, QUOD A. AGERIUS DE L. TITIO INCERTUM STIPULATUS EST, QUO NOMINE N. NEGIDIUS SPONSOR EST, CUIUS REI DIES FUIT; in persona vero fideiussoris: EA RES AGATUR, QUOD N. NEGIDIUS PRO L. TITIO INCERTUM FIDE SUA ESSE IUSSIT, CUIUS *REI DIES* FUIT; deinde formula subicitur.

138. Superest ut de interdictis dispiciamus.

134. (...) formulės reikalavimų dalyje (intencijoje) yra kalbama apie teisę, t. y. apie tai, kam privalu duoti. O teisėtai priklauso perduoti šeimininkui tai, kas stipuliacijos būdu buvo pažadėta vergui. Įžanginėje klauzulėje eina kalba apie faktą, kuris privalo būti tikras atsižvelgiant į įprastinę jo reikšmę.

135. Visa tai, ką pasakėme apie vergus, laikysime esant pasakyta ir apie kitus mums pavaldžius asmenis.

136. Taip pat privalome atkreipti dėmesį į tai, jog jei bylinėjamės su tuo, kuris pažadėjo neapibrėžtą įvykdymą, tai suteikiama tokia formulė, kurioje vietoje faktinių aplinkybių išdėstymo (*demonstratio*) įterpiama šitokia įžanginė sąlyga (*praescriptio*): TEBŪNA TEISĖJAS. KADANGI A. AGERIJUS STIPULIAVO, KAD N. NEGIDIJUS SUMOKĖS JAM NEAPIBRĖŽTĄ SUMĄ, KURIOS MOKĖJIMO TERMINAS YRA SUĖJĘS, VISA, KĄ N. NEGIDIJUS PRIVALO PERDUOTI ARBA ATLIKTI A. AGERIJAUS NAUDAI ir taip toliau.

137. Jeigu iškeliama byla *sponsor* arba *fideiussor*, paprastai *sponsor* preskripcija įrašoma tokiu būdu: TEGUL ŠIOJE BYLOJE BUS BYLINĖJAMASI, JOG A. AGERIJUS STIPULIAVO, KAD L. TITAS SUMOKĖS JAM NEAPIBRĖŽTĄ PINIGŲ SUMĄ, DĖL KURIOS N. NEGIDIJUS YRA LAIDAVĘS (YRA *SPONSOR*); tuo tarpu *fideiussor* atžvilgiu: TEGUL ŠIOJE BYLOJE BUS BYLINĖJAMASI, JOG N. NEGIDIJUS UŽ L. TITĄ GARBĖS ŽODŽIU GARANTAVO DĖL NEAPIBRĖŽTOS PINIGŲ SUMOS, KURIOS MOKĖJIMO TERMINAS YRA SUĖJĘS. Toliau seka formulė.

138. Belieka aptarti interdiktus.

139. Certis igitur ex causis praetor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis *interponit*. Quod tum maxime facit, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur. Et in summa aut iubet aliquid fieri aut fieri prohibet. Formulae autem *et verborum* conceptiones, quibus in ea re utitur, interdicta *decretave <vocantur>*.

140. Vocantur autem decreta, cum fieri aliquid iubet, veluti cum praecipit, ut aliquid exhibeatur aut restituatur; interdicta vero, cum prohibet fieri, veluti cum praecipit, ne *sine vitio* possidenti vis fiat, neve in loco sacro aliquid fiat. Unde omnia interdicta aut restitutoria aut exhibitoria aut prohibitoria vocantur.

141. Nec tamen cum quid iusserit fieri aut fieri prohibuerit, statim *peractum* est negotium, sed ad iudicem recuperatoresve *itur et* ibi editis formulis quaeritur, an aliquid adversus praetoris edictum factum sit, vel an factum non sit quod is fieri iusserit. Et modo cum poena agitur, modo sine poena: cum poena, veluti cum per sponsionem agitur; sine poena, veluti cum arbiter petitur. Et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet; ex restitutoriis vero vel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae arbitraria vocatur.

142. Principalis igitur divisio in eo est, quod aut prohibitoria sunt interdicta aut restitutoria aut exhibitoria.

139. Kai kuriais konkrečiais atvejais pretorius arba prokonsulas pasinaudoja savo autoritetu tam, kad būtų užbaigti ginčai. Paprastai tai yra daroma tuomet, kai tarp apibrėžtų asmenų vyksta ginčas dėl daikto valdymo arba tarytum valdymo ir paprastai arba įsakoma, kad kas nors būtų padaryta, arba uždraudžiama ką nors daryti. Formulės ir žodinės išraiškos, kuriomis tokiais atvejais yra naudojamasi, vadinamos interdiktais arba dekretais.

140. Dekretais jos vadinamos tuomet, kai įsakoma, kad kas nors būtų padaryta, pavyzdžiui, kai paliepiama, kad kas nors būtų pateikta (parodyta) arba sugrąžinta. Tuo tarpu interdiktais, kai uždraudžiama ką nors daryti, pavyzdžiui, kai liepiama, kad nebūtų vartojama prievarta neydingo valdytojo atžvilgiu arba, kad kas nors nebūtų atliekama pašvęstoje vietoje. Dėl šios priežasties visi interdiktai yra apibrėžiami kaip restituciniai (kuriais siekiama sugrąžinti, atkurti pirminę padėtį), arba ekshibiciniai (kuriais siekiama ką nors parodyti, pristatyti), arba prohibiciniai (draudžiamieji).

141. Kita vertus, byla nesibaigia iš karto, kai pretorius įsako, kad kas nors būtų daroma arba uždraudžia ką nors daryti, o kreipiamasi į teisėją arba rekuperatorius ir ten, paskelbus formulę, nagrinėjama, ar padaryta kas nors, kuo buvo pažeistas pretoriaus ediktas, arba, ar nepadaryta tai, ką pretorius buvo įsakęs atlikti. Bylinėjamasi arba nustačius mokėtiną baudą, arba be jos. Nustačius baudą, pavyzdžiui, tuomet, kai byla vedama naudojantis *sponsio*; be baudos, kai pareiškiamas prašymas skirti arbitrą. Bent jau prohibicinių interdiktų atveju visuomet yra įprasta bylinėtis naudojantis *sponsio*, tuo tarpu restitucinių arba ekshibicinių – kai kada naudojantis *sponsio*, o kai kada – formule, kuri vadinama arbitražine.

142. Taigi, esminis skirstymas yra tai, jog interdiktai yra arba prohibiciniai, arba restituciniai, arba ekshibiciniai.

143. Sequens in eo est divisio, quod vel adipiscendae possessionis causa comparata sunt vel retinendae vel reciperandae.

144. Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, cuius principium est QUORUM BONORUM; eiusque vis et potestas haec est, ut quod quisque ex his bonis, quorum possessio alicui data est, [si] pro herede aut pro possessore <*possidet dolove fecit quo minus*> possideret, id ei cui bonorum possessio data est restituatur. Pro herede autem possidere videtur tam is, qui heres est, *quam* is, qui putat se heredem esse: pro possessore is possidet, qui sine causa aliquam rem hereditariam vel etiam totam hereditatem sciens ad se non pertinere possidet. Ideo autem adipiscendae possessionis vocatur <*interdictum*>, quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem: itaque si quis adeptus possessionem amiserit, desinit ei id interdictum utile esse.

145. Bonorum quoque emptori similiter proponitur interdictum, quod quidam possessorium vocant.

146. Item ei, qui *publica* bona emerit, eiusdem condicionis interdictum proponitur, quod appellatur sectorium, quod sectores vocantur qui publice bona mercantur.

147. Interdictum quoque, quod appellatur Salvianum, adipiscendae possessionis <*causa*> comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas *is pro* mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

143. Kito skirstymo esmę sudaro tai, kad interdiktai yra skirti arba įgyti valdymą, arba jį išsaugoti, arba atgauti prarastą valdymą.

144. Siekiant įgyti valdymą, palikimo valdytojo interesais yra teikiamas interdiktas, kuris prasideda žodžiais: TURTO, KURIS. Jo sukeliamos teisinės pasekmės ir galia susijusi su tuo, jog tai, ką iš palikimo, kurio faktiniu valdytoju kas nors buvo pripažintas, kas nors kitas valdo kaip įpėdinis arba kaip valdytojas, arba pasinaudojo apgaule, kad jau nebebūtų valdytojas, privalo būti sugrąžinta tam, kuriam buvo suteiktas faktinis palikimo valdymas (*bonorum possessio*). Laikoma, jog kaip įpėdinis valdo ir tas, kuris yra įpėdinis, ir tas, kuris yra įsitikinęs esantis įpėdinis; kaip įpėdinis valdo tas, kuris be teisinio pagrindo valdo kokį nors palikimui priklausantį daiktą arba net ir visą palikimą suvokdamas tai, kad šie jam nepriklauso. Todėl jis yra vadinamas interdiktu, kuriuo siekiama įgyti valdymą, nes juo naudojasi tas, kuris tuomet pirmą kartą siekia įgyti daikto valdymą. Dėl to, jei kas nors, prieš tai įgijęs valdymą, vėliau jo netektų, šiuo interdiktu nebegali pasinaudoti.

145. Taip pat ir nupirkusiam turtą iš varžytinių yra teikiamas panašus interdiktas, kurį kai kurie vadina posesiniu.

146. Taip pat ir tam, kuris įsigijo valstybės turtą, suteikiamas tos pačios rūšies interdiktas, kuris vadinamas *interdictum sectorium*, kadangi tie, kurie užsiima konfiskuoto turto pardavimu, vadinami *sectores*.

147. Taip pat interdiktas, kuris vadinamas salviškuoju (Salvijaus), yra numatytas valdymo įgijimo tikslu, o juo naudojasi žemės sklypo savininkas nuomininkui priklausančių daiktų, kuriuos šis įkeitė užtikrindamas prievolės ateityje mokėti nuomos mokestį įvykdymą, atžvilgiu.

148. Retinendae possessionis causa solet interdictum reddi, cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controversia est, et ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere et uter petere debeat; cuius rei gratia comparata sunt UTI POSSIDETIS et UTRUBI.

149. Et quidem UTI POSSIDETIS interdictum de fundi vel aedium *possessione* redditur, UTRUBI vero de rerum mobilium possessione.

150. Et si quidem de fundo vel aedibus interdicitur, eum potiorem esse praetor iubet, qui eo tempore quo interdictum redditur nec vi nec clam nec precario ab adversario possideat; si vero de re mobili, eum potiorem esse iubet, qui maiore parte eius anni nec vi nec clam nec precario ab adversario *possederit:* idque satis *ipsis* verbis interdictorum significatur.

151. *Sed* in UTRUBI interdicto non solum sua *cuique* possessio prodest, sed etiam alterius, quam iustum est ei accedere, veluti eius cui heres extiterit eiusque a quo emerit vel ex donatione aut dotis nomine acceperit. Itaque si nostrae possessioni iuncta alterius iusta possessio exsuperat adversarii possessionem, nos eo interdicto vincimus. Nullam autem propriam possessionem habenti accessio temporis nec datur nec dari potest; nam ei, quod nullum est, nihil accedere potest. Sed et si vitiosam habeat possessionem, id est aut vi aut clam aut precario ab adversario adquisitam, non datur accessio: nam ei <*possessio*> sua nihil prodest.

148. Interdiktas, kuriuo siekiama išlaikyti valdymą, paprastai skelbiamas tuomet, kai tarp dviejų šalių vyksta ginčas dėl kokio nors daikto nuosavybės ir pirmiausia iškyla klausimas, kuri iš ginčo šalių privalo valdyti daiktą, o kuri – reikalauti jo sugrąžinimo. Tokiam atvejui yra numatyti interdiktai TAIP, KAIP VALDĖTE ir KURIS IŠ JUDVIEJŲ (*uti possidetis* ir *utrubi*).

149. Interdiktas TAIP, KAIP VALDĖTE yra skelbiamas dėl žemės sklypų ar pastatų valdymo, tuo tarpu KURIS IŠ JUDVIEJŲ – dėl kilnojamųjų daiktų valdymo.

150. Jeigu interdiktas skelbiamas dėl žemės sklypo ar pastato, pretorius įsako, kad laimėjusiuoju būtų pripažintas tas, kuris tuo metu, kai skelbiamas interdiktas, valdymo iš priešininko nėra įgijęs jėga ar klasta nei iki pareikalavimo (prekarijaus pagrindu). Tuo tarpu kai dėl kilnojamojo daikto, įsakoma, kad laimėjusiuoju būtų pripažintas tas, kuris be prievartos, klastos ir ne iki pareikalavimo (prekarijaus būdu) valdė daiktą didesnę metų dalį. O tai yra pakankamai detalizuota pačiame interdikto tekste.

151. Tačiau interdikto KURIS IŠ JUDVIEJŲ atveju naudingas yra ne tik savo paties, bet ir svetimas valdymas, jei tik jis teisingai priskaičiuojamas, pavyzdžiui, to, kieno įpėdiniu tapo, kaip ir to, iš kurio daiktą nusipirko, gavo dovanų arba kaip kraitį. Todėl jeigu prie mūsų valdymo prijungsime teisėtą kito asmens valdymą, kuris yra viršesnis už priešininko valdymą, šio interdikto pagrindu bylą laimėsime. Tačiau tam, kuris pats daikto nevaldė, prijungimas neturi ir negali turėti jokios reikšmės, nes prie to, ko nėra, nieko negalima pridėti. Tačiau ir tada, kai valdymas yra ydingas, t. y. iš priešingos šalies įgytas prievarta, klasta arba prekarijaus būdu, prijungimo teisė nesuteikiama, nes jo valdymas jam negali suteikti jokios naudos.

152. Annus autem retrorsus numeratur. Itaque si tu verbi gratia VIII mensibus possederis prioribus, et ego VII posterioribus, ego potior ero, quod trium priorum mensium possessio nihil tibi in hoc interdicto prodest, quod alterius anni possessio est.

153. Possidere autem videmur non solum si ipsi possideamus, sed etiam si nostro nomine aliquis in possessione sit, licet *is* nostro *iuri* subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus; per eos quoque, apud quos deposuerimus, aut quibus commodaverimus, aut quibus gratuitam habitationem *praestiterimus*, ipsi possidere *videmur.* Et hoc est quod vulgo dicitur retineri possessionem posse per quemlibet, qui nostro nomine sit in possessione. Quin etiam plerique putant animo quoque *retineri <possessionem, id est ut quamvis neque ipsi simus in possessione>, neque* nostro nomine alius, tamen si non relinquendae possessionis animo, sed postea reversuri inde discesserimus, retinere possessionem videamur. *Adipisci* vero possessionem per quos possimus, secundo commentario rettulimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo possessionem *adipisci* non possimus.

154. Reciperandae possessionis causa solet interdictum dari, si quis ex possessione vi deiectus sit. Nam ei proponitur interdictum, cuius principium est UNDE TU ILLUM VI DEIECISTI, per quod is qui *deiecit* cogitur ei restituere rei possessionem, si modo is qui deiectus est nec vi nec clam nec precario *<ab eo> possederit;* namque eum, qui a me vi aut clam aut precario possidet, impune deicio.

152. Metai skaičiuojami atgal (t. y. svarbūs paskutiniai dvylika mėnesių iki interdikto paskelbimo). Todėl jeigu tu valdei, pavyzdžiui, pirmus aštuonis mėnesius, o aš vėlesnius septynis, viršus bus mano, kadangi trys mėnesiai ankstesnio valdymo pagal šį interdiktą tau neduoda jokios naudos, nes tu valdei ankstesniais metais.

153. Laikoma, jog valdome ne tik tuomet, kai valdome patys, tačiau taip pat ir tuomet, kai kas nors valdo daiktą mūsų vardu, nors jis ir nebūtų mums pavaldus, kaip tai esti su kolonu arba žemės nuomininku. Laikoma, jog taip pat valdome ir tarpininkaujant tiems, kuriems daiktą atidavėme pasaugai, arba tiems, kuriems jį atidavėme panaudai, arba tiems, kuriems leidome neatlygintinai gyventi savo name. O tai yra, apie ką paprastai sakoma, kad valdymas gali būti išlaikomas tarpininkaujant bet kam, kas įgyvendina valdymą mūsų vardu. Dar daugiau, daugelis laikosi nuomonės, jog valdymą išlaikome taip pat ir valia, kitaip tariant, net jei nei patys valdome, nei niekas kitas mūsų vardu, tačiau jei palikome daiktą neturėdami ketinimo atsisakyti jo valdymo, o vėliau sugrįžti, laikoma, kad valdymą išlaikome. Kam tarpininkaujant įgyjame valdymą, aptarėme antrojoje knygoje*. Ir nėra jokios abejonės, kad vien ketinimu įgyti valdymo negalime.

154. Interdiktas, kuriuo siekiama susigrąžinti prarastą valdymą, paprastai yra skelbiamas tuomet, kai iš kieno nors valdymas yra atimtas jėga. Jo gynybai yra numatytas interdiktas, kuris prasideda žodžiais: IŠ KUR TU IŠVAREI JĖGA, kuriuo išvariusysis yra įpareigojamas grąžinti jam daiktą valdyti, jei tik tas, kuris buvo išvarytas, iš ano nebuvo įgijęs valdymo nei jėga, nei klasta, nei negrąžinęs iki pareikalavimo perduoto daikto. Kadangi tą, kuris iš manęs valdymą įgijo jėga, klasta arba negrąžindamas iki pareikalavimo perduoto daikto, galiu nebaudžiamas išvaryti.

* II 89 ir toliau: 94 ir toliau.

155. Interdum tamen etsi eum vi deiecerim, qui a me vi aut clam aut precario *possederit,* cogor ei restituere possessionem, veluti si armis eum vi deiecerim; nam propter atrocitatem delicti in tantum patior actionem, ut omni modo debeam ei restituere possessionem. Armorum autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intellegemus, sed et fustes et lapides.

156. Tertia divisio interdictorum in hoc est, quod aut simplicia sunt aut duplicia.

157. Simplicia *sunt* veluti in quibus alter actor, alter reus est, qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria: namque actor est qui desiderat aut exhiberi aut restitui, reus is est, a quo desideratur, ut exhibeat aut restituat.

158. Prohibitoriorum autem interdictorum [interdum] alia duplicia, alia simplicia sunt.

159. Simplicia sunt veluti quibus prohibet praetor in loco sacro aut in flumine publico ripave eius aliquid facere *reum:* nam actor *est* qui desiderat, ne quid fiat, reus is qui aliquid facere conatur.

155. Kita vertus, kai kada nors ir būčiau išvijęs tą, kuris iš manęs valdymą buvo įgijęs jėga arba klasta, arba negrąžindamas iki pareikalavimo perduoto daikto, esu įpareigojamas sugrąžinti daikto valdymą, kaip, pavyzdžiui, tuo atveju, jei būčiau jį išvijęs jėga ir pasinaudodamas ginklu. Kadangi atsižvelgiant į mano padaryto pažeidimo sunkumą, privalau iki tokio laipsnio pakęsti jo elgesį, jog bet kokiu atveju turiu sugrąžinti jam daikto valdymą. Ginklu mes laikysime esant ne tik skydus, kardus ir šalmus, tačiau taip pat lazdas ir akmenis.

156. Trečiojo interdiktų skirstymo esmę sudaro tai, kad jie yra vienašaliai (paprastieji) arba dvišaliai (abipusiai).

157. Vienašaliai yra tie, kurių atveju vienas yra ieškovas, o kitas – atsakovas, o tokie yra visi restituciniai ir ekshibiciniai interdiktai, kadangi ieškovas yra tas, kuris reikalauja pateikti (parodyti) daiktą arba jį sugrąžinti; atsakovas yra tas, kurio reikalaujama pateikti (parodyti, pristatyti) daiktą arba jį sugrąžinti.

158. Iš prohibicinių (draudžiamųjų) interdiktų vieni yra dvišaliai, o kiti – vienašaliai.

159. Vienašaliai, pavyzdžiui, yra tie, kuriais pretorius uždraudžia atsakovui ką nors atlikti pašvęstoje vietoje arba viešojoje upėje ar ant jos kranto. Mat ieškovas yra tas, kuris reikalauja, kad kas nors neįvyktų, o atsakovas – tas, kuris stengiasi ką nors padaryti.

160. Duplicia sunt veluti UTI POSSIDETIS interdictum et UTRUBI. Ideo autem duplicia vocantur, quod *par* utriusque litigatoris in his condicio est, nec quisquam praecipue reus vel actor intellegitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet; quippe praetor pari sermone cum utroque loquitur. Nam summa conceptio eorum interdictorum haec est: UTI NUNC POSSIDETIS, QUO MINUS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI VETO; item alterius: UTRUBI HIC HOMO, DE QUO AGITUR, MAIORE PARTE HUIUS ANNI FUIT, QUO MINUS IS EUM DUCAT, VIM FIERI VETO.

161. Expositis generibus interdictorum sequitur, ut de ordine et de exitu eorum dispiciamus. Et incipiamus a *simplicibus*.

162. <*Si*> igitur restitutorium vel exhibitorium interdictum redditur, veluti ut restituatur ei possessio qui vi deiectus est, aut exhibeatur libertus cui patronus operas indicere vellet, modo sine periculo res ad exitum perducitur, modo cum periculo.

160. Dvišaliai, pavyzdžiui, yra interdiktai TAIP, KAIP VALDĖTE ir KURIS IŠ JUDVIEJŲ. O kaip dvišaliai jie įvardinami dėl tos priežasties, kad kiekvieno iš ginčo dalyvių padėtis yra tokia pati ir nei vienas iš jų vienareikšmiškai nelaikomas ieškovu arba atsakovu, bet kiekvienas prisiima tiek ieškovo, tiek ir atsakovo vaidmenį, kadangi pretorius į abu kreipiasi tais pačiais žodžiais. Šių interdiktų esmė yra tokia: TAIP, KAIP DABAR VALDOTE, DRAUDŽIU NAUDOTI JĖGĄ TAM, KAD TAIP NEBEVALDYTUMĖTE, panašiai kito: KURIS IŠ JUDVIEJŲ VALDĖ VERGĄ, DĖL KURIO VYKSTA GINČAS, DIDESNĘ TŲ METŲ DALĮ, DRAUDŽIU VARTOTI JĖGĄ, KAD ANAS NEGALĖTŲ JO ATIMTI.

161. Aptarus interdiktų rūšis, turime užsiimti su jais susijusiais procesais bei jų sukeliamais padariniais.

162. Jei bus paskelbtas restitucinis arba prohibicinis (draudžiamasis) interdiktas, pavyzdžiui, kai valdymas sugrąžinamas tam, kuris buvo išvarytas iš žemės sklypo, arba atvedamas libertinas, kurį patronas siekia susaistyti prievole teikti paslaugas, tai kartais byla vedama iki galo numatant baudą arba jos nenumatant.

163. Namque si arbitrum postulaverit is cum quo agitur, accipit formulam quae appellatur arbitraria et iudicis arbitrio, si quid restitui vel exhiberi debeat, id sine periculo exhibet aut restituit, et ita absolvitur: quod si nec restituat neque exhibeat, quanti ea res est condemnatur. Sed et actor sine poena experitur cum eo, quem neque exhibere neque restituere quicquam *oportet*, praeterquam si calumniae iudicium ei oppositum *fuerit* decimae partis. Quamquam Proculo placuit *non esse permittendum* calumniae iudicio *uti ei*, qui arbitrum postulaverit, quasi hoc ipso confessus videatur restituere se vel exhibere debere. Sed alio iure utimur, et recte: *potius* enim ut modestiore via litiget, arbitrum quisque petit, quam quia confitetur.

164. Observare <*autem*> debet is, qui vult arbitrum petere, ut statim petat, antequam ex iure exeat, id est antequam a praetore discedat: sero enim petentibus non indulgetur.

163. Jei tas, su kuriuo bylinėjamasi, pareikalaus arbitro, jam bus suteikta formulė, kuri vadinama arbitražine, ir jeigu teisėjas pripažins, kad kas nors privalo būti sugrąžinta arba pateikta, tai be baudos pateikiama arba grąžinama ir tokiu būdu atsakovas nuo atsakomybės atleidžiamas. Kita vertus, jei negrąžinama arba nepateikiama, iš atsakovo priteisiama tiek, kiek yra vertas tas daiktas. Tačiau taip pat ir ieškovas gali nebaudžiamas bylinėtis su tuo, kurio nesaisto pareiga nei ką nors pateikti, nei sugrąžinti, nebent jam būtų pareikštas priešinis ieškinys dėl piktnaudžiavimo teise į teisminę gynybą (t. y. dėl akivaizdžiai nepagrįsto reikalavimo pareiškimo) ir reikalaujama sumokėti dešimtąją dalį ginčo dalyko vertės. Nors Prokulas pripažino, jog ieškinio dėl piktnaudžiavimo teise į teisminę gynybą negali pareikšti tas, kuris pareikalavo arbitro, kadangi ši aplinkybė suponuoja tai, jog pripažino, kad jį saistanti pareiga sugrąžinti arba pateikti. Mes taikome kitokią teisės nuostatą ir tai darome pagrįstai, kadangi arbitro kas nors veikiau reikalauja tam, kad byla būtų nagrinėjama patiriant mažesnių proceso išlaidų, o ne tam, kad pripažintų jį saistant prievolę.

164. Tas, kas ketina pareikalauti arbitro, privalo paisyti to, kad tai būtų padaryta iš karto, nepasitraukus nuo pretoriaus, kadangi pavėluotai reikalaujantieji nėra vertinami palankiai.

165. *Itaque* si arbitrum non petierit, sed tacitus de iure exierit, cum periculo res ad exitum perducitur. Nam actor provocat adversarium sponsione, <*quod*> contra edictum praetoris non exhibuerit aut non restituerit; ille autem adversus sponsionem adversarii restipulatur. Deinde actor quidem sponsionis formulam edit adversario, ille huic invicem restipulationis. Sed actor sponsionis *formulae subicit* et aliud iudicium de re restituenda vel exhibenda, ut si sponsione vicerit, nisi ei res exhibeatur aut restituatur, *quanti ea res erit, adversarius ei condemnetur* ....

....

(24 versus exceptis paucis verbis legi nequeunt)

....

(24 versus exceptis paucis verbis legi nequeunt)

166. *Et qui superaverit* fructus licitando, is tantisper in possessione constituitur, si modo adversario suo fructuaria stipulatione *caverit,* cuius vis et potestas haec est, ut si contra eum *de* possessione pronuntiatum fuerit, eam summam adversario solvat. Haec autem licendi contentio fructus licitatio vocatur, scilicet quia *de eo inter se certant, uter eorum fructus interim percipiat.* Postea alter alterum sponsione provocat, quod adversus edictum praetoris possidenti sibi vis facta *sit,* et invicem ambo restipulantur adversus sponsionem; vel *stipulationibus iunctis duabus* una inter eos sponsio itemque restipulatio *una tantum* ad eam fit.

165. Todėl taip pat, jei nepareikalavo arbitro, tačiau išėjo iš pretoriaus tylėdamas, byla vedama iki pabaigos numatant baudą, kadangi ieškovas paragina atsakovą atlikti *sponsio*, t. y. pažadėti sumokėti baudą, jei nevykdytų pretoriaus edikto ir nepateiktų arba nesugrąžintų. Tas gi atsakydamas į priešingos šalies *sponsio*, iš pastarosios gauna pažadą stipuliacijos būdu (restipuliuoja). Po to ieškovas įteikia priešininkui *sponsio* formulę, o tas jam – stipuliacinio įsipareigojimo. Tačiau ieškovas prie *sponsio* formulės prijungia dar vieną – ieškinio dėl daikto sugrąžinimo arba pateikimo formulę tam, kad tuo atveju, jei laimėtų ginčą *sponsio* pagrindu, o daiktas jam nebūtų sugrąžintas arba pateiktas, iš priešininko būtų priteista sumokėti ginčo dalyko vertę (...48 eilutės...).

166. O laimėjusiajam varžytines „dėl daikto vaisių“ laikinai yra suteikiamas valdymas, jei tik jis savo priešininkui stipuliacijos būdu pateikia užtikrinimą dėl daikto vaisių, kurio galiojimas ir sukeliamos teisinės pasekmės yra tokios, kad jei būtų paskelbtas jam nepalankus sprendimas dėl valdymo, jis sumokėtų priešininkui tam tikrą pinigų sumą. Šis rungtyniavimas varžytinėse yra vadinamas „varžytinėmis dėl vaisių“ ir, žinoma, dėl tos priežasties, kadangi tarpusavyje yra rungiamasi dėl to, kam tuo metu atiteks teisė valdyti daiktą ir naudotis daikto vaisiais. Vėliau vienas kitą kviečia atlikti *sponsio* pagal formulę: „Kadangi pažeidžiant pretoriaus ediktą buvo vartojama prievarta prieš valdytoją“ ir savo ruožtu kiekviena iš ginčo šalių į priešininko *sponsio* atsako restipuliacija; arba susisaisto dviem stipuliacijomis: tarp šalių sudaroma tik viena *sponsio* ir atsakant į *sponsio* – viena restipuliacija; jos sudaromos tuo pačiu tikslu.

166a. *Deinde ab utroque editis formulis omnium sponsionum et restipulationum quas fieri placuit* iudex, apud quem de ea re agitur, illud scilicet requirit, <*quod*> praetor interdicto complexus est, id est uter eorum eum fundum easve aedes per id tempus, quo *interdictum* redditur, nec vi nec clam nec precario *possederit*. Cum iudex id exploraverit et forte secundum me iudicatum sit, adversarium mihi et sponsionis et restipulationis summas, quas cum eo feci, condemnat, et convenienter me sponsionis et restipulationis, quae mecum factae sunt, absolvit. Et hoc amplius si apud adversarium meum possessio est, *quia* is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano sive secutorio iudicio condemnatur.

167. Ergo is qui fructus licitatione vicit, si non probat ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipulationis et fructus licitationis summam poenae nomine solvere et praeterea possessionem restituere iubetur; et hoc amplius fructus, quos interea percepit, reddit. Summa enim fructus licitationis non pretium est fructuum, sed poenae nomine solvitur, quod quis alienam possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi nancisci conatus est.

168. Ille autem, qui fructus licitatione victus est, si non probaverit ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis summam poenae nomine debet.

166a. Vėliau, gavus formules dėl *sponsio* ir restipuliacijos, kurios laikytos būtinomis, bylą nagrinėjantis teisėjas, savaime suprantama, analizuoja tai, ką pretorius yra išdėstęs interdikte, t. y. kuri iš ginčo šalių valdė tą žemės sklypą arba tą pastatą tuo metu, kai paskelbtas interdiktas, nesinaudodama jėga, klasta ar nesugrąžinusi iki pareikalavimo (prekarijaus pagrindu) perduoto daikto. Kai teisėjas tai nustato ir, pavyzdžiui, priima man palankų sprendimą, priteisia iš priešingos šalies sumokėti sumas, nustatytas *sponsio* ir restipuliacija, o mane atitinkamai atleidžia nuo *sponsio* ir restipuliacija nustatytų sumų mokėjimo. Dar daugiau, jei faktiškai daiktą valdo mano priešininkas, kuriam varžytinėse „dėl daikto vaisių“ suteiktas laikinasis daikto valdymas, tai tuo atveju, jei jis valdymo man nesugrąžins, atsako pagal ieškinį, kuris vadinamas *iudicium Cascellianum*, arba *secutorium*.

167. Todėl tam, kuris laimėjo varžytines „dėl daikto vaisių“, jei neįrodys, jog jam priklauso daikto valdymas, liepiama kaip baudą sumokėti sumas, nustatytas *sponsio* ir restipuliacija bei sumą, pasiūlytą varžytinėse „dėl daikto vaisių“ ir, be to, sugrąžinti daikto valdymą ir net vaisius, kuriuos iki to laiko buvo surinkęs. Suma, kurią privalo mokėti laimėjusysis varžytines „dėl daikto vaisių“, nėra šių vaisių kaina, o mokama kaip bauda už tai, kad asmuo siekė tą laikotarpį, kol vyks bylinėjimasis, išlaikyti svetimo daikto valdymą ir užsitikrinti sau galimybę rinkti daikto vaisius.

168. Jei tas, kuris pralaimėjo varžytines „dėl daikto vaisių“, neįrodys, jog jam priklauso daikto valdymas, privalo kaip baudą sumokėti tik sumą, nustatytą *sponsio* ir restipuliacija.

169. Admonendi tamen sumus liberum esse ei, qui fructus licitatione victus erit, omissa fructuaria stipulatione, sicut Cascelliano sive secutorio iudicio de possessione reciperanda experitur, ita *similiter* de fructus licitatione agere. In quam rem proprium iudicium conparatum est, quod appellatur fructuarium, quo nomine actor iudicatum solvi satis *accipit*. Dicitur autem et hoc iudicium secutorium, quod sequitur sponsionis victoriam: sed non aeque Cascellianum vocatur.

170. Sed quia nonnulli interdicto reddito cetera ex interdicto facere nolebant, atque ob id non poterat res expediri, praetor in eam rem prospexit et comparavit interdicta quae secundaria appellamus, quod secundo loco redduntur. Quorum *vis et potestas* haec est, ut qui cetera ex interdicto non faciat, veluti qui vim non faciat aut fructus non liceatur aut qui fructus licitationis *satis non det* aut si *sponsiones* non faciat sponsionumve iudicia non accipiat, sive possideat, restituat adversario possessionem, *sive non* possideat vim illi possidenti non faciat. Itaque etsi alias potuerit interdicto UTI POSSIDETIS vincere, si cetera ex interdicto *fecisset, si non fecit,* tamen per interdictum secundarium *vincitur*. ....

(14 versus legi nequeunt)

....

(21 versus legi nequeunt)

169. Kita vertus, reikia pabrėžti, kad tas, kuris pralaimėjo varžytines „dėl daikto vaisių", gali nekreipdamas dėmesio į *fructuaria stipulatio,* pareikšti ieškinį dėl daikto vaisių varžytinių, panašiai kaip reiškiant *iudicium Cascellianum* arba *secutorium* ieškinine tvarka yra reikalaujama valdymo grąžinimo. Šiam atvejui yra numatytas net specialus ieškinys, vadinamas ieškiniu „dėl vaisių", kurio pagrindu ieškovas gauna užtikrinimą, kad teismo sprendimas bus įvykdytas; ir šis ieškinys dar vadinamas paskesniuoju (reiškiamu antrąja eile), kadangi jis reiškiamas po to, kai laimėta byla dėl *sponsio*. Tačiau jis nevadinamas *Cascellianum* taip, kaip anas.

170. Kadangi kai kurie po interdikto paskelbimo nenorėdavę atlikti visų juo nustatytų reikalavimų ir dėl šios priežasties byla negalėdavo būti sprendžiama iš esmės, pretorius atkreipė į tai dėmesį ir paskelbė interdiktus, kuriuos vadiname antriniais, kadangi jie būdavo skelbiami antrąja eile. Jų galiojimas ir sukeliami padariniai yra tokie, jog tas, kuris neįgyvendina kitų interdikte nustatytų reikalavimų, pavyzdžiui, nenaudoti jėgos arba dalyvauti varžytinėse „dėl daikto vaisių", arba varžytinėse „dėl daikto vaisių" pateikti užtikrinimą dėl daikto ir jo vaisių grąžinimo, arba *sponsio* būdu pažadėti sumokėti baudą už nevykdymą, arba dalyvauti procese, pradėtame *sponsio* pagrindu, jei tik jis faktiškai valdo daiktą, privalo sugrąžinti priešininkui daiktą ir jo vaisius, o jeigu nevaldo – susilaikyti nuo jėgos naudojimo prieš valdytoją. Todėl nors kitoje situacijoje, t. y. jeigu tik įgyvendintų kitus interdikte nustatytus reikalavimus, galėtų laimėti procesą interdikto TAIP, KAIP VALDOTE pagrindu, jei reikalavimų nevykdė, pralaimi antrinio interdikto pagrindu (...35 eilutės...).

171. *Nunc admonendi sumus, ne facile homines ad litigandum procedant, temeritatem tam agentium quam eorum cum quibus agitur modo* pecuniaria poena modo iurisiurandi religione *modo metu infamiae coerceri;* eaque praetor *quoque tuetur. Et ideo in edicto* adversus *infitiantes ex quibusdam* causis dupli actio constituitur, veluti si iudicati aut depensi aut damni iniuriae aut legatorum per damnationem relictorum nomine agitur; ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur, veluti de pecunia certa credita et pecunia constituta: sed certae quidem creditae pecuniae tertiae partis, constitutae vero pecuniae partis dimidiae.

172. Quod si neque sponsionis neque dupli actionis periculum ei cum quo agitur *iniungatur,* ac ne statim quidem ab initio pluris quam simpli sit actio, permittit praetor iusiurandum exigere NON CALUMNIAE CAUSA INFITIAS IRE. Unde quamvis heredes, vel qui heredum loco habentur, *simpli nec amplius* obligati sint, item *feminae* pupillique *eximantur* periculo sponsionis, iubet tamen eos iurare.

171. Dabar reikia pažymėti, kad tam, jog žmonės nepradėtų bylinėtis lengvabūdiškai, paskubomis, tiek inicijuojančių procesus, tiek ir tų, kuriems keliamos bylos, įžūlumas buvo žabojamas arba piniginėmis baudomis, arba religiniais įsitikinimais pagrįsta baime duoti priesaiką, arba gresiančia pilietine negarbe; tuo taip pat rūpinosi ir pretorius. Dėl šios priežasties pretoriaus edikte kai kuriems atvejams buvo numatytas ieškinys dėl dvigubos ginčo dalyko vertės, kurį galima reikšti tiems, kurie be jokio pagrindo ginčija jiems pareikštą reikalavimą, pavyzdžiui, kai reikalaujama sumokėti sumą, kuri priteista teismo sprendimu, sumokėti svetimą skolą, už kurią buvo laiduota *sponsio* būdu, arba reikalaujama neteisėtais veiksmais padarytos žalos atlyginimo, arba prievolinio (damnacinio) legato įvykdymo. Kai kurias atvejais yra galima *sponsio*, pavyzdžiui, dėl apibrėžto dydžio paskolos arba patvirtintos piniginės skolos (t. y. tokios, kurios grąžinimo prievolė buvo patvirtinta neformaliu šalių susitarimu – paktu). Apibrėžto dydžio paskolos atveju *sponsio* suma galėjo būti iki 1/3 ginčo sumos (skolos) dalies, o patvirtintos piniginės skolos (kurios grąžinimo prievolė patvirtinta neformaliu šalių susitarimu – paktu) – iki pusės ginčo (skolos) sumos.

172. Jeigu tas, su kuriuo bylinėjamės, nėra saistomas pareigos atlikti *sponsio* arba jam negresia baudos, lygios dvigubai ginčo objekto vertei, mokėjimas ir jei nuo pat pradžių ieškiniu nereikalaujama keleriopos vertės, pretorius suteikia ieškovui teisę pareikalauti atsakovą duoti priesaiką, kad REIŠKIAMAM REIKALAVIMUI PRIEŠTARAUJAMA NETURINT TIKSLO PIKTNAUDŽIAUTI, todėl, nors įpėdiniai ir tie, kurie yra laikomi įpėdiniais, yra įpareigoti tik dėl viengubos, o ne aukštesnės vertės, jiems, kaip ir moterims bei globotiniams, netaikoma iš *sponsio* kylanti pareiga sumokėti baudą, nors pretorius ir įsako jiems duoti priesaiką.

173. Statim *autem* ab initio pluris quam simpli actio est veluti furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli, concepti et oblati tripli. Nam ex his causis et aliis quibusdam, sive quis neget sive fateatur, pluris quam simpli est actio.

174. Actoris quoque calumnia coercetur modo calumniae iudicio, modo contrario, modo iureiurando, modo restipulatione.

175. Et quidem calumniae iudicium adversus omnes actiones locum habet, et est decimae partis, *praeterquam quod* adversus adsertorem tertiae partis est.

176. Liberum est autem ei, cum quo agitur, aut calumniae iudicium opponere aut iusiurandum exigere, NON CALUMNIAE CAUSA AGERE.

173. Keliagubos vertės nuo pat pradžių yra reikalaujama, pavyzdžiui, ieškiniu dėl atvirosios vagystės, kuris reiškiamas reikalaujant keturgubos pavogto daikto vertės, dėl slaptosios vagystės – dvigubos pavogto daikto vertės, dėl vogtų daiktų turėjimo (slėpimo) – trigubos, nes šiose bylose ir kai kuriose kitose, nepriklausomai nuo to, ar kas pripažįsta reikalavimą ar jį ginčija, ieškiniu reikalaujama keliagubos vertės.

174. Ieškovo piktnaudžiavimas teise į teisminę gynybą taip pat yra drausminamas numatant arba ieškinį dėl piktnaudžiavimo, arba priešinį ieškinį, arba priesaiką, arba restipuliaciją, kuria prisiimamas įsipareigojimas sumokėti tam tikrą sumą (baudą).

175. Ieškinys dėl piktnaudžiavimo (akivaizdžiai nepagrįsto reikalavimo (ieškinio) pareiškimo) galimas nepriklausomai nuo to, koks ieškinys buvo pareikštas piktnaudžiaujant teise į teisminę gynybą ir juo reikalaujama dešimtadalio ginčo dalyko vertės, išskyrus, kai toks ieškinys yra pareiškiamas laisvės gynėjui, iš kurio galima pareikalauti vienos trečiosios dalies.

176. Tas, su kuriuo yra bylinėjamasi, turi teisę pasirinkti: pareikšti ieškinį dėl piktnaudžiavimo teise (akivaizdžiai nepagrįsto reikalavimo pareiškimo) arba reikalauti priesaikos, jog PROCESAS NEBUVO PRADĖTAS TURINT TIKSLĄ PIKTNAUDŽIAUTI (t. y. pareiškiant akivaizdžiai nepagrįstą reikalavimą).

177. Contrarium autem iudicium ex certis causis constituitur, veluti si iniuriarum agatur, et si cum muliere eo nomine agatur, quod dicatur ventris nomine in possessionem missa dolo malo ad alium possessionem transtulisse, et si quis eo nomine agat, quod dicat se a praetore in possessionem missum ab alio quo admissum non esse. Sed adversus iniuriarum quidem *actionem* decimae partis datur, adversus vero duas istas quintae.

178. Severior autem coercitio est per contrarium iudicium. *Nam* calumniae iudicio decimae partis nemo damnatur nisi qui intellegit non recte se agere, sed vexandi adversarii gratia actionem instituit, potiusque ex iudicis errore vel iniquitate victoriam sperat quam ex causa veritatis; calumnia enim in adfectu est, sicut furti crimen. Contrario vero iudicio omni modo damnatur actor, si causam non tenuerit, licet *aliqua* opinione inductus crediderit se recte agere.

179. Utique autem ex quibus causis contrario iudicio *agi* potest, etiam calumniae iudicium locum habet; sed alterutro *tantum* iudicio agere permittitur. Qua ratione si iusiurandum de calumnia exactum fuerit, quemadmodum calumniae iudicium non datur, ita et contrarium non dari debet.

177. Priešinis ieškinys yra numatytas tam tikriems konkretiems atvejams, pavyzdžiui, kai vyksta byla dėl žalos asmeniui (skriaudos) arba kai bylinėjamasi su moterimi dėl tos priežasties, jog teigiama, kad pradėto, bet dar negimusio kūdikio (vaisiaus)interesais jai suteikus faktinį daikto valdymą, ji, naudodamasi apgaule, perdavė valdymą kitam asmeniui arba, kai kas nors bylinėjasi tuo pagrindu, kad pretoriui leidus faktiškai valdyti daiktą, kas nors kitas sutrukdė jam tai padaryti. Prieš (akivaizdžiai nepagrįstą) ieškinį dėl žalos asmeniui (skriaudos) yra suteikiamas ieškinys dėl dešimtadalio ginčo dalyko vertės, o likusiais dviem atvejais – dėl penktadalio.

178. Griežtesnė apsaugos priemonė yra priešinis ieškinys, nes pagal ieškinį dėl piktnaudžiavimo dešimtadalis ginčo dalyko vertės nepriteisiamas nei iš vieno, kuris nesupranta, jog bylinėjasi nepagrįstai, o tik iš to, kuris pradėjo procesą vien siekdamas drumsti priešininkui ramybę, o pergalės tikisi greičiau dėl teisėjo klaidos arba nesąžiningumo, o ne dėl to, kad yra teisus. Piktnaudžiavimo teise kreiptis į teismą, kaip ir vagystės nusikaltimo, esmė glūdi ketinime (t. y. kokių tikslų siekiant tai yra daroma). Tuo tarpu pagal priešinį ieškinį iš ieškovo priteisiama visais atvejais, jei jis pralaimi bylą, ir nesvarbu, kad kokio nors įsitikinimo vedinas, jis būtų galvojęs, jog bylinėjasi pagrįstai.

179. Tais atvejais, kai galima bylinėtis pareiškiant priešinį ieškinį, galimas ieškinys ir dėl piktnaudžiavimo, tačiau pareikšti galima tik kurį nors vieną iš jų. Dėl šios priežasties, jeigu pareikalaujama prisiekti, jog nėra piktnaudžiaujama, tai taip, kaip tokiu atveju nesuteikiamas ieškinys dėl piktnaudžiavimo, taip neturėtų būti suteikiamas ir priešinis ieškinys.

180. Restipulationis quoque poena ex certis causis fieri solet; et quemadmodum contrario iudicio omni modo condemnatur actor, si causam non tenuerit, nec requiritur, an scierit non recte se agere, ita etiam restipulationis poena omni modo damnatur actor, si vincere non potuerit.

181. Qui autem restipulationis poenam patitur, ei neque calumniae iudicium opponitur neque iurisiurandi religio iniungitur; *nam* contrarium iudicium ex his causis locum non habere palam est.

182. Quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, item pro socio, fiduciae, tutelae, mandati, depositi. Sed furti aut vi <*bonorum*> raptorum aut iniuriarum non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti, ut in edicto praetoris scriptum est; et recte: plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis an ex contractu debitor sit. *Nec tamen* ulla parte edicti id ipsum nominatim exprimitur, ut aliquis ignominiosus *sit; sed* qui prohibetur et pro alio postulare *et cognitorem* dare procuratoremve habere, item *procuratorio* aut cognitorio nomine iudicio intervenire, ignominiosus esse *dicitur.*

183. In summa sciendum est eum, qui cum aliquo consistere velit, <*in ius vocare*> oportere et eum, qui vocatus est, si non venerit, poenam ex edicto praetoris committere. Quasdam tamen personas sine permissu praetoris in ius vocare non licet, veluti parentes patronos patronas, item liberos et parentes patroni patronaeve; et in eum, qui adversus ea egerit, poena constituitur.

180. Taip pat ir bauda, mokėtina restipuliacijos pagrindu, taikoma tik tam tikrais atvejais ir taip, kaip priešinio ieškinio pagrindu visuomet priteisiama iš bylą pralaimėjusio ieškovo nesigilinant į tai, ar jis žinojo, jog atlieka procesinius veiksmus neturėdamas pagrindo, taip ir bauda, mokėtina restipuliacijos pagrindu, yra visuomet priteisiama iš ieškovo, kuriam nepavyko laimėti proceso.

181. Tam, kuris privalo sumokėti baudą restipuliacijos pagrindu, negali būti reiškiamas ieškinys dėl piktnaudžiavimo ir jis nėra saistomas pareigos duoti sakralinę priesaiką, kadangi akivaizdu, jog tokiais atvejais negali būti reiškiamas priešinis ieškinys.

182. Tuos, iš kurių yra priteista kai kuriuose teismo procesuose, ištinka pilietinė negarbė. Pavyzdžiui, bylose dėl vagystės, plėšimo, žalos asmeniui (skriaudos), o taip pat ginčuose, kylančiuose iš bendrovės, fiducijos, globos, pavedimo, pasaugos teisinių santykių. Tačiau bylose dėl vagystės arba plėšimo, žalos asmeniui (skriaudos) pilietinė negarbė ištinka ne tik tuos, iš kurių buvo priteista, tačiau ir tuos, kurie sudarė taikos sutartį, kaip kad yra nurodoma pretoriaus edikte ir tai yra pagrįsta. Esama esminio skirtumo, ar kieno nors prievolė yra kilusi iš delikto, ar iš sutarties. Tai, kad ką nors yra ištikusi pilietinė negarbė, aiškiai, deja, nėra pasakyta nei vienoje edikto dalyje, tačiau apie tokį, kuriam draudžiama reikšti reikalavimus už kitą asmenį, skirti kognitorių ir turėti prokuratorių, o taip pat dalyvauti teismo procese kaip prokuratoriui arba kognitoriui, sakoma, jog jį yra ištikusi pilietinė negarbė.

183. Galiausiai būtina žinoti, kad tas, kuris nori su kuo nors bylinėtis, privalo iškviesti jį į teismą, o tas, kuris šaukiamas neatvyksta, baudžiamas pagal pretoriaus ediktą. Kita vertus, kai kuriems asmenims negalima pareikšti ieškinio teisme be pretoriaus leidimo, pavyzdžiui, savo ascendentams, patronams, patronėms, taip pat patrono arba patronės vaikams ir ascendentams; o tam, kas to nesilaiko, yra numatoma bausmė.

184. Cum autem in ius vocatus fuerit adversarius, neque *eo* die finiri potuerit negotium, vadimonium ei faciendum est, id est ut promittat se certo die sisti.

185. Fiunt *autem* vadimonia quibusdam ex causis pura, id est sine satisdatione, quibusdam cum satisdatione, quibusdam iureiurando, quibusdam recuperatoribus suppositis, id est ut qui non steterit, is protinus a recuperatoribus in summam vadimonii condemnetur; eaque singula diligenter praetoris edicto significantur.

186. Et si quidem iudicati depensive agetur, tanti *fit* vadimonium, quanti ea res erit; si vero ex ceteris causis, quanti actor iuraverit non calumniae causa postulare sibi vadimonium promitti. Nec tamen <*pluris quam partis dimidiae nec*> pluribus quam sestertium C milibus fit vadimonium. Itaque si centum milium res erit, nec iudicati depensive agetur, non plus quam sestertium quinquaginta milium fit vadimonium.

187. Quas autem personas sine permissu praetoris inpune in ius vocare non possumus, easdem *nec* vadimonio invitas obligare *nobis* possumus, praeterquam si praetor aditus permittat.

184. Jeigu priešininkas buvo iškviestas į teismą, o proceso nebuvo galima užbaigti tą pačią dieną, jis privalo pateikti užtikrinimą, tai reiškia – prisiekti, kad stos į teismą nustatytą dieną.

185. Kai kuriais atvejais pateikiamas paprastasis užtikrinimas, kad bus stojama į teismą, t. y. nepaskiriant laiduotojų, kai kuriais atvejais – paskiriami laiduotojai, kai kuriais atvejais – duodama priesaika, kai kuriais – paskiriami rekuperatoriai, o tai reiškia, kad iš to, kuris nestos į teismą, rekuperatoriai nedelsdami priteis sumokėti pinigų sumą, kuria buvo užtikrintas atvykimas į teismą. Visa tai detaliai aptarta pretoriaus edikte.

186. Jei reikalaujame įvykdyti tai, kas buvo priteista teismo sprendimu arba, kai svetimą skolą sumokėjęs laiduotojas, kuris laidavo *sponsio* būdu, reiškia pagrindiniam skolininkui regresinį reikalavimą, užtikrinimo, kad bus stota prieš teismą, dydis atitinka ginčo sumą, o tuo tarpu bylinėjantis kitais pagrindais, yra lygus sumai, kokią ieškovas įvardino duodamas priesaiką, jog pateikti užtikrinimą, kad atsakovas stos į teismą, jis reikalauja neturėdamas tikslo piktnaudžiauti. Kita vertus, garantija, kad bus stota į teismą, yra ne didesnė nei pusė ginčo dalyko vertės ir neviršija 100 000 sestercijų. Taigi, jei bylinėjamasi dėl 100 000 sestercijų ir byla nėra susijusi su tuo, kas buvo priteista įvykdyti teismo sprendimu ar su svetimos skolos, už kurią buvo laiduota *sponsio* būdu, sumokėjimu, atvykimo į teismą garantija neviršija 50 000 sestercijų.

187. Tuo tarpu kai dėl asmenų, kurių nebaudžiami negalime šaukti į teismą be pretoriaus sutikimo, ne mūsų valioje yra įpareigoti juos pateikti užtikrinimą dėl atvykimo į teismą, nebent pretorius, mūsų paprašytas, duotų tam leidimą.

Ga-185 **Gajaus** institucijos = Gaii institutiones / [sudarytojai ir vertėjai iš lotynų kalbos Stasys Vėlyvis, Marius Jonaitis]. – Vilnius : Registrų centras, 2012. – 504 p.

Gretut. tekstas liet., lot.

ISBN 978-9955-30-116-5

Bendriausiu požiūriu *institutiones* – romėnų teisinės raštijos žanras, kuriame glaustai išdėstyti esminiai teisės principai bei nuostatos.

„Institucijas" sudaro keturios knygos arba komentarai, kuriuose elementarios privatinės romėnų teisės srities žinios yra dėstomos privatinės teisės nuostatas suskirstant į tris struktūrines dalis (institutus): teisę, susijusią su asmenimis, teisę, susijusią su daiktais, bei teisę, susijusią su ieškiniais. Žymus olandų romanistas J. C. van Ovenas yra pareiškęs, jog Gajaus „Institucijos" – tai geriausi kada nors parašytas romėnų teisės vadovėlis.

Tai yra vienintelis klasikinės romėnų jurisprudencijos veikalas, kuris bemaž visa apimtimi pasiekė mūsų dienas. Be to, Gajaus vadovėlis atveria galimybes pažinti romėnų privatinės teisės institutų raidą, suprasti, kaip klasikinės teisės institutai bei nuostatos kito, buvo modifikuojami poklasikiniu laikotarpiu.

„Institucijų" vertimas į lietuvių kalbą parengtas visų pirma siekiant didaktinių tikslų. Tikimasi, kad tai bus paranki papildoma priemonė studijuojantiems romėnų privatinę teisę ir besidomintiems privatinės teisės istorija.

UDK 34(37)(093.2)

Gaii institutiones
Gajaus institucijos

Knygos sudarytojai ir vertėjai iš lotynų kalbos
Stasys Vėlyvis ir Marius Jonaitis
Redagavo Angelė Okmanienė, maketavo Janina Kaminskaitė
Viršelio dailininkas Daumantas Každailis
Parengė leidybai Algis Švedas
SL 1613. 2012-11-15. 31,5 leidyb. apsk. lanko.
Tiražas 2000 egz. Užsakymas Nr.
Išleido VĮ Registrų centro Teisinės informacijos departamentas,
Žirmūnų g. 68A, LT-09124 Vilnius
tel./faks. (8 5) 261 2806
www.kodeksai.lt, leidyba@tic.lt
Spausdino Standartų spaustuvė
S. Dariaus ir S. Girėno g. 39, LT-02189 Vilnius

Kaina sutartinė